


2010-1-18-1924



*Illustrissimo Splendissimoque*




HEROI

ERNESTO. GULIELMO.  
COMITI. BENTHEMIENSI.  
TECKELNBURGENSE STEIN-  
FURTENSI. ET LIMBUR-  
GENSI. DOMINO DE RHE-  
DA. WEVELINGHOVEN  
HOYA. ALPEN. ET HEFF-  
FENSTEIN. HEREDITA-  
RIO. COLONIENSI.

NICOLAUS. BLANKARDUS.  
LIBENS. MERITO. DEDICAT. CON-  
SECRETATQVE.

**S**ic à rerum arbitro constitutum  
est, Heros splendissime, ut nu-  
tantibus sensibus innoxia cognitio  
arcteri debeat à divinitatis arcibus. Qui ta-  
men




*Anna 1862*



7910 B-13.1924

*Illustriſſimo Splendidiſſimoq[ue]*



*H E R O I.*

**ERNESTO. GULIELMO.**

**COMITI. BENTHEMIENSI.**

**TECKELNBURGENSEI. STEIN-**

**FURTENSI. ET LIMBUR-**

**GENSI. DOMINO DE RHE-**

**DA. WEVELINGHOVEN**

**HOYA. ALPEN. ET HEFF-**

**FENSTEIN. HEREDITA-**

**RIO. COLONIENSI.**

*NICOLAUS. BLANCKARDUS.*

**LIBENS. MERITO. DEDICAT. CON-**

**SECRETQVE.**

**S**ic à rerum arbitro constitutum est, Heros splendidissime, ut nūtantibus sensibus innixa cognitio arceri debeat à divinitatis arcanis. Qui ta-

\* 2

men

*Vna 4a 62*

men existere voluit innumera potentia suæ documenta , tum præcipuè , quod faciem ejus referret , unius Principatum. Quem adeò pro libitu suo dirigit ac moderatur , ut cum summo loco stare non possit , inferioris mundi leges experiatur. Sic ad Assyrios delapsa dominatio , à Medis Persisque aucta , Macedoniæ imperio subjugatur. Cujus gloriæ dum invidet Parthus , nil nisi occasio data Romano potentia suæ propagandæ ; dum enim mutius vulneribus decertatur , ac pro se quisque gnaviter annitur , Orbem univèrsum agitabat. Neque exspectationi deerat Virtus aut Fortuna , quo sublimibus incrementis augetur. Unde non alia major magisque fundata imperii constantia , quæ florentibus rebus adderet perpetuitatem. Sicut autem semina primò diffunduntur , dein herbescentem ostendunt viriditatem , ita inerat futuræ potentia fatis , ut per quasdam velut ætates ad rerum fastigium perduceretur. Quarum singulæ ita fæliciter temperatæ prout reipublicæ ratio

ratio postulabat. Principio rerum Regibus parère cepit , quo convenarum incondita multitudo eousq; in officio contineretur , donec conjugū ac soli charitas animos eorum confociasset. Ab his ceremoniæ institutæ , sacra peracta , belli pacisque leges sancitæ , pecuniæ publicæ dispensatæ ; multa severius vindicata , constituta sapienter. Intererat autem Populi Romani , ut eorum ultimus , raptò per scelus imperio , vitalia peteret anxie à prioribus conservatæ libertatis , quo major postea ac illustrior exurgeret. Hinc duo Consules iustituti , quibus insignia Regum concederentur. Sed neque stabilis erat Optimatum potentia , dum plebes indiga , non modo omnis expers honoris , sed adempto etiam connubiorum consortio , maxima cum indignitate serviret. Inde Tribuniis procellis concussa Respublica , donec tranquilla moderatio imperii , Consulium ac Senatorum injurias vindicaret. Nihil autem Populi fælicitati deesse videbatur , quam ut Plebiscita Patricios adstringerent.

D E D I C A T I O .

Quibus impetrandis ita vehementer incubuit, ut difficilem passurus fuisset moderationem, nisi legum aliquo præsidio subsecuto. Interea per diversa terrarum arma circumtulit, donec Italia consummata, transmarinos triumphos auspicaretur. Quo tempore præclara, & ad omnis posteritatis memoriam illustria, abstinentiæ, justitiæ, civilis denique concordia exempla extitère. Hinc nulla nobilium dissensio, nulla civium ac Senatus adulatio, sed omnium in Rempublicam studium est impensum. Paulatim verò horrere cæpit humanæ fragilitatis vicissitudines, ac in visceribus suis experiri, quod ab Annibale aliquo debuisset. Igitur vetere labante disciplina, ubi opes atque divitiæ sæculi mores afflixère, mensam vitiis suis Rempublicam pessumdedère. Felicior ante terrarum princeps, quamdiu Tiberis imperii finis, quamdiu sub Regibus pauper, patriæ suæ libertatem tueretur.

Janque universo orbi par esse cæperat Populus Romanus, cum amentes Tribuni plebis;

D E D I C A T I O .

plebis, agrariis aliisque legibus, judiciorum ad equites translatione, civium animos perturbarent. Gliscentibus igitur in dies odiis, ubi discissa factionibus suis civitas ruina cladium involveretur, Sullam aliquem repperit, qui Senatus asserta libertate, popularium arbitria convulsit. Sed oborta per Pompeium tempestas, ubi iudicia per legem Aureliam renovantur, majorem plebis audaciæ viam patefecit, quam ut novæ mutationis species confirmaretur. Igitur suffragiis largitione corruptis, Marii, Cinnæ, Pisonis, aliorumque conspiratione laniata respublica, ad unius iterum imperium respexit. Erant in Urbe cives potentissimi, Crassus, Cæsar, Pompeius, qui nimia fœlicitate florentes, mutuis viribus in suam gloriam nitebantur. Horum inita societate, Asia, Gallia, Hispania, maxime provinciæ occupantur. Sic divisa inter se dominatione, suborta statim æmulatio, quæ non in vivida tantum odia, sed Reipublicæ perniciem deflexit. Crasso namque à Parthis cæso,

Pompeii necessitudine morte Juliae, quæ malè cohærentis concordie pignus fuerat, abrupta, ingemiscere rerum omnium status, ac unius Cæsaris Dictaturam experiri cæpit. Qui alienæ libertatis impatiens, non contentus contra flagitare decreta, ærarium effringere, patrimonium populi exhaurire, nisi in optimos cædibus, cunctos libidine dominandi grassaretur. Hinc tantum odium duces inceserat, ut, quærentibus eos hostibus, proprio scelere mori mallent, quam alienæ gratiæ superesse. Quorum clade excitus Cato, mortem etiam lætus accivit. Dignus profecto meliore exitu, sed quem illa seculi sui stolidi fortitudo excæcavit. Reverso autem Cæsare, Ponticis aliisque triumphis gravido, edita omnis generis spectacula, epulum institutum, quò non de exterorum tantum Principum, sed civium suorum sanguine triumpharet. Jamque, subacta Hispania, compositus videbatur terrarum orbis, cum ecce brevis sed infida quies, incruenta primum, dein horribili

strage

strage rerum omnium transitum molitur. Erant, ut auctor loquitur, in unum principem congesti honores; circa templum imagines, in theatro distincta radiis corona; suggestus in curia; fastigium in domo; mensis in cælo; ad hoc pater ipse patriæ perpetuusque dictator; novissimè, dubium, an ipso volente oblata pro Rostris ab Antonio consule regni insignia. Quæ omnia velut infulæ in destinatam morti victimam congerebantur. Præluferant in Urbe prodigia, equorum fletus, Calpurniæ terculamenta, quibus nihil cunctatus, spreta etiam aruspicum religione, venit in curiam, ubi in curuli sedens, dato per Cimbrum indicio, tribus & viginti vulneribus trucidatur. Ingens exinde trepidatio, ac subitus omnium metus, Ciceronem exciverant ad novandam patriæ libertatem. Et extinctum fuisset domesticum incendium, nisi fraudibus convulsa consilia revirescentem imperii statum retardassent. Viam, ad hanc conversionem, Triumviri munivère, qui

## D E D I C A T I O .

diversis inter se votis , non contenti venire in cruentissimi fœderis societatem , nisi clarissimi Tullii caput Fulviæ ludibrio exponeretur. Adeò nihil justum sanctumque proscriptoribus erat relictum. Bruto autem & Cassio cæsis , Pompeio in Asia oppresso , Lepido exarmato , Antonio in Ægypto interempto , tot civilibus bellis concussa respublica , partium studio semper alente discordiam tentata , haud aliter respirare potuit , nisi unius imperio moderaretur. Quod igitur magistratum , Senatus ac populi fuerat , ad Octavium revolutum , qui , Jano clauso , in luxuriam fluens sæculum , severissimis legibus adstrinxit. Has Populi Romani vicissitudines , tot laboribus periculisque jactatas , ad Augusti Cæsaris principatum , Lucius Annæus Florus , quatuor libellis conscripsit. Cujus oratio , non torrentis instar , liberiori ambitu verborum concitatur , sed sobria gravitate , rebus cum judicio prolatis , adeò frequens ac fœcunda , ut antiquis omnibus , quos à brevitate commendant sapien-

## D E D I C A T I O .

pientes , merito suo sit comparandus. Quo quidem in genere jam ab Alcibiadis ætate tam fœliciter est regnatum , donec idea illa nasci cœpit , quam in Panegyricis ad Gratianum usque & Theodosium clarissimioratores expressere. Audet vero hic liber , Heros splendidissime , argumenti fiducia , tuum sibi excelsum nomen vindicare. Me quidem si videam , non possum non duplici verecundia suffundi , qui Academicis spatiis innutritus , affari ausus sum Celsitudinem tuam ; virum videlicet principem , non illustribus tantum parentibus prognatum , sed qui scientiam omnem , non tam colit ac veneratur , quam exemplo etiam suo commendat. Quare dubitandum mihi anxie non fuit , si quos ex studiis meis sperarem fructus , cui potissimum offerrentur. Subibat animum nulli magis , quam tibi deberi , qui in me extare voluisti eximia beneficentiæ tuæ documenta. Quæ tam propenso animo sum exosculatus , ut non dubitaverim , rerum Romanarum breviarum , cura nostra le-

ctissi-

D E D I C A T I O.

ctissimis commentariis illustratum, patrocinio tuo commendare. Sed de opera nostra phaleratis verbis, ac fucatis encomiis multa dicere, modestia non permittit. Neque id gratum autumo viris prudentibus, quibus artificium illud suspectum est & sordet: ipseque procul habeo vanitatem blandiloquentiæ, per quam nobilia scripta maximoperè dehonstantur. Certè doleo intimè, me aliud non habere majus, aut speciosius munus, quo meæ in te venerationi possem satisfacere: merebaris scio, & impense ego volebam. Sed aliud præ manu nunc non erat, & differre diutius professionem æris alieni, pudor meus & ingenuus animus recusabant. Suscipe igitur non pretium, vel præmium amoris tuo par, vel officio meo: sane voluntatem illustrissimo nomini tuo minime indignam. Vale generosissime Comes, ac vive fælix, Patriæ, tibi, nobis. Scribebam LVGD. BATAV. ÆRÆ Christianorum c̄o Ioc XLVII. Calendis Novembribus.



HISTORIÆ ROMANÆ

L E C T O R I

S. P. D.

**M** Enses aliquot labuntur, erudite lector, ex quo gravioribus districtus curis ad nobilium scriptorum editionem sum invitatus. Ego autem, cum nihil minus animo destinaram, neque ocio abundarem, sumpsi ad deliberandum spatium, quo & mihi & aliorum desiderio possem satisfacere. Dum hic anceps hæreo, varias in partes animus scindebatur, non exigui momenti rem fore ratus, eas mihi sumere partes, quæ atatem supergrederentur. Tum vel maxime, quod diversa sint hominum judicia, quæ inertes animas accendunt ad obtrectationem. Ardenter tamen ea cognoscere properabam, quæ studiis dignitatem, animo sapientiam conferrent. Sic instituebam rationes, eximiis tantum hominibus livorem communem; eo carere, non nisi certæ fore divinitatis. Quare ad opus accingor, sciens à quo didicerim literarum & gloria regna non nisi studio & magnanimitate conservari. Quo vero rerum æstimatoribus satisfiat, opera pretium me facturum existimavi, si quos secutus sim fontes, candide aperirem. In exprimendo quidem Flcro nullius editioni penitus adhæsi, cum varia occurrerent loca, quæ

ab

## P R Æ F A T I O :

ab ingenio, vel meliorum codicum autoritate, lucem requirere videbantur. Interim fuerit plura quae tuto praetermissi, vel quia indigna quibus manum admo- verem, vel quia nimis religiosus, ut propterea vete- rum scripturam sollicitarem. Vbi tamen loco remo- venda erat, plurimum tribui Divi Nazarii antiquis- simo manuscripto, ut quem ante octingentos & quod excurrit annos scriptum esse manifesta sit fides, qui- que bonitate superet codices alios, quibus in authoris hujus recensione usus est doctissimus Vinetus. Id au- tem licet ad manum non esset, ejus vicem supplere po- terant illae notae, quas in Germania pene puer cura- verat Claudius Salmasius, non Galliae tantum suae, sed & orbis eruditissimus splendidissimum. Quanquam non omnia iis committenda putavi, cum variis modis lacerata, & typhetarum incuria pudendis sphalmatis infecta. Cum igitur parum fiducia in hoc opere col- locarem, incidi forte, quae mea felicitas fuit, in eam praefationem, quam Lucii Ampelii libro memoriali comitem dederat. Unde non hoc tantum cognovi, Sal- masium habere plenos ad Annæum commentarios, sed eo etiam animo esse, ut authori propediem adjunge- ret. Ego hoc thesauro non nihil elatior, spem concipie- bam fore, ut pro singulari qua eruditos complectitur humanitate, cum mihi exhibere haud dedignaretur. Quae spes me haudquaquam fefellit. Gratia sit ipsi à me ac posteritate immortalis, qui pro immensa sua eruditione, ac amplissima dote variarum circa res Ro- manas observationum, laboribus meis tam benignè affulsit. Atque ea causa est, cur divinum hoc nomen

com-

## P R Æ F A T I O.

commentario nostro tantam adferat dignitatem, ut propterea reliquis merito sit anteposendus. Quan- quam non hoc ei propositum fuerit, omnia loca inva- dère, sed ea tantum quae hactenus conclamata, ac in quibus defecerant eruditorum conatus. Occurrunt etiam alii, qui in Floro illustrando curam ac indu- striam impenderunt. Inter eos primum se sistit Ioan- nes Camers, Franciscanae familiae sodalis, vir, ut in- felicia illa tempora ferebant, eruditissimus. Hic, praeterquam in Solinum, Fenestellam, Ceбетem & alios, unius mensis otio ad Annæi ampliandam historiam quadam publicavit, ut ex fine commentationum sua- rum discere licet. Quo labore id commodi consecutus sum, ut ea se offerrent loca, quae non sine magno nego- tio, saepe etiam cum dissidentia, conquirere potuissem. Licet autem hac cura novitii aut grammatici com- matis esse videatur, & aut à vano aut pusillo animo esse, longe tamen abfuerim studia illius culpae, qui tam propenso animo literarum commoda promovit. Insecutis verò temporibus, tam inusitata ingeniorum contentione, in limando hoc authore est allaboratum, ut nihil sordium, quae per imperitos librarios irrepse- rant, relictum videretur. Sic prodierunt Vineti, Sta- dii, Gruteri, Lipsii, Pontani, Freinshemii, Zevectii ad eundem observationes. Quibus ego subsidiis in- structus, nihil reliquum videbatur, quam ut ea, quae ab eximiis his hominibus erant excogitata, uno velut fasciculo concluderem, & adhibita iudicii rectitudi- ne, absolutum opus literatis exhiberem. Ausus et- iam plurima inserere, quae summorum virorum ju- diciis



*dicis probata, neque indigna visa, quae recentis huic ac politissima editioni adderentur. Ac sicubi forte humani ingenii lege erratum, veniam merebor ab aetate, tum & praecipiti typhetarum festinatione, quae studia mea saepius interrupit. Cum vero editio nostra carceres morderet, ac propè absoluta esset, cogitare cæpi, an ne alia superessent, quibus & gratiam inire, & mihi satisfacere possem. Scrupulum iniecerat Sosipater Carisius, vetustissimus grammaticus, qui in institutionibus suis de Floro mentionem faciens, scribit, eum ad Divum Hadrianum non solum scripsisse; Quasi de Arabe aut Sarmata manubiis: sed etiam, se Poëmatis delectari. Quae me impulerunt, ut omnem lapidem moverem, inquirendi in aliquot poëmata, imitatus eos qui reliquias sanctorum confectantur, qui satis habent, si vel simbria putida vestis, vel osculo aliquo potiri queant. In manus venerant veterum epigrammata, per Clarissimum Pithæum in unum comportata. Sed in iis nihil mihi reliquum fuit, quam quod ad Anacreontis imitationem Florus scripserat, quodque jam olim ab Aelio Spartiano in Hadriani vita erat publicatum. Igitur Floro poëta scribenti ad se,*

Ego nolo Cæsar esse,  
Ambulare per Britannos,  
Schyticas pati pruinas.

Rescripsit,

Ego nolo Florus esse,  
Ambulare per tabernas,  
Laitare per per popinas,  
Culices pati rotundos.

*Sed parum fuisset, si soli hi versiculi, velut nequilia lectoribus obtruderentur, nisi accederent alii, qui magis ad gustum essent. Dum studiose revolvo eas notas, quas in Historiæ Augustæ minores scriptores concinnaverat Claudius Salmasius, ecce, alia requirendi nova spes affulsit. Quae igitur occasione tanti viri in manus nostras venerint, breviter accipe. In commentationibus ad verba, Floro poëta scribenti ad se, mentionem injicit, penes se esse ineditum librum, quo antiquorum carmina continerentur. Ejus verò rei specimen exhibet in eleganti aliquo epigrammate, quod in eodem libro à se repertum scribit. Flori nomen huic poëmatio diserte superscriptum, folio trigesimo octavo, versa pagina, mecum testari potest clarissimus Scriverius, cum quo eundem librum pervolvî. Id verò taliter sonat:*

## F L O R I .

Venerunt aliquando Rosæ. proh! Veris amœni  
Ingenium! Vna dies ostendit spicula florum:  
Alterâ pyramides nodo majore tumentes:  
Tercia jam calathos: totum lux quarta peregit  
Floris opus. percunt hodie nisi mane legantur.

*Apud Lipsium Electorum libro primo, capite quinto, legitur anonymi poëta veteris Pervigilium Veneris, cujus authorem Catullum autumat Iosephus Scaliger, ex Petri Pythæi membranâ ipsi submissum, & ex iisdem Floridi de qualitate vitæ. Sed male scripserat Pithæus Floridi, cum revera Flori nomen ibidem habeatur, neque particula di aut alia supra vel infra reperitur. Nec scribendum oportuit de quali-*

qualitate vitæ, sed vitis. *Ecce enim de vitibus loquitur epigramma:*

Bacche vitium repertor plenus adsis vitibus,  
Effluas dulcem liquorem comparandum nectari,  
Conditumque fac vetustum, ne malignis \* suenulis  
Asperum ducat saporem \* versus usus in alteros:

\* Pyth. *venulis*. Lipl. *ne malignis venulis, Asperum duat saporem.*  
\* Salmat. *versum usum in alteros.*

*Reliqua quæ in hisce membranis reperire potui, ita se habent:*

Omnis mulier intra pectus celat virus pestilens,  
Dulce de labris locuntur, corde vivunt noxio.

Sic Apollo, deinde Liber, sic videtur ignifer:  
Ambo sunt flammis creati, profatque ex ignibus:  
Ambo de comis calorem \* & radio vite conferunt,  
Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.

\* Pyth. *& radios ambo conferunt.*  
\* Lipl. *radio dio conferunt.*

Quando ponebam novellas arbores mali & pyri,  
Corticis summæ notavi nomen ardoris mei:  
Nulla fit exinde finis vel quies cupidinis,  
Crescit arbor, gliscit \* arbor, ramus implet literas.

\* Pyth. *ardor.*

Qui mali sunt, non fuere matris ab alvo mali,  
Sed malos faciunt majorum falsa contubernia.

Sperne mores transmarinos, mille habent officias.  
Cive Romano per urbem nemo vivit rectius.  
Quippe \* mali unum Catonem, quam ccc Socratas.

\* *Lego malim.*

Tam malum est habere nummos, non habere quam malum est.  
Tara malum est audere semper, quam malum est semper pudor,  
Tam malum est tacere multum, quam malum est multum loqui.

Tam

Tam malum est foris amica, quam malum est uxor domi.  
Nemo non hæc vera dicit, nemo non contra facit.

Consules fiunt quotannis, & novi Proconsules:  
Solutus aur rex aut poeta non quotannis nascitur.

*Anne hæc epigrammata majoris cujusdam operis sunt fragmenta, an imperiti sarcinatoris ablecta, equidem dubito. Primum illud de Baccho, ut Lipsius judicat, plane insipidum, quod florem vini non redoleat, sed floces potius, quos non nominat. Merentur tamen aliqua laudem, licet alia etiam contemptum. Illud de rosa perelegans sane ac peracutum est, quod jam olim ingeniosa paraphrasi illustravit Joannes Hoofdius, Satrapa Muydensis. De cæteris judicium suspendo. Induxeram in animum ad hæc epigrammata prolixum exhibere commentarium, sed quia opere typographice non patiebantur, distuli in aliud tempus commentandi occasionem. Atque ea sunt, erudite lector, quæ de instituto nostro te scire volebam. Tuum erit egregiis destinationibus favere, ac studio tuo meam diligentiam excitare, quæ ad solius Dei gloriam, ac proximorum meorum utilitatem est comparata.*

\*\* 2

GE-



# GERARDUS JO. VOSSIUS

L I B R O

De

HISTORICIS LATINIS.



Xtremis Trajani temporibus floruit L. ANNÆUS FLORUS, qui rerum Romanarum quatuor perscripsit libros. De ætate satis apparet ex præfatione operis, cum ait: *A Cæsare Augusto in seculum nostrum sunt non multo minus anni ducenti: quibus inertia Cæsarum quasi consenuit, atque de-coxit: nisi quod sub Trajano movet lacertos, & præter spem omnium, senectus imperii, quasi reddita juven-tute revirescit.* Viri quidam eruditi, eosque inter Jo. Camers, malunt *movit*, pro *movet*. Nec diffiteor, sic esse in quibusdam Mssis. Sed rectum esse, *movit*, ostendit, tum quod antecedit, *in seculum nostrum*: tum quod sequitur, *revirescit*. Sed, inquiunt, Florus ab Augusto esse ad sua tempora ait annos prope C C. Ab Augusti autem principatu, usque ad Trajani imperium, sunt anni tantum CXXIV. sive, si putes usque ad excessum Trajani, anni erunt CXLIII. Sed jamdudum hæc mihi meditata. Verum legendum puto apud Florum, *anni C L.* Nam, quisquis Mssos Flori Codd. versarit, scit, quantopere in annis variet prologus iste. Nec tamen solius Trajani ævo arbitror vixisse: sed etiam Hadriani. Plane enim idem videtur, cujus in Hadrianum versiculos, & in quem versus Hadriani, Spartianus re-

fert,

fert: quemque Annæum Florum Charisius vocat, & ex cujus ad Divum Hadrianum epistola gemino in loco citat illa verba, *Poëmatibus delector.* Sane quod poëmatibus delectari se ait, id non abhorret ab hujus compendii scriptore, quando stylus ejus in historia est declamatorius, ac poetico propior, adeo ut etiam Virgilio hemistichia profundat. Et tamen est ea potissimum Flori nostri, laus, quod scriptor est elegans, & disertus, & si paucula exceperis, quæ frigidius dicta videntur, verè floridus. Sed lata est culpæ reus, quod in temporum ratione usque adeo negligens sit, ita ut non possit sapius hallucinari, qui hunc ducem sequi velit. Valde autem falluntur, qui cum putant in historia sua epitomen nobis Livii dare voluisse. Siquidem crebro à Livio recedit. Nec facile dixerim, idemne, an alius sit, qui singulorum ferè Livii librorum argumenta reliquit; quæ hodieque extant, etiam librorum, qui deperierunt. Sed, ecce, de nomine etiam scriptoris litem movent viri eruditi. Scrupulum iis injicit, quod Lactantius lib. VII. Instit. Div. Senecam appeller. Siquidem, inquiunt, antiquiorem hoc historico habemus neminem, qui populum Romanum diviserit per quatuor ætates. At Senecam ejus rei auctorem laudat is, quem diximus, Lactantius, his verbis: *Non inscite Seneca Romana urbis tempora distribuit in ætates. Primam enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse; à quo & genita, & quasi educata sit Roma: deinde pueritiam sub cæteris regibus; à quibus & aucta sit, & disciplinis pluribus institu-*

tisque formata : at vero, Tarquinio regnante, cum jam quasi adulta esse cepisset, servitium non tulisse, & relicto superbæ dominationis jugo, maluisse legibus obtemperare, quam regibus : cumque esset adolescentia ejus sine Punici belli terminata, tum demique confirmatis viribus cepisse juvenescere. Sublata etenim Carthagine, quæ tam diu æmula imperii Romani fuit, manus suas in totum orbem terra marique porrexit, donec regibus cunctis, & nationibus subjugatis, cum jam bellorum materia deficeret, viribus suis male uteretur, quibus se ipsa confecit. Hæc fuit prima ejus senectus : cum bellis lacrata civilibus, atque intestino malo pressa, rursus ad regimen singularis imperii recidit, quasi ad alteram infantiam revoluta. Amissa enim libertate, quam, Bruto duce, & auctore defenderat, ita consenuit, tanquam sustentare se ipsa non valeret, nisi adminiculo regentium niteretur. Hactenus Lactantius. Ea autem excrispisse ajunt ex prologo Flori, ubi hæc legas : Si quis ergo populum Rom. quasi hominem consideret, totamque ejus ætatem percenseat, ut caperit, utque adoleverit, ut quasi ad quendam juventutis ætatem pervenerit, ut postea velut consenuerit : quatuor gradus, processusque ejus, inveniet. Prima ætas sub regibus fuit, prope CCL. per annos, quibus circum ipsam matrem suam cum finitimis luctatus est. Hæc erit ejus infantia. Sequens à Bruto, Collatinoque, consulibus, in Appium Claudium Marcumque Fulvium, consules, CC annos habet ; quibus Italiam subegit. hoc fuit tempus viris armisque incitatisimum. ideo quis adolescentiam dixerit. Dehinc ad Cæsarem

Augu-

Augustum CCL anni : quibus totum orbem pacavit. Hic jam ipsa juvenia imperii, & quasi quædam robusta maturitas. A Cæsare Augusto, in seculum nostrum, sunt non multo minus anni CC. quibus inertia Cæsarium quasi consenuit, atque decoxit, nisi quod sub Trajano principe movet lacertos, & præter spem omnium, senectus imperii, quasi reddita juventute, revirescit. Hæc Florus. Utrumque autem locum integre adscripsimus, ut omnes videant, quam infirmo tibicine nitantur, qui ex Lactantio colligunt, scriptorem compendi illius, non Florum, sed Senecam dici oportere. Ajunt, divisionem eam, cujus Lactantius Senecam laudat auctorem, apud Florum in prologo legi. In quo manifestus eorum est error. Nam Seneca adolescentiam extendit usque ad finem ultimi belli Punici : Florus duntaxat ad primum bellum Punicum. Adhæc Seneca incipit senectam à bello civili Pompeiano : Florus autem à principatu Augusti. Unde colligo, Florum quidem imitatum fuisse Senecam : at aliter tamen divisisse. Atque eo magis arrisit Floro similitudo ea, quia non totam alteri deberet ; sed esset, quod sibi vindicaret. Sanè toto ad eam opere respicit. Nempe suum cuique pulcrum, quod dici solet. Nec propterea negâro, Florum hunc fuisse ex Senecarum familia. Seneca enim vocatur in plerisque veteribus libris. Adhæc Senecæ sunt ex Annæa gente. At Florus, uti in plerisque libb. Julius, ita Annæus in vet. vocatur libb. etiam antiqua ac principe, quam habeo, editione. Adhæc Hispanum fuisse,

\* \* 4

unde

unde Senecæ domo erant, verisimile facit luculenta ejus terræ laudatio, quæ est lib. 11. cap. xvii, & libr. 111. cap. xxii. Dicitio quoque hanc domum sapit. Nam ea eloquentiæ, & poësis laude incluta fuit. At dicitio Historici hujus est diserta, & poëtica proprior. Imò opus ipsum vix aliud, quam declamatio est. Fortasse igitur Senecæ etiam nomen fuit. Sed, ut hoc demus, non eo consequitur, haut aliter, quam Senecam, vocari oportere. Nec enim facile adeo fides est deroganda multò maximæ parti librorum, & quidem melioris notæ, ubi Florus vocatur. Et quid prohibet, quo minus, ut L. Annæi Senecæ philosophi frater, non tantum L. Annæus Novatus dicebatur: sed etiam Junius Gallio (quod nomen habuit, postquam à Junio Gallione erat adoptatus) ita historicum hunc credamus, adoptione nomen mutasse: atque inde esse, quod idem dictus sit L. Annæus Seneca, & L. Annæus Florus: vel, ut in nonnullis libris legere est, L. Julius Florus?

## JUSTUS LIPSIUS

*Lib. 2. Elect, cap. 5.*



**L**VCIUS ANNÆVS Florus (ita enim indigetare cum prisca libris malim, quam Iulium: quoniam Hispana origine fuisse colligo, & nisi fallor, ex ipsa Senecarum gente,) is inquam Florus compendium non tam Livii, à quo sæpe dissentit, quam rerum Romanarum scripsit: si quid mei iudicii est, compositæ, diserte, eleganter. Subtilitas quidem & brevitatis in eo sæpe mira; & sententiarum quædam gemmularum cum iudicio insertæ & veritate.

## CEAUVDIVS SALMASIVS

*In Notis ad Florum.*

**N**on alius potest esse Florus quam ille qui Trajani & Hadriani temporibus floruit, qui in Epistola ad Hadrianum, cuius Epistolæ ter aut quater mentionem apud Charisium reperies, scribit, se Poëmatis delectari. Character autem istius historici compendii plane poëticus est, & hominis in poësis non infelicitè versati; quamvis hoc parum probet si non alia accederent. Et minimum Grammaticis tam invisum fuisse hoc opus, ut nusquam aliquid ex eo ad testimonium citent, cum & Solinum sapius, qui longe post tempora Annæi Flori vixit, ut alibi pluribus ostendemus, & alios non vetustiores aut meliores Solino scriptis suis ut locupletes & idoneos testes advocent.

## IOH. ISAC. PONTANVS

*In Oratiõne Isagogica ad Florum.*

**L**Annæum Florum Volaterranus Iulium Florum Secundum maluit nominare: Quod existimaret hunc esse eum Secundum, cuius amice meminit Fabius Quintilianus, qui & familiariter se amatum eum addit, virum ut miræ faciendæ ita infinitæ eura. Iulii cognomen à Patruo Iulio Floro retinuisse idem conicit: Cujus quoque Quintilianus mentionem facit, inter paucos disertum eum fuisse indicans, utpote in eloquentia, quam in Galliis sub extremum exercuit, Galliarum principem. Quam de Floro opinionem, si Trajani ævum, quo claruit & Quintilianus & Florus noster, respicimus, non abs re coniecisse Volaterranus censei potest. Nisi quod duo obstatè videantur: Prius est ipse Quintilianus, qui non ut historicum aut inter historicos, sed ut oratorem & inter

IV.

eloquentiæ laude florentes utrumque & Iulium Secundum & patrum ejus Florum concelebrat : Alterum est codicum veterum scriptura, in quibus non Julius, sed L. Annæus Florus constanter indigetatur. Vnde colligendum doctiores voluerunt ex Hispania oriundum fuisse, & fortasse ex ipsa Annæorum, id est, Senecarum gente. Quidquid horum sit, quod nos in medio relinquemus, illud interim ratum esto; egregium opus esse ejus quatuor rei Romanæ libros. Quos qui compendium Livii aut breviarium faciunt, vel eo, præter cætera, redargui existimo, quod in iis à Livio sæpe numero abeat ac variet sententia. Potius totius imperii florentis tabulam appellabimus, cum præsertim ipse in prologo suo fateatur se ad exemplum eorum, qui terrarum situs pingunt, in brevi quasi tabella universam imperii imaginem ac magnitudinem ob oculos posuisse. Quod sane scribendi genus ac studium brevioris, quidquid censeant alii, præcipue in historico amplectendum magnique faciendum judico. Nam & Salustium quid magis commendavit, quam oratio concisa & stricta? Quid Thucydidem? de quo utroque censuram ac judicium hujusmodi Senecæ habemus: *Cum sit, inquit, præcipua in Thucyde brevitas, hac cum Salustius vicit, & in suis illis castris cæcidit.* Brevitatem scilicet utriusque laudat gravissimus author Seneca, non tamen obscuram illam & implicatam, sed eam, quæ conjuncta est cum perspicuitate: Et qualem Phocioni placuisse legimus, cui quondam in comitiis sedenti cum unus è popularibus diceret, vidēris ô Phocion nescio quid tecum ipse meditari, tum ille, ita est, inquit, meditor & cogito, num ex iis, quæ ad populum verba facturus sum, aliquid valeam recidere & amputare. Hic est ille Phocion, quem quoties ad dicendum surgere videret ipse concionis & fori rex Demosthenes, toties fatebatur, *adesse verborum suorum securum.* Ut ergo nec oratore indecet dictio pressior & *βραχυλογία*, ita ea historico videatur esse propria; adeo, ut neget Cicero quidquam esse in historia pura & illustri brevitate dulcius. Atque hinc esse existimandum, quod Cæsar Caligula, cum inter cætera, etiam Livii scripta veller abolere, hanc præcipue causam commentus sit, *quod esset verbosus in Historia.* Noster itaque author sicuti nequaquam verbosus aut diffusus, ita neque, ut illi, qui summa rerum capita aut nuda breviora contexunt, in se restrictus est aut exanguis, sed sobriam & verbis cultam orationem amat, densus interim sententiis & rebus cum judicio prolatis, adeo frequens & sæcundus, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur. Quæ profecto quemadmodum insignis est, & nostro cum maximis authoribus communis laus, ita reliquas, si non adsint, facile sola comperet. Nam ut in cibi ii præcipue laudantur qui minimum detrimentorum, succi plurimum habent, ita maximi faciendæ oratio, quæ paucissimis verbis plurimum frugis & rerum complectitur.

NICO-



## NICOLAO BLANCKARDO

MARCUS ZUERIUS BOXHORNII

S. P. D.

**N** Vero non debueras suspensa manu offerre mihi, quæ ad Flori, elegantissimi auctoris, Breviarium rerum Romanarum illustrandum contulisti. Quid enim aut publice latius, aut privatim mihi optatius, quam clarissimos juvenes nomen & famam ex studiis petere? Neque jam dicam, audendum esse aliquid, dum & venia est, ut Fabius loquitur, & spes, & favor, & audere non dedecet, & si quid sorte operi desit, atas possit supplere. Tu enim atate hac & cura virum te prestitisti, dum aliorum, qui plurimi in hac arena ante te versati sunt, quædam rejicis tanquam aliena; alia sic probas ac promissis, ut hac ipsa judicii tui rectitudine fiant tua; tua denique pari cum iis passu ambulant, quæ à summis ingenii rectissime jam pridem sunt observata. Ex illis ego vel præcipue nunc sentio, quanta & à te in posterum expectanda, & hæc Literæ tibi debituræ sint. Sed de te hæc mihi apud alios potius dicenda sunt, quam te, qui cum modestiæ gloriâ reliquas virtutes tuas egregie exornes, laudanda omnia præstare mavis, quam laudari. Querebas nuper de voce Cælia, cujus Florus Lib. 11. cap. XVI 11. ubi de bello Numantino, meminit. Accipe igitur nunc quid de ea sentiam

tiam. Hispani, inquit, Celiā vocant indigenam ex frumento potionem. Celia ergo Hispanis, quae nunc vulgo cervisia appellatur, humor, ut eam describit Tacitus Lib. de Moribus Germanorum, ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus. Neque aliter exponunt veteres Glossae Latinae Germanicae; Celia, Tranch von Korn, bier. De origine nominis queritur. A calefaciendo dictam vult Isidorus, & ut saepe alibi, rugatur. Hispani veteres, quorum nobilis pars Numantini, vix alia lingua sunt quam Celtica. Noti sunt in Hispania Celtiberi, & Galli Celtae. Gallorum autem & Celtarum linguam non aliam fuisse olim quam Germanicam certum est, id est, Scythicam. Scythi, & à Scythiis, antiquissima haud dubie Asiae & Europae, ipsisque etiam Graecis & Romanis hoc nomine laudata gente, ortis populis, Oele significat pinguem quemvis humorem. Hinc ελαιον Graecorum, & Romanorum Oleum, & Germanorum Olie. Vox ea hodieque, & eadem significatione, superest Anglis, sive Anglo-Saxonibus, & Danis, aliisque septentrionem Europae habitantibus populis. Aelia illis sive Ael, (Alam dicit Iunius Animadversionum Lib. 11. cap. XII. ubi de Cytho & cervisia, quid differant, quibusque nominibus olim appellata sint, differit) his Oelia, vel Oel dicitur Celia, de qua hic agitur, Numantiorum, sive humor ex hordeo & frumento in quandam similitudinem vini corruptus. C littera, quaedam velut adspiratio, pro diversa harum gentium dialecto iisdem nominibus subinde additur, nonnunquam adimitur. Ita Graecis Καρδια, Romanis Cor, Coelum, Cornu,

Cornu, Cannabus, sunt; quae Scythiis & Germanis, Hardt aut Hordt, Hemel, Horn, Hanf, aut Cannef, dicuntur. Exempla alia prope infinita sunt. Celia igitur haud dubie eadem est cum Anglorum Danorumque Oelia, aut Aelia, significantibus indigenam, ut hic Florus eam describit, ex frumento potionem. Βρύον vocant veteres Graeci, Hellanicus, Hecatæus in Europa descriptione, Aeschylus, alii. Quae & ipsa vox ortu Scythica & Germanis hodieque nota est. Brout enim est Cervisia, Brouwen, Cervisiam coquere. Sed de his plura alibi. Habes interim & agnosces veram, nisi fallor, nominis Celiae originem, eruditissime Blanckarde. Vale, & hoc porro age, ac me inter illos habe, qui summa omnia raris hac aetate doctrina & virtutibus tuis judicant deberi. LUGDUN. BATAV. MDCLXXVII. Mense Octob.

SE-

# SERIES CAPITVM

## LIBRI I.

<b>P</b> ROEMIUM.	1
De Romulo.	5
De Numa Pompilio.	12
De Tullo Hostilio.	16
De Anco Marcio.	20
De Tarquinio Prisco.	21
De Servio Tullio.	26
De Tarquinio Superbo.	29
Anacephalæosis de vii. regibus.	34
De mutatione Reipublicæ.	35
Bellum Etruscum cum Rege Por-sena.	39
Bellum Latinum.	43
Bellum cum Etruscis, Faliscis, & Fidenatibus.	50
Bellum Gallicum.	54
Bellum Latinum.	63
Bellum Sabinum.	66
Samniticum.	67
Etruscum, Samniticum & Gallicum.	77
Tarentinum, & cum Pyrrho Re-ge.	80
Picenum.	90
Sallentinum.	92
Volsinense.	ib.
22. 23. 24. 25. 26. De Seditio-nibus.	93. 96. 98. 99. 100.

## LIBRI II.

<b>P</b> ROEMIUM.	106
Primum Bellum Punicum.	107
Bellum Liguliticum.	126
Gallicum.	130
Illyricum.	134
Punicum secundum.	135
Macedonicum primum.	174
Syriacum regis Antiochi.	179
Ætolicum.	185
Hispanicum.	185
Gallgræcum.	187
Macedonicum secundum.	189
Illyricum.	195
Macedonicum tertium.	ib.
Punicum tertium.	197
Achaicum.	203
Res in Hispania gestæ.	205

18 Bellum Numantinum.	212
19 Transito.	217
20 Bellum Asiaticum.	218

## LIBRI III.

<b>B</b> ellum Jugurthinum.	221
Allobrogicum.	225
3 Cimbricum, Theutonicum ac Ti-gurinum.	227
Thracium.	234
5 Mithridaticum.	237
6 Piraticum.	250
7 Creticum.	254
8 Balearicum.	257
9 Expeditio in Cypron.	258
10 Bellum Gallicum.	260
11 Parthicum.	273
12 Anacephalæosis.	277
13 Seditiositas Tribunicæ potesta-tis.	282
14 Seditio Tiberii Gracchi.	286
15 Caii Gracchi.	290
16 Appulejana.	291
17 Drusiana.	295
18 Bellum Sociale.	300
19 Servile.	306
20 Spartacium.	310
21 Bellum civile Marianum.	314
22 Sertorianum.	325
23 Bellum civile sub Lepido.	329

## LIBRI IV.

<b>B</b> ellum Catilinarium.	331
2 Cæsaris & Pompeii.	336
3 Cæsar Augustus.	265
4 Bellum Mutinense.	368
5 Perusinum.	372
6 Triumviratus.	374
7 Bellum Cassii & Bruti.	377
8 Bellum cum Sexto Pompejo.	382
9 Bellum Parthicum duce Ventidio.	384
10 Bellum Parthicum cum Antonio.	387
11 Bellum cum Antonio & Cleopa-tria.	391
12 Bella adversus exteras gentes.	397

NOMI-

# NOMINA EORVM

## Quorum

### OBSERVATIONES ET NOTÆ

*Hac editione exhibentur.*

**A**donis chronicon.  
Ælianus.  
Agellius.  
Albertus Magnus.

Aiciatus.  
Alex. ab Alexandro.  
Ammianus Marcellinus.  
Antoninus.  
Appianus.  
Apocryphi libri.  
Apuleius.  
Aristoteles.  
Arnobius.  
Æschyles.  
Aconius.  
Athanassi Metaphrastes.  
Athenæus.  
Auctor de viris ill.  
Augustinus.  
Aufonius.  
Barclajus.  
Bellonius.  
Biblia S.  
Blanckardus.  
Boxhornius.  
Briffonius.  
Brito.  
Camers.  
Capitolinæ Tabb.  
Capitolini triumphis, scriptores & Fasti.  
Capitolinus.  
Callimachus.  
Cassiodorus.  
Casaubonus.  
Cato.  
Cæsar.  
Charisius.  
Choniates.  
Cicero.  
Claudianus.  
Cluverius.  
Codd. Mss.  
Cognatus.

Contarenius.  
Crantzus.  
Crinitus.  
Curtius.  
Cuspianus.  
Damascenus.  
Diaconus.  
Dio.  
Diodorus.  
Dionysius Halicarnassicus.  
Egesippus.  
Frasmus.  
Eusebius.  
Eustathius.  
Eutropius.  
Fenestella.  
Festus.  
Firmicus.  
Freinshemius.  
Frontinus.  
Galenus.  
Glossæ latinæ.  
Godelevæus.  
Goltzius.  
Gothofredus.  
Gratius Cynegeticus.  
Grotius.  
Gruterus.  
Heinſius.  
Helladius.  
Heningea.  
Herodotus.  
Herodianus.  
Hieronimus.  
Hirtius.  
Homerus.  
Horatius.  
Jordanes.  
Josephus.  
Jovius.  
Isidorus.  
Justinianus.  
Justinus.

Jaff.



Justinus Pater.  
Junius.  
Juvenalis & ejus  
Scholiastes.  
Laberius.  
Lactantius Firmianus.  
Lampridius.  
Lipsius.  
Livius cum epit.  
Lucianus.  
Lucilius.  
Lucretius.  
Macrobius.  
Manutius pater.  
Martialis.  
Mela.  
Merula.  
Mimus.  
Munsterus.  
Nonius Marcellus.  
Numismata vetera.  
Obsequens.  
Onofander.  
Onuphrius Panvinius.  
Orosius.  
Ovidius.  
Pacatus.  
Papinius.  
Pausanias.  
Persii interpres.  
Perottus.  
Petronius.  
Philargyrus.  
Photius.  
Phocylides.  
Pighius.  
Plautus.  
Plinius uterque.  
Plutarchus.  
Pomponius Lætus.  
Pontanus.  
Polybius.  
Polydorus.  
Polyænus.  
Porphyrius.  
Priscianus.  
Procopius.  
Propertius.  
Robertellus.  
Rosa.  
Rubenius.

Ricquius.  
Sabellicus.  
Salustius.  
Salmasius.  
Saxa vetera.  
Saxo.  
Scaliger.  
Schortus.  
Seneca.  
Servius.  
Sextus Ruffus.  
Sextus Pompejus.  
Sidonius Apollinaris.  
Sigonius.  
Silius.  
Sisenna.  
Solinus.  
Spartianus.  
Stadius.  
Stattius.  
Stephanus.  
Stevvechius.  
Strabo.  
Suetonius.  
Suidas.  
Sulpitius Severus.  
Tabb. Græcæ & Capitoliæ.  
Tacitus.  
Taubmannus.  
Tertullianus.  
Terentius.  
Theophrastus.  
Thuanus.  
Thucydides.  
Tibullus.  
Trebellius Pollio.  
Turnebus.  
Valerius Maximus.  
Varro.  
Vegetius.  
Vellejus.  
Vinetus.  
Virgilius.  
Vopiscus.  
Welferus.  
Xenophon.  
Xiphilinus.  
Zevvecotius.  
Zonaras.  
Zosimus.



# L. ANNÆI FLORI RERUM ROMANARUM

LIBRI IV.

P R O O E M I V M.

**R**Opulus Romanus à rege Romulo in Cæsarem Augustum, septingentos per annos, tantum operum pace belloque gessit, ut si quis magnitudinem imperii cum annis conferat, atatem

**L**Viii Annæi Flori &c.] In antiquioribus libris, teste Salmasio, varie nomen hoc legitur, ita tamen, ut semper *Annæus* vocetur, nisi quod in aliquibus *Iulium* invenit Lipsius, quibus tamen fidem non habet. Julius Schorto citatur. *Freinsb.* & Seneca Lactantio Firmiano *lib. 7. c. 15.* Divinarum Institutionum. Sed falsus fuit in nomine Annæi, cum id proprium fuerit Senecarum. Errant etiam qui hujus distributionis in ætates Senecam philosophum autorem autumant. *Salmasius.*

Illud videtur cognomen Flori, si alicuium sit, adjectum errore, quo multis idem cum epitomatore Livii noster habetur. *Freinsb.*

In Cæsarem, Alii usque Cæsarem, quod præferrem, nisi scripti, quos Gruterus & Salmasius videre, repugnarent: quibus etiam suffragatur non indiligens editio, quæ decimo superioris sæculi

anno prodiit. Ita loquitur noster infra, sine præstationis: in seculum nostrum. *Freinsb.*

*Septingentos]* Novem adjiciunt Eutropius lib. 7. in princ. & Fasti Consulares. (Nam quod fere scriptores diversi abeunt ab ætate illa conditæ Urbis dirigenda, quæ in Capitolinis tabulis habetur, ideò factum esse manifestum est, quod aliquando annos aliquot ipsi prætermittunt, in quibus Dictatores sine Coss. magistratum gesserunt, & quod solennes dies ineundo consulatui inconstanter & varie ab initio observati, unius anni differentiam attulerint. *Stad.*) Decem Orosius 6. 18. Vellei. 2. 65. 4. 11 c. 1 x. ab V. C. anno, Cos. Augustum habet. Tacitus post 11 c. x x. urbis annum, solum Augustum imperasse, principio historiarum scribit. Dio princ. lib. 52. post 11 c. x x v. post A. C. tiam nempe victoriam, quam Panvinius ex Fastis in vicesimum secundum supra 11 c. c. refert, qui numerus duodecim

etatem ultra putet. Ita late per orbem terrarum arma circumtulit, ut qui res ejus legunt, non unius populi, sed generis humani facta discant. Nam tot laboribus periculisque jactatus est, ut ad constituendum ejus imperium, contendisse Virtus & Fortuna videantur.

decim annis, quibus cum Antonio Remp tenuit, recisis, idem cum Orosiano fuerit. Dionysius Halicarnassensis 1. 71. bellorum civilium finem in medium Olympiad. 187. refert, cum Roma apud eundem 1. 71. & 74. & 2. 2. primo septimæ Olymp. cœdita fuisset. fuerint ergo anni DCCX. quot etiam subinnuere videtur Livius in præf. Sed noster maluit ut rotundiore numero, quod aliis etiam auctoribus familiare est; Livius 9. 18. P. R. ædificantissimum annum bellare, scribit. & apud Tacitum H. 4. 74. octingentorum annorum fortuna disciplinaque compagem eam (imperium Rom. dicit) coaluisse ait (Petilius Cerialis. ita Justinianus in l. 3. C. de V. I. enucl. ab V. C. ad suum usque impetium pene MCCC. (nam quod in Constit. ad Tribonian. §. 5. MCCC. anni sunt, scribentis aut describentis error est) annos elapsos ait. Ita etiam in enarrandis claudibus, ubi casorum numerus refertur, raris centenorum mentio est, sed tot fere millia cæsa dicuntur. Sic infra cap. x i v. Cæsi apud Cremeram trecenti. Freinsb.

[Etatem ultra putet] Hoc est, putet, tantum operum tam brevi temporis spatio geri non potuisse. Freinsb. adeo ut putare, nihil hic aliud sit quam æstimare. Tevontius Andria: Recte putas. M. Tullius Epitulis ad Cæsarem lib. 2. Quod Sapientes homines, boni putant. Lucilius lib. xxxix. Perge amabo, ac, si potes, face dignam me ut vobis putem. Ex Nonio Marcello Blanckardus. Nam quod Stadius putare pro computare & numerum inire exponit, id quidem alias probum est: sed huic loco parum

convenire videtur: cum hic non de inquirenda vel computanda etate sermo sit, sed jam inventa & computata cum rebus in ea gestis comparetur. Freinsb. Ut autem Latini etatem vocant humanæ vitæ spatium suis progressibus distinctum, ita septingentos annos, quibus infantiam, adolecentiam, juventutem P. R. complectitur, etatem vocat. Stadius.

[Generis humani] Ita magnitudine Romana totus prope orbis involvitur, ut ei nihil accidere possit, quin universos contingat. sic infra 4. 3. Cum Romana dominationis, id est, humani generis conversione. Sic Suetonius Calig. 13. 1. P. R. vel, ut ita dicam, hominum genus. Freinsb.

[Virtus & fortuna] Tempore quo primis auspiciis in mundanum fulgorem surgeret victura dum erunt homines Roma, ut augetur sublimibus incrementis fœdere pacis æternæ, Virtus convenit atque Fortuna plerumque disidentes: quarum si altera defuisset, ad perfectam non venerat summitatem. hic populus ab incunabulis primis ad usq; pueritiæ tempus extremum, quod annis circumcluditur fere trecentis, circummurana pertulit bella: deinde etatem ingressus adultam post multiplices bellorum ærumnas, Alpes transcendit & fretum: in juvenem erectus & virum, ex omni plaga quam orbis ambit immensus, reportavit laurea triumphos: Jamque vergens in senium, & nomine solo aliquoties vincens, ad tranquilliora vitæ discessit. Ex Marcel-  
lini lib. x i v. Blanckardus.

Tam ergo parum sine fortuna virtus effe-

tur. Quare quum præcipue hoc quoque, sicut cætera, operæ precium sit cognoscere; tamen quia ipsa sibi obstat magnitudo, rerumque diversitas aciem intentionis abruptit, faciam quod solent, qui terrarum situs pingunt: in brevi quasi tabella totam ejus imaginem amplectar, non nihil, ut spero, ad admirationem principis populi collaturus, si pariter atque insimul universam magnitudinem ejus ostendero. Si quis ergo populum Romanum quasi hominem consideret, totamque ejus etatem percenseat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quasi ad quendam juventutem florem pervenerit, ut postea velut consenuerit; quatuor gradus processusq; ejus inveniet. Prima etas sub regibus fuit, prope ducentos quinquaginta per annos, quibus circum ipsam matrem

effecerit, quam sine virtute fortuna. Sensit hoc Brutus, cum exclamaret. apud nostrum 4. 7. non in re, sed in verbo tantum esse virtutem. adeoque verbum est interdum illud: Vitam regit fortuna, non sapientia. Nam ei, qui ad virtutem tendit, etiam si multum processit, opus est tamen aliqua fortuna indulgentia inquit Seneca cap. 16. de vita beata. Hæc ergo sæpissime Popul. Rom. juvit, crexit, restituit Unicum Taciti locum Hist. 3. 56. annotasse sufficit: Affuit, ut sæpe alias, fortuna P. R. Freinsb.

[Insimul] pro junctim, simul. Ita Stadius Silv. 1. 6. Et gentes aliis insimul togatas. Veteres autem duplicibus vocabulis aliquando simplicibus utuntur, ut hic, insimul pro simul: sic infemet pro femet. Insimul libro 2. cap. xx. à Floro usurpatur: Populus R. incognita quadam felicitate, relicta regis hereditatibus opes, & tota insimul regna veniebant. Blanckardus.

[Quasi hominem] Nam sicut homines,

ita civitates quoque & urbes nascuntur, crescunt, moriuntur. Freinsb. Et ut homo, qui animalium solus ratio- nis & cogitationis particeps est, cæteris omnibus præfertur animalibus, ita Rom. Imp. cæterarum gentium imperia atque resp. excelluit dignitate. Camers. Eadem figura Plinius 3. 5. morientis Casilini reliquias dicit. Cicero 5. 14. de sinib. pari similitudine utitur. Eorum, inquit, etiam rerum, quas terra gignit, educatio quadam & perfectio est, non dissimilis animantium. Itaque & vivere vitam, & mori dicimus; arboremque & novellam, & vetulam, & rigere & senescere. Freinsb.

[Ducentos quinquaginta per annos] Florus hoc in loco minus accuratus est. Qui exactius computaverunt à Roma condita ad libertatem annos CC. & XLIV. numerant: inde ad Appianæ Claudium Caudicem, & Marcum Fulvium Flaccum, Cos. annos CC & XLVI. Hinc ad annum Urbis septingentesimum & vigesimum tertium, sunt anni CC. & XXXIII. Cui Urbis anno si addideris

matrem suam cum finitimis luctatus est. Hæc erit ejus Infantia. Sequens à Bruto Collatinoque consulibus, in Appium Claudium, Marcum Fulvium consules, ducentos quinquaginta annos patet: quibus Italiam subegit. hoc fuit tempus viris armisque incitatissimum: ideo quis Adolescentiam dixerit. Dehinc ad Casarem Augustum ducenti anni, quibus totum orbem pacavit. hic jam ipsa Inventa imperii, & quasi quaedam robusta maturitas. A Casare Augusto in sæculum nostrum haud multo minus anni ducenti: quibus

cc. quos hic numerat ab Augusto in suum sæculum, sicut anni Urbis non-genti & viginti tres. *Vinet.* Scribit *Liv.* in fine lib. 1. & *Halicarnassæus* in Principio quarti, regnatum Rom. ab V. C. ad liberatum annos c c x l i v. Quod autem veteres quidam annum subducant, in causa est, quod nonnulli reges supra integros annos, menses & dies aliquot regnarunt, illasque anni partes, quæ collectæ annum explerent, ut contentandis ipsi præterierunt. *Florus* ergo addit [prope] ut sexennium deesse admoneret. *Stad.*

*Appium Claudium, M. Fulvium Cos.]* Intelligit non *Appium Claudium Cæcum*, de quo infra cap. 18. Sed eum cui cognomen CAUDEX, de quo c. 2. lib. 2. *Camers.* Non dubitavi autem pro *Quinto Fulvio* substituere *Marcum*, fretus autoritate saltorum Capitolinorum. *Blanckardus.*

*Ducentos quinquaginta annos]* Adeo non displicet *Stadii* & *Salmasii* conjectura, qui c c l. hic, & infra c c. legunt, ut etiam in textum recipere ausus sim, quam & noster firmare videtur, infra. 2. 1. *Freinsb.*

*Patet]* Patere dicitur ætas, h. e. habere tot annos, per tot annos extendi: ita, patet tempus. *Seneca consol. ad Marciam c. 24. h. e. extenditur, porrigitur,* &c. *Freinsb.*

*Hoc fuit tempus viris]* Intelligit gentem *Valeriam, Postumiam, Papiriam, Quinctiam, Furiam, Corneliam, Fabiam, Curiam, Fabriciam*, quæ à *Regibus* exactis usque ad *Italiam* edomitam, magna & illustria abstinentiæ, modestiæ, fortitudinis & virtutis Romanæ documenta præbuerit. *Stad.*

*Ducenti anni]* Si numerum volumus eadem ratione cum mox sequenti rotundum, qua binæ ætates precedentes inter se consentiunt, scribendum & hic erit c c. atq; ita ducenti, cū bis c e l. h. e. quingentis conjuncti septingentos ab V. C. ad *Augustum* annos sunt collecturi, ut *ratiocinium Flori* expleatur. *Idem.*

*In sæculum nostrum]* Satis perplexæ. Cum enim ad *Augusti* consulatum ab V. C. computaverit d c c. annos, altera, & ista quam recenset ducentorum annorum ætate adjecta, colligimus non-gentos annos, producimusque P. R. senium ad *Hadriani* usque *Cæsaris* excessum: cum tamen *Traiani* x l i i. Romanorum Imperatoris virtute, imperium Meridiem, & Septentrionem, Orientemque versus latissime productum sit, quod ut *Florus* subjudicat, ita cæteri constantissime tuerentur. Sed sub *Hadriano* adseverent imperium non esse amplificatum. Quare si *Flori* rationem subduxerimus à consulatu *Augusti* usque

bus inertia *Cæsarum* quasi conservuit atque decoxit; nisi quod sub *Traiano* principe movet lacertos, & præter spem omnium, senectus imperii, quasi reddita juvenute, revirescit.

## LIBER PRIMVS.

## CAP. I.

## De Romulo primo Romanorum Rege.

**R**omulus ille, & Urbis & Imperii conditor, Romulus fuit: Marte genitus & Rhea

que ad *Traiani* mortem, colligemus annos c x x c. atque ita *Florus* x x. annorum spatium in his verbis [non multo minus] inclusisse videtur. *Idem.*

*Anniducenti]* Secundum computationem *Eusebii*, ab initio imperii *Augusti*, usque ad finem *Traiani*, sunt fere anni c l x x v i i i. & menses 6. *Camers.* *Tacitus* G. 37. 4. ab V. C. ad alterum *Traiani* consulatum d c c l. annos colligit. *Salmasius* autem putat *Florum* sub *Hadriano* vixisse, & per sæculum istud suum *Hadriani* tempora intellige-

re. quapropter etiam mox movit, non movet lacertos legendum ait, *Freinsheimus.*

*Inertia Cæsarum quasi conservuit]* Cæsares curam Imperii abjiciebant; partim ne à voluptatibus suis avocarentur, partim quia subditos imbelles esse malebant. *Zevencot.*

*Decoxit]* Hoc est, decoctum est, a-ctivo verbo quasi neutraliter usurpato, qua loquendi ratione nulla *Tacito* frequentior, & alii auctores passim ita loquuntur. *Idem.*

**H**istoriam Romuli præter nostrum invenies apud *Livium* 1. *Iust.* 43. *Solin.* in princ. *Victor.* cap. 2. de viris illust. *Sex. Ruffum* de vita regia. *Eutrop.* 1. 4. *Oros.* 2. 5. *Plutarch.* *Dionys.* *Halicarn.* 1. & 2. *Valer. Max.* 3. 2. & 5. 3. *Plinius* 8. 17. 14. 12. 15. 18. & 29. 16. 45. 18. 2. 34. 6. *August.* de Civ. Dei 2. 17. 3. 6. 13. 15. *Lactan.* 1. 20. & 2. 7. *Virg. Æn.* 8. 635 *Ovid.* 3. & 4. *Fastorum* & 14. *Metamorph. Horatium* 3. 3. *Carm. Propert.* lib. 4. *Camers.*

*Romulus]* *Romulum* & *Remum* à virtute, hoc est, robore appellatos fuisse, putat *Festus*: Nec immeritò, si observe-

mus *Ρώμην* latinis *Valentiam* esse, nam *ἔρρωτα* est valere. *Glossæ:* *Ρώμη*. *Valentia.* ita vocarunt robur corporis, quod & ipsum ex eadem origine venit, nam *ῥάμος* & *ῥάμη*, *ῥάμη* & *ῥάμητα*. *Eolicum ῥάμος* & *ῥάμω*, inde latinum robur. inde etiam dicti *Ράμος Ραμύλος*. *ῥάμος* enim vir fortis, ut *ῥάμος* irrifio dicitur, & qui irridet. Sic *Ράμος* & fortitudo & vir fortis. *Salmasius.* *Romulum* à *ruma*, hoc est, mamma, alii deducunt. *N. B.*

*Marte]* propter autoritatem, quæ regnorum fulcrum est & salutis tutela. *Idem*

*Rhea Silvia. Hoc de se sacerdos gravida confessa est: nec mox fama dubitavit, quum Amulii imperio abjectus in profluentem cum Remo fratre, non potuit extingui. Siquidem & Tiberinus amnem repressit: & relictis catulis lupa sequuta vagitum, uber admovit infantibus, matremque se gessit. Sic repertos apud arborem, regis pastor tulit in casam, atque educavit. Alba tunc erat Latio caput, Iuli opus. nam Lavinium patris Eneæ contempserat. Ab his Amulius jam bis septima sobole regnabat, fratre pulso Numitore, cujus*

*ex*

Ideo ut eam sibi pararent multi olim principes caelestem originem sinkerunt. Vnde ne successibus deesset autoritas Amazonum reginæ *Marthesia & Lampetio* Martem fe genitas prædicarunt. Iutinus l. 2. c. 4. *Zeyccatius.*

*Rhea*] Quidam *Servium* appellant, *Ælianus* var. Hist. lib. 7. c. 16. quidam *Iliam*. sic scholiastes *Jovenal.* ad Sat. 9. *Calendis Martiis quibus Junonis sacra celebrantur à Romanis, quia tunc Iliæ compressus est à Marte, nam tunc Matronalia fuer.* *Blancardus.* Fuit Vestalis virgo, *Numitoris* Albani regis filia. *Amulius* frater minor *Numitorem* primogenitum & successorem legitimum per vim regno depulserat, ejusque silium, ne qua ipse hæredis aut ultoris futuri superesset, in venatione percussit; siliam ad vestale sacerdotium ceperat. Sed postquam furtivo concubitu gravidam deprehendit eam custodia sepsit ut partus enecaretur: ipsa quidem peperit gemellos, qui *Amulii* imperio in profluentem projecti, beneficio *Fausuli* pastoris Regii collecti servati sunt & educati: ipsa à partu liberata & stupri reu patruj jussu, viva defoditur. &c. *Stad.*

*Sequitur vagitum, uber admovit*] Utrum vera lupa fuerit Romuli nutritrix, dissentiunt auctores. Affirmant *Plutar.*

cap. 65. *Parall. Virg. Æn. 1. 276. Cic. de Divin. 2. 20. Nato 3. 53. Fast. sed & Plinius 8. 17. & 15. 18. Justin. 43. 2. 6. qui similia recenset de Cyro 1. 4. 10. de Hierone 23. 4. 7. de Habide 44. 3. 5. Contra Livius 1. 4. 8. diversam opinionem refert, quam omnino amplectitur *Lactantius* lib. 1. c. 20. *Eutrop.* l. 13. in fin. *Freinsheimius*, & merito. Nam quia turpe esse id fateri existimantur Romani, bestia potius quam homini hoc voluerunt adscribere. Sic olim Athenis meretrix quædam *Leona* nomine Tyrannum occidit, quam cum itarua dignam judicaret Magistratus, & meretricis effigiem ponere puderet, cognominis belluz imaginem dedicavit. *Zeyccatius.**

*Arborem*] Ficum nempe, sub qua mammæ dederat infantibus lupa, quæ Ruminalis est appellata ex argumento, nempe à ruma, (rumen appellat *Plin.* 15. 18.) quod est mamma. *Festus*, & *Plutarch.* quæst. Rom. 57. *Livius* 1. 4. l. *Romularem* vocat amiserunt, ut ita à Romulo nomen acceperit. meminit ejus *Tacitus* extremo *Annalium* x11 l. *Freinsb.*

*Alba*] Vrbs est in Latio ab *Ascanio Eneæ* filio condita. Appellatur *Longa*, ab situ porrecte in dorso urbis. *Livius.* Sunt & fluvij & plurimæ civitates eodem prænomine gaudentes, *N. B.*

*Piacu-*

*ex filia Romulus. Igitur statim prima juventæ face, patrum Amulium ab arce deturbat, avum reponit: Ipse fluminis amator, & montium, apud quos erat educatus, mœnia novæ urbis agitabat. Gemini erant: uter auspicaretur, & regeret, adhibuere piacula. Remus montem Aventinum, hic Palatinum occupat. Prior ille sex vultures, hic postea, sed duodecim videt. Sic victor augurio, urbem excitat, plenus spei, bellatricem fore. ita illi assuetæ sanguine & præda aves pollicebantur. Ad tutelam novæ urbis sufficere valulum videbatur: cujus dum irridet angustias Remus, idque increpat saltu; dubium aræ jussu fratris, occisus est.*

*Piacula*] Quid sibi velit hæc vox, eo excusatus ignoro, quod & Stadio & ipsi *Salmatio* peregrina videtur. de re nulli dubium: sed quod in hujus locum verbum substitui oporteat, ambigitur. ego, cum in *Iordanis* libris reperitur: adhibere placuit deas, nec ab ea sententia, nec a nostræ lectionis vestigijs longe abiturum puto, si hic rescribatur: adhibere oracula. *Oracula enim ex coipso appellata sunt, quod inest in his Dtorum oratio, secundum Ciceronem in Topicis cap. 20. Eadem igitur loquendi figura fuerit, adhibere deos, & adhibere oracula, h. e. orationem deorum. Cur autem deos adhibuerint, ratio in præcedentibus verbis est, gemini erant, & ita nulla ætatis prerogativa, quam in tali casu observari gentium juris est. Quam enim per naturam simul edi non possunt, sed ut alter antecedit necesse sit: tamen interdum ita ambigua ea res est, ut nec judiciali subtilitate exquiri possit. l. 10. §. 1. de reb. dub. quod multo magis hic accidisse oportet, ubi partu remotis arbitris edito, mater quæ sola scire poterat, jam pridem vita concesserat. *Freinsb.**

*Aventinum*] Ab hac historia, loco in summo Aventino, ubi res ea gesta est, *Remoria* nomen mansit, teste *Festo* in *Remulius*, *Remonium* appellat *Plut.* *Romulo* cap 13. & c. 15. *Remoniam*, quod alteri præfero. *Idem.*

*Palatinum*] Causa quare *Romulus* in hoc monte constituerit Imperij ac dominationis sedem, hæc est, quod cum expositus esset una cum fratre *Remo*, hic educatus fuerit, adeoque quandam præbuerit vitæ incolumitate. Accedit quod in hoc loco vultures ipsi addixerant regnum. *Blancardus.*

*Vrbem*] Condi cœpta est Vrbs à *Romulo*. *Æx* d. xi l. *Kal. Maji*. die, ipsi *Palilibus*, sive pastorum *Dex Pali* Sacro, hora intra tertiam & quartam. Fuit is annus post captâ *Trojam* c d x x x i i. Ante *Christum* natum d c c l. & diebus c x x c v. Sed variant vehementer Chronologi. *Stadius.*

*Increpat saltu*] Cum vallum ut nimis angustum irrideret *Remus*, ἀπεκρίθη, ἀπεκρίθη, saltu etiam transilivit, simul increpans, & quasi re ipsa demonstrans eas valli angustias, ut etiam

est. prima certe victima fuit; munitionemque urbis novæ, sanguine suo consecravit. Imaginem urbis magis quam urbem fecerat: incola deerant. Erat in proximo lucus: hunc Asylum facit: & statim mira vis hominum, Latini, Tuscique pastores: quidam etiam transmarini; Phryges qui sub Ænea, Arcades qui qui sub Euandro duce influxerant. Ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum; popululumque Romanum ipse fecit. Res erat unius ætatis; populus virorum. Itaque matrimonia à finitimis petita: quia non impetrabantur, manu capta sunt. Simulatis quippe ludis equestribus, virgines, quæ ad spectaculum

vene.

jam levi saltu transiliri possent. hæc mens verborum itorum. *Salmas.*

*Lucus*] Lucos ac nemora veteres consecrabant, Deorumque nominibus arbores appellabant, Tac. in Germ. Sic & Plin. l. x. i. 1. Arbores fuere numerum templa, priscoque ritu simplicia rura etiam nunc præcellentem arborem Deo dicant, nec magis auro gloria, & ebore simulachra, quam lucos & in ipsi silentia ipsa adoramus. Hæc ille. Ad has arbores hostias humanas, quæ plerumque alienigenæ, immolari consueverunt. Hocce lucos violare vel subvertete, nefas erat & capitale. *Blancardus.*

*Asylum*] De Romuli Asylo nota res ex Livio l. 8. 6. Dionysio 2. 15. & aliis. Iuvenalis in falsos nobiles sine Sat. 8.

*Et tamen ut longe repetas, longæque revolvat*

*Nomen, ab infami gentem deducis asylo.* *Freinsb.*

Asylorum usum, sive abusum potius, à Romanis mutasse *Christianos*, qui facinorosis promissive immunitatem concedunt in templa & ad aras cõfugientibus: *Romulus* autem *Cædum*,

*Thebanum* æmulatus est. Quæ enim *Lucæi* habuerunt asylo, quorum in literis sacris mentio, perflugio tantum fuerunt iis qui delicta non voluntaria commiserant. vide Deuteron. iv. *Pontanus.* Ex Asylo aliquem abripere nefas erat: ita ut neq, dominis servos, neq, nexum artis alieni causâ creditori, neq, homicidas magistratui dedere liceret. *Stad.*

*Latini*] Populi Italiæ in Latio, de quibus *Salustius*: Primò Italiam tenuisse quosdam, qui appellabantur *Aborigines*: hos postea adventu Æneæ Phrygiis junctos, Latinos uno nomine nuncupatos. *Tusci* autem ex Tuscia sive Tuscanâ, à sacrificiis ita appellata regione, originem habent. *Phryges* populi sunt è Thracia oriundi, quos *Iosephus* ait *Thrygmanes* vocari. Silio autem ceteri dicuntur. *Æneas* annis c. d. x. x. i. antè V. C. in Italiam venit. *Arcades*, vero, qui ex Peloponnesi intima regione oriundi, V. C. annis d. x. c. hic sedem quæsiwere. *Blancq.*

*Ludis equestribus*] Consualia intelligit, Neptuno equestri dedicata, qui Consus dictus. Rapæ virgines an V. C. quarto, die x. v. k. septembr. *Stadius.*

*Præda*

venerant, præda fuere. Et hæc statim causa bellorum. Pulsi fugatique *Vejentes*. *Cæninensum* captum ac dirutum est oppidum. Spolia in super opima de rege, *Feretrio Iovi* manibus suis rex reportavit. *Sabinis* prodita porta per virginem: nec dolo: sed puella precium rei, quam gerebant in sinistris, petierat. *dubium clipeos, an armillas*. Illi ut & fidem solverent, & ulciscerentur, clipeis obruere. Ita admissis intra mœnia hostibus, atrox in ipso foro pugna, adeo

165

*Præda fuere*] Numerus raptarum apud Dionys. 2. 31. est d. c. l. x. x. i. i. apud Plutar. Romul. c. 22. rotidem raptas Iuba scribit. *Valerius Antias* d. x. v. i. alii x. x. tantum. *Salmasius* hoc loco legit: *præda fuere, & statim causa bellorum*. eleganter certe; & ita *Gruterus* in duobus Palatinis suis legi attestatur. *Freinsb.*

*Cæninensum*] *Cæninenses* quam *Cæninenses* dicuntur melius. caput ipsorum *Cænina*, à qua *Cæninenses*, frustra sunt illi, qui apud Solinum reponunt *Cæninenses* ex *Stephano* qui *καίνιτες* vocat. *Stephanus*, *καίνη πόλις Σαβίνων* &c. τὸ ἐθνικὸν καίνιται, legendum *καίνινη καίνιτες*, igitur illi falsi sunt. *Salmas.*

*Feretrio Iovi*] *Servius* ad illud *Æn.* 6. 859. *lege Numa prima opima spolia Iovi Feretrio debere suspendi, Secunda Marti* (belli præsidii, cuius templum extra urbem) *Tertia Quirino* (i. e. Marti qui præest paci) sed *Plutarchus* qui idem narrat in *Marcello* cap. 11. quod *Servius*, & plura addit, obruivisse ait, ut omnia *Jovi Feretrio spolia* suspensa credantur. *Feretrium* autem varias ob causas dictum putat. *Romulus*, qui ab *Acrone Cæninensum* rege ad dimicandum provocatus, quanquam & numero, & fortitudine militum superiorem se crederet, tutiusque erat roto cum exerci-

tu, quam solum in aciem descendere, sua potissimum dextera omen victoriæ rapuit; nec incepto ejus fortuna defuit. Occiso enim *Acrone*, fuisse hostibus, opima de eo spolia *Jovi Feretrio* retulit. Hactenus istud: quia publica religione consecrata virtus, nulla privata laudatione indiget. *Pal.* *Max.* *Mi*hi ea opinio, qua à ferendo deducitur, magis placet. apud *Livium* l. 1. 10. *Hæc tibi Rex, Regia arma vero.*

*Per Virginem*] *Tarpeiam* intelligit *Capitolio* præfecti filiam. *Hæc* creditur *Sabinorum* scutis obruta esse: quia dicitur pacta ab hostibus, quod illi sinistra gererent, nempe scuta, ea spe ut illos exarmaret, nu datoseque scutis jam Romanis feriendos traderet. *Stadius.*

*Pretium rei, quam &c.*] Ita magno consensu vetustiores edd. alix quæ, sed illud quam prædet adhuc ex præcedente voce rei, quæ duplicem hic significationem complectitur, *pretium rei*, h. e. conditionis, & rem quam gerebant in sinistris, nec exemplo caret, ut una vox duobus sensibus serviat. *Freinsb.*

*Foro*] Duo colles erant, *Palatium* & *Capitolium*. In Palatio erat *Roma*: in Capitolio posita arx *Tarpeia*, quæ firmo præsidio acrier hostes ab Urbe: ad quam Urbem illac transire necesse erat. Ergo arce tradita, ad mœnia usque accesserunt, fuitque atrox pugna, egresso

ut Romulus Iovem oraret, ut foedam suorum fugam sisteret. Hinc templum & Stator Iupiter. Tandem savientibus intervenere raptæ laceris comis. Sic pax facta cum Tatio, foedusque percussum: secutaque res mira dictu, ut relictis sedibus suis novam in urbem hostes demigrarent, & cum generis suis avitas opes pro dote sociarent. Auctis brevi viribus, hunc Rex sapientissimus statum Reipublicæ imposuit: juvenus divisa per tribus, in equis & armis, ad subita belli excubaret: consilium Reipublicæ penes senes esset, qui ex auctoritate Patres, ob etatem Senatus

VOC-

Urbe Romulo cum suis, in ipso Urbis aditu, ad veterem portam Palatii, ubi postea Romanum forum fuit, quum crevisset Urbs. *Vinctus.*

Templum] Situm fuit in Palatii radice. Alii putant delubrum fuisse in Circo Flaminio ædificatum. Hic aliquando Senatusconsulta habebantur. *Blanchardus.*

Stator Iupiter.] Præter ea quæ supra dicti scribunt de Jove Statore lege Augustini. cap. 13. 3. Civitat. item Ovid. in sine 6. Stator. Seneca autem cap. 7. lib. 4. de benef. sic inquit: Stator non ut historici tradiderunt, ex eo, quod post votum susceptum acies Rom. fugientium stetit, sed quod stant beneficio ejus omnia, stator stabilitorque est. Cæterum eadem de causa templum postea vocit Atilius Cos. auctor Livius. 10. 36.

Fœdus] Hæc conditionibus: ut Tatio in societatem regni acciperetur: ut Urbs à Romulo, Roma, Populus à Curibus, T. Tatii Patria, Quiritis vocarentur: ut mulieres quæ vellent cum suis maritis vivere, liberæ ab omni opere & ministerio præter lanificum haberentur. Hoc commune regnum habuit ad quinquennium quousque à Laviniensibus, qui à Tatii propinquis latro-

cinio & injuria vexati erant, interemptus est, pœnaque dederit contempti juris gentium in suorum gratiam, ipseque moriens Romulo gaudium, & sublato imperii æmulo, securitatem attulerit. *Stadius.*

Novam in urbem hostes] respectu animorum, quibus advenerant. Claudius apud Tac. 11. 24. Conditor noster Romulus tantum sapientia valuit, ut plerisque populos eodæ die hostes, dein cives haberit.

Tribus] Appellatur à tributo, quia P. R. ita divisus tributa conferebat, vel à numero tribuum, quia P. R. primum à Romulo in tribus tres descriptus fuerit. 1. In Ramneses, ab ipso Romulo dictas, quam conscripsit ex Albanis iis qui secum eod ab Alba convenerant & Palatium tenebant. 2. Tatienfes, à Tatio vocatas, quæ cum Sabinorum rege Tatio Romam emigraverant, & Capitolium habitabant. 3. Luceres, vel à Lucumone Etrusco, vel à luco nominatæ: omnes namque in eam Tribum conscribebantur, qui Romam vel ob civitatis communionem, vel Afsyli libertatem ex locis vicinis habitatum confluxerant. Tribus singulas in Curias decem divisit, undè triginta Curia colliguntur. *Stad.*

Patres] Varias hujus appellationis causas

vocabantur. His ita ordinatis, repente, quum concionem haberet, ante urbem apud Caprea paludem, è conspectu ablatu est. Discerptum aliqui à senatu putant, ob asperius ingenium: sed oborta tempestas solisque defectio, consecrationis speciem præbuere: cui mox Iulius Proculus fidem fecit, visum à se Romulum affirmans, augustiore forma quam fuisset: mandare

causas asserunt Dionys. 2. 8. & Plutar. Rom. 18. mihi potillima videtur, quam idem Plut. adducit, ita dictos, ut admonerentur ipsi patri cura & sollicitudine complectendos inferiores: plebei vero, amandos & observandos esse ad instar parentum, quo etiam respectu principem patrem patriæ appellavimus, ut sciret datam sibi potestatem patriam, quæ est temperatissima, liberis consulent, suaque post illos ponens. Seneca de clem. 1. 14. Similem rationem cur Græci Reges ἀναγες vocaverint, reddidit Plut. Theop. cap. 39. Ab hac appellatione, quæ Ref. Senatu destituta. Iulian. 2. 1. 4. *Freinsheim.*

Senatus] Cicero in Catone cap. 6. Plut. an seni sit gerenda Resp. ita Laced. Senatum Lycurgus Gerontes, Apollo Presbygenes appellavit. Idem ibidem. *Freinsheimius.*

Hæc fuit prima Senatus lectio majorumque gentium: qui verò cum progressu temporis sublecti sunt, Patres conscripti nuncupabantur. *Idem.*

Ablatu] Regnavit an xxxvii. diebus lxxvii. Nonis Quintilibus subito creptus dicitur. Atque is dies Nonæ Caprotine dictus est, eo quod Romulus exercitum eo die ad Caprea paludem recensens amplius non comparuit.

Caprea] meliores & antiquiores libri Capra. Græcis etiam αἰγες λέγουσιν dicitur. αἰγες enim Capra est non ca-

prea, sed utrumque tamen, & capra & caprea paludem apud veteres, dici non ignoramus. Iordan codices habent: Capra paludes, quod non caret ratione. Sic αἰγες ποταμοὶ cum sit unicus fluvius, latine Capra fluvius, aut Caprea fluvii, *Salmastius.*

Discerptum] Discerptum fuisse ita in senatu quidam putant, ut Senatores singuli, singula frustra sine occultata ferrent, ne facinoris ejus vestigia extarent. *Idem.*

Solisque defectio] Mirum sane atque observatione dignum, ter Solis defectum in unius Romuli historia notatum esse: primum quo die conceptus dicitur: alterum Natali urbis die, quum prima fundamenta, acerentur: tertium quum in vivis Romulus esse desit, ut ex Plutarcho, Dionysio, & aliis observavimus. *Stadius.*

Proculus] Hic fuit nobilis ac clarissimus vir. De hoc nota, quod, cum Senatus finitimis bellis esset implicitus, confusam annonæ largitionem plebi subtraxerit: Romulus autem indignatus, plebi restituit, & complures ex primoribus supplicio affecit. Hi postmodum in senatu minutim obruncatum intra sinum condunt. Plebs igitur cum facibus ad curiam decursans, ab Aetrio Proculo revocata est, cum ejus orationi finem adhibuisset. Is enim primarius in civitate vir, se Romulum in monte apexisse dixit, qui humana augustior

dare præterea, ut se pro numine acciperent: Quirinum in cælo vocari, placitum diis: ita gentium Roma potiretur.

C A P. II.

## De Numa Pompilio.



*Successit Romulo Numa Pompilius: quæ Curibus Sabinis agentem, ultro petivere, ob inclitam viri*

gultior forma divinitatem assecutus erat. Ex Plutarcho Blanckardus

*Quirinum*] Sive à genere hastæ, sive à Curibus, sive à Quiriribus, quos tamen ab ipso nomen accepisse putat Justinianus §. 2. Instit. de I. N. G. & C.

*Dis ita*] Distinctionem hanc menti auctoris convenire putamus, ita, hoc est, si hoc fecerint, si se pro numine acceperint, sicut apud alios auctores passim occurrit sic. ut Ovid. lib. 2. amor. eleg. 13. vers. 12.

*Successit*] Post Romulum repente sublatum, interreges Reip. præferunt, i. regnantur Patres, per vicissitudinem decuriarum, eo quo Livius prodit ordine, annum unum. Interregnum verò intervallum illud temporis, ab re vocatum est, quo regnum vacavit à demortuo rege ad successoris proximi creationem. Interrex ille dicebatur qui in interea regno præerat, donec successor designaretur, sed Interregis potestas quinque dierum tantum erat, quibus exactis alter iterum prodebat Interrex. Valuit deinceps etiam ad posteros Interregni magistratus, cum Coss. rei gerendæ absentes, interesse comitiis non poterant, vel Coss. vitio creati obdicasent, aut uterque Coss. in magistratu interisset: quod si tunc Dicta-

*Sic tua sacra pius semper Osiris amet.*

Idem epist. 20. vers. 3.

*Discedat sic corpore languor ab ista.*

Tibullus 2. 5. fin.

*Sic tibi sine insonsi, Phæbe, capilli*

*Sic tua perpetuo sit tibi casta soror.*

& alia compluria, quamquam nec illa distinctio diis ita plac. inæpta est, & loco Taciti 13. 56. juvatur. *Id diis quos implorarent placitum, ut a bitrium penes Rom. maneret, quid admirarent, neque alios judices, quam se ipsos paterentur.* Freinsh.

torem comitorum habendorum causa dici non placuit, tum Interrex comitorum causa, sed è patriciis solū. prodebat: nec moris tamen erat ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberi, sed ad alterū, aliquando ad plures Interreges comitia prorogabantur. *Sti dius.*

*Numa*] Numa dictus est *Νῦμα τῶν νόμων*, hoc est, à legibus quas Romulus instituit. *Serv. ad 6. Æneid.* Pater erat Pompo Pompilius. Non multum à quadragesimo anno aberat, cum regnare inciperet. *Halicarnass.*

*Curibus*] Sabinarum urbium hæc tunc opulentissima, parvulus vicus Augusti Cæsaris temporibus, *Strab.* lib. 5. ubi *ἑξήγες*, i. Curis, numero singulari appell.

*virum religionem. Ille sacra, & caremonias, omnemque cultum deorum immortalium docuit: ille Pontifices, Augures, Salios, ceterosque per sacerdotia;*

appellatur, sicut & apud *Stephan.* Inde Curenses apud *Plinium.* Vinetus A *Cures* Quirites dicti putantur, ab hastis scilicet, quas Sabini cures vocabant. *Varro.*

*Religionem*] Non præcedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris ceteros mares vicit. Inter homines pro summo est optimus, animo itaque tunc rectior eligebatur: ideoque summa felicitas erat gentium in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. *Seneca epist. 90.*

*Ille sacra*] Multas aras iis assignans Diis, quibus nulli dum honores tribui essent, multa etiam templa & aras erigens, attributo suo cuique numini festo, & institutis qui sacra curarent sacerdotibus, latique legibus permultis de castimonia, de ceremoniis, de lustrationibus, ceteroque cultu & honore Deorum. Ipsum quoque Romulum, templo & alternis annis sacrificio sub Quirini cognomento coli voluit. Ex *Halicarnassico Blanck.*

*Docuit*] Non docuit tantum sed & ipse sacerdos fuit, ea potissimum sacra administrans, que postea ad Dialem Flaminem fuerunt delata. *Idem.*

*Pontifices*] Vltimo loco instituti cum amplissima dignitate. Hi à ponte ligneo rescindendo nomen habent. Nam ab iis publicius est factus primus & restitutus sæpe, cum ideò sacra & uls & cis Tiberim non mediocri ritu fiant, *Varro.* Quatuor numero à Numa instituti traduntur, qui omnes ex patriciis electi sunt, usque ad annum urbis C D L I V, Horum omnium supremus, *Maximus* dicebatur. Pontificum officium erat lites sacras, inter privatos pariter & magistratus, ac sacerorum ministros, judicare: leges ferre de sacris quæ nondum scripta nec usu recepta sunt: in omnes

magistratus, & sacerdotes inquirere: ministros sacerorū in officio continere: vulgo Deorum ac geniorum cultum præmonstrare ac interpretari. Si quis autem eorum præscripta contempserit, eum multant pro delicti magnitudine, ipsi à iudiciis & multa sunt immunes, nec tenentur senatui vel populo rationes reddere. Si quis è vita excesserit, subrogatur è civiū numero qui collegio est idoneus, si collegii iudicium felici augurio comprobetur. Ex *Halic. Blanck.*

*Augures*] Hi ab avium observatione nomen habent. A Romulo trium Augurum collegium institutum, ita ut singuli ex singulis tribus legerentur, quorum sacerdotium à Numa postea confirmatum fuit. Horum officium erat signa in cælo, ac terris edita interpretari publicè ac privatim enarrare quarum rerum iudicia sint, &c. *Idem.*

*Salios*] Nomen habent à saltando, vel à Salto Arcadio qui juvenes Italicos *ἐν ὄρειον* saltationem docuerit, *S. P.*

*Festus.* Eligebantur è patriciis x i. numero, juvenes decore conspicui: qui sacra in Palatio celebrant, unde Salii Palatini vocati. Hi choreis & hymnis armatos Deos venerantur. Festum eorū incidit in Panathæa mensisq; Martium. Æreis balteis super versicolores tunicas cincti sunt, togique purpura prætextis & fibula adstrictis induti, quas vocant trabeas. Gestant etiam capitibus quos vocant apices, fatigatiōis in coniformam pileos: accincti gladio singuli, dextra tenent lanceam aut virgam, sinistra verò peltam Thraciam, que scuto virgato, angustiores habenti laterum cavitates, similis est. Ex *Halicarn.* Fucunt etiam virgines saliares, *Sexto Pompe.* teste. *Idem.*

*Ceterosque per sacerdotia*] Floro per, *a-* *cordotia*

*tia; annum quoque in duodecim menses, fastos dies nefastosque descripsit. Ille Ancilia atque Palladium,*

*cerdotia describere, idem est quod Tacito, per cohortes, Hist. 1 v. 66. per manipulos, Hist. 11. 78. Freinsb.*

Annus] Numa rex ex Græcorum usu annum ita ad Lunæ cursum digessit, ut 354. dies contineret, cumque Luna Solem quotannis undecim diebus cum quadrante antevertere deprehenderetur, Lunaremque annum viciesimo quoque anno Solarem 225 diebus excedere, eam inæqualitatem intercalatione ita dispensandam exæquandamque contituit, ut secundo quoque anno vicissim modo dies 22. modo 23. post Terminalia Pontifices intercalarent: ea namque ratione futurum erat, ut viciesimo quoque anno, intercalatione 225. dierum ita dispensata, Lunæ cursus cum Solis conversionibus exæquaretur: undecim namque dies cum quadrante vicies duæ 225. dies colligunt. *Stadius.*

Fastos, &c.] Profestorum dierum alii fuerunt Fasti, alii comitiales, alii Comperdini, alii Stati. Fasti sunt, quibus Prætori licet dari tria verba solemnia, DO, DICO, ADDICO: quibus contrarii sunt Nefasti. Fastorum tria genera sunt. Primum est eorum, quibus dari semper & licebat, & solebat, nisi extra ordinem impediretur. Alterum genus eorum est, quibus quidem dari licebat, sed non omnibus horis. Tertium genus Comitiales fuere, qui casu tantum dari erant. Quia, cum comitia non haberentur, tunc dari solum Prætor solebat. Licet autem nefastis diebus Prætori haud liceret tria solemnia verba dicere, tamen causas agere, concionem habere, & legem promulgare potuit. *Paulus Manutius pater.*

Ancilia] Ancile vocatur scutum breve & rotundum: de quo Virg. *leva ancile gerebat.* Et ancile dictum ab ancisione, quod sit ab omni parte veluti ancisum & rotundum. *Ovidius.*

*Idque ancile vocant quod ab omni parte recisum.*

Quemq; notes oculis angulus omnis abest. Ita notat *Isidorus* lib. xviii. Etymolog. cap. xxi. *Plutarchus* vero in Numa cap. xxv. scribit Ancilia per y, atque ita vocata, quoniam ἀγκυλον ἴδ' ἔφηρα ποίησιν. Porro hoc ancile ē cælo cecidisse ferunt, editamque; vocem, omnium potentissimam fore civitatem, quam diu in ea mansisset. Itaque facta sunt ejusdem generis plura, quibus id misceretur, ne inter nosci calcite posset, probatum opus est maxime Mamurii: qui præmii loco petit, ut suū nomen inter carmina Saliū canerent. Ex vet. *Blanch.*

Palladium] Erat hoc simulacrum Palladis, quod Æneas post exitum Trojæ à Diomede acceptum asportasse in Italiam dicitur. Quem ideo *penatigenum* vocat *Ovid.* *Metam.* 15. 450. Quamvis alios, bello Mithridatico à Fimbria reperum, auctores esse *Servius* ait, ad *Æn.* 2. 166. Aliorum denique alia est ea de re sententia. Vide *Dionys.* 2. 77. Hinc ille *Nummus*, Pontanico, cum Veste templo, in quo Palladium Romæ servabatur. In eodem nummo Æneas fingitur Anchisen patrem humeris portans, & manu dextra tenens hoc Palladium, sinistra filium Iulum. Hoc vero *Palladium*, quod *oculum Romæ* neminique videndum colebant. *Heliodorus* in *cubiculum suum* transtulit. *Herodian.* 5. 15. quamvis *Lamprid.* in vita ipsius cap. 6. non veram imaginem abtulisse, sed ex pluribus quæ ad simulacrum illud effulse erant, aliquam, asserat. Posset autem Romanis hoc loco objici quod à *Strabone* lib. 6. *Heracleotis.* At multo etiam protervius est ea ab *Ilio allata* fabulari, quæ scriptoris ponunt. Nam & *Heracles*, & *Lavinij*, & *Luceria*, & *Siritide* *Minerva* habet *Iliaca*, quæ ab *Ilio allata.* *Freinsb.*

Imp-

*secreta, quadam imperii pignora; Ianumque geminum, fidem pacis ac belli; inprimis focum Vestæ virginibus colendum dedit; ut ad simulacrum cælestium siderum, custos imperii flamma vigilaret. Hæc omnia*

Imperij pignora] Fata appellat *Plautus* *Bacchid.* 917. quibus nempe manentibus salus populi salva esset. Ejusmodi septem recenset *Servius* ad *Æn.* 7. 188. & sunt: *Acus matris deum, Quadrage fœciles*, (de quibus *Plinius* 28, & 35. 1. 2.) *Vejentorum cineres, Vestis sceptrum Priamivæ, Iliæ, Palladium, Ancilia, Idem.*

Ianumque geminum] Ianus dictus ab eundo, quasi Eanus, quod januis præest. Cæli & Hecates filius fuit. Primus docuit Italos vinum & far ad sacrificia, & religionem magis, quam ad esum & potum. Primus aras & pomeria, & sacra docuit, multaque alia, quæ ad pudorem & sanctimoniam domorum pertinent. Vidi in mummiis veteribus ita excusum, ut in manu virgam & clavem, sub pedibus bis senas aras haberet. Simulacrum in Capitolio ita formatum fuit, ut in manu dextra trecentorum, in sinistra sexaginta quinque numerum tenuerit, ad demonitrandam anni dimensionem. Appellatur verò *Geminus*, s. *Quadrifrons*, quod universa climata majestate sua complectatur. Alias, ob singularem prudentiam, qua viderit procul ventura, ac præterita respexerit, *Bifrons* dicitur. Addit *Florus*, *fidem pacis & belli*; scilicet, quia belli tempore portæ ejus patent, pacis vero clauduntur. hinc *Ianus Clustus*, hinc *Patulcius*. De aliis *Jani* nominibus alibi *Blanchardus*.

Vestæ virginibus] Vestales dictæ, quod vestæ sacra curarent, & ignem ejus custodirent, qui non in foco aut altariis, sed in vasculis quibusdam fidibus erat suspensus. *Val. Max.* 1 v. 4. Hæ fuerunt *Lavinij* & *Albæ* ante *Romam* conditam. *Numa* templum Vestæ

instituit, & quæ ad ejus sacra pertinent. *Virginibus* ignis commissus, quod ut virgo incorrupta, ita ignis incontaminatus sit: vel quod Vesta viri impatientis fuerit, cum *Iuno* & *Ceres*, ejus sorores, peperisse dicantur: vel quod advigilante facilius, quia curis familiaribus vacuæ. Instituta & captæ quatuor numero: *Gegania*, *Verania*, *Canuleia*, & *Tarpeia*. Deducebantur in atrium Vestæ, quo à senioribus instruerentur. Obligabantur 30 annos, quibus debebant discere, sacris operari ac docere. Postea matrimonio eas jungi licuit. *Una* earum, ætatis habita ratione, *Maxima* dicebatur. Erant in perpetuo opere. Ignem sine intermissione eas alebant & reparabant. Undè *Florus*; ut ad *simulacrum cælestium siderum*; *custos imperij flamma vigilaret*. Putabant enim *Romani* post extinctionem, *Urbis* & imperij everisionem secuturam. Hæ virgines honoribus & præmiis variis affectæ. Incedebant albis vestimentis, quorum limbus purpuratus. Vittæ erant in capite, ut sacratas numini agnosceres. Coma earum in spiras divisa, & in cervicibus annulatim pendula. *Virgines* cæduntur competere levioris delicti: probrosæ verò & incestæ fœdissimè manantur supplicio. Vivæ enim, funebri ritu & pompa efferuntur, amicis & cognatis cum luctu & lacrimis comitantibus. *Blanchardus*.

Hæc omnia] Idem ut fidem obtinent egerunt plures. *Africanus* *Scipio* Jovem in Capitolina cella consulere dixit. *Minos* leges quas ferebat *Jovi* adscripsit, ut violare eas homines vererentur quas à *Deo* existimant profectas. *Damasceus* de moribus gentium.

Barba-



*nia quasi monitu deæ Egeriæ, quo magis barbari acciperent. Eo denique ferocem populum redegit, ut quod vi & injuria occupaverat imperium, religione atque justitia gubernaret.*

## C A P. III.

## De Tullo Hostilio.

**H**æc incipit Pompilium Numam Tullus Hostilius: Cui in honorem virtutis regnum uliro datum. Hic omnem militarem disciplinam artemque bellandi condidit. Itaque mirum

*Barbari]* Appellat ita, quod rudes & feroces fuerint, nullis cultioribus institutis mitigati, quod noxiter tangit infra 1. 22. 1. & Dionys. 3. 26. sive quod ex Barbaris, h. e. non Græcis, orti *Qua* ratione Plautus, Captivis, 4. 2. 114. *Quid tu per barbaricas urbes juras?* cum Italas nominasset: & in ejusdem Pœnulo 3. 2. 21. *Barbariam* pro Italia accipit. Dionysius tamen Romanos à Græcis ortos asserit, 4. 31. hoc argumento, quod literis Græcis scripta columna in Dianæ fano locata fuerit tempore Regis Tullii. Cujus tamen fidem

elevat Cæsar de bell. Gall. 6. 14. qui Græcas literas in usu fuisse scribit apud Gallos, quos tamen nemo facile à Græcis deduxerit. *Freinsb.*

*Ut quod vi & injuria]* Hanc plerorumque. fere dixerim omnium, magnorum imperiorum originem esse facile videbunt res ex vero æstimantes. Ut ridicule facere videantur, qui ab aliis majorum suorum acquisita, ab aliis iterum perditâ, longo post intervallo, quasi jure repetunt, sicut apud Tacit. 6. 31. 3. Arabanus Parthus *Veteres Persarum ac Macedonum terminos reposcit.* *Freinsb.*

**T**ullus Hostilius] His natalibus oriundus. E Medulla, oppido ab Albanis olim condito, quod Romulus dedicatione acceptum, fecerat Romanorū coloniam, vir genere nobilis, & opibus pollens. nomine Hostilius, in urbem migraverat, ubi Sabini generis uxorem duxit Hersilij filiam. Is vir multis sub Romulo factis stipendiis, editisq; egregiis facinoribus in Sabino bello interit, sepeliturque à regibus in præcipuo fori loco, addita columna cum inscriptione. Ex hoc unico filio iam adulto, & nobili matrona, prognatus est Tullus Hostilius, qui tum rex legitimo civitatis

suffragio declaratus est. *Halicarnassus.*

*In honorem virtutis]* In Numa religio, magnum cuiusque status fulcimentum, in Tullo virtus spectata fuit: non cæcus favor & nullis plerumque suis titulis generosa ambitio, quæ vel fumofas tantum imagines, vel ea quæ volubilis fortunæ dona sunt, in commendationem sui producit. *Zevecotius.*

*Hic omnem &c.]* Annon ante eum Romulus? haud dubie. quomodo ergo *hic omnem militarem disciplinam condidisse* dicitur? *Condeve* igitur Floro est perpolire, corrigere, & quasi ex interco restituere, sicut Ecbatana Seleucus con-

*mirum in modum exercita juventute., provocare ausus Albanos, gravem & diu principem populum. Sed quum pari robore frequentibus præliis utriusque comminuerentur, missio in compendium bello, Horatiis, Curiatiiisque, tergeminis hinc atq; inde fratribus, utriusque populi fata permissa sunt. Anceps, & pulchra contentio, exituque ipso mirabilis. Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occisis, qui supererat Horatius, addito ad virtutem dolo, ut distraheret hostem,*

condidisse dicitur apud Plin. 6. 14. gentem Tyriorum Alexander apud Iustin. 18. 4. 1. imperium Carthagenensium Mago apud eundem, 19. 1. 1. ita Augustus facienda verbo utitur, ubi templum Jovis Feretrii fecisse dicit, in monumento Ancriano. *Freinsb.*

*Provocare]* Occasio belli hæc fuit. Fortè evenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano prædas invicem agerent. Imperitabat tum C. Cluilius Albæ, utrinque legati ad res repetendas missi. Tullus præceperat suis, ne quid cum Albano prius, quam mandata agerent. Satis sciebat, negaturum Albanum; ita pie bellum indici posse. Ab Albanis focordius res acta: excepti hospitio comiter regis convivium celebrant, tantisper Romani & res repetiverant priores, & neganti Albano, bellum indixerant. hæc renuntiant Tullo. Tum legatis dicendi potestatem facit, illi omnium ignari, primum purgando terunt tempus: *se invitos quicquam, quod minus placeat Tullo, dicturos, sed imperio subigi: res repetitum se venisse. Ni reddantur, bellum indicere jussos.* Ad hæc Tullus: *Nunciate,* inquit, *regi vestro, regem Romanum Deos facere testes, uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit, ut in eum expectant hujusce cladis belli.* Hæc nuntiant domum Albani, Ex Livio *Blanchard.*

*Principem populum]* quia Alba condita fuit ab Alcanio Julo Anææ filio, ante Romam annis cccc. diruta sub hoc T. Hostilio A. v. c. xxxvii. Stetit ergo res Albana annis ccccxxxvii. *Pontanus.* Principem populum, hoc est, originis auctorem ideo vocat, quod & Romani Albanorum coloni essent, & genus & gentem Romani etiam patricii magna ex parte ad Albanos referrent. *Stadius.* Albani verò in Italia ante Romanos quadringentos per annos reliquos potentia & virtute superarunt, *Servius* ad Æneid. 1. 276. Nam quod *Virg. & Infinitus* 43. 1. trecentorum duntaxat mentionem faciunt, hoc est, usque urbem conditam. *Freinsb.*

*Permissa]* Antequam hoc fieret, sædus istum inter Romanos & Albanos est his legibus, ut cuiusque populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. Ad hæc ira Jovis in eum populum invocatur, qui prior defexit publico consilio. Dein à Romanis porcus saxo silice percussus. Sua item carmina Albani, suumque jurandum per suum Dictatorem suosq; sacerdotem peregerunt. *Livius.*

*Duobus &c.]* Duo Romani, vulneratis tribus Albanis, corruerunt. Fortè superites integer fuit, qui ut pugnam adversus Albanos sequegaret, capessit fugam. Respiciens videt magnis intervallis

stem, simulat fugam: singulosque, prout sequi poterant, adortus, exsuperat. Sic (rarum alias decus) unius manu parta victoria est: quam ille mox parricidio fœdavit. Flentem spolia circa se, sponsi quidem, sed hostis, sororem viderat. Hunc tam immaturum virginis amorem ultus est ferro. Citavere leges nefas: sed abstulit virtus parricidam: & facinus intra gloriam fuit. Nec diu in fide Albanus. Nam Fidenate bello missi in auxilium ex fœdere, medii inter duos expectavere fortunam. Sed rex callidus, ubi inclinare

socios

vallis sequentes: in eum qui propè aderat, magno impetu redit, quo cæso, secundam pugnam peti. Prius itaque quam alter consequi posset, & alterum Curiatium conficit. Jamque singuli supererant, spe & viribus impares. Romanus Albano, malè sustinenti arma, gladium superne jugulo desigit; jacentem spoliatur. Livius.

**Parricidio**] Parricidium *Isid.* lib. 5. Etym. c. 26. dici putat, quasi parentis cædium. Cicero primò parricidam vocat, qui parentem occidit: deindè lege Pompeja qui propinquum quemvis: postremò ex Numæ Pompilii lege, qui liberum hominem morti sciens dederit. Patriæ etiam oppressor, aut proditor, parricida jure vocatur: quia patria parens uniuscujusque est. *Blanck.*

**Sponsi**] Soror Horatii desponsa uni ex Curiatiiis, obvia ante portam Capenam fuit: cognitoque super humeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, solvit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Movet Horatio animum comploratio fororis, eamque stricto gladio transigit. *Abi hinc cum immaturo amore,* inquit, *ad sponsum, oblita fratrum mortuorum virique oblita patriæ.* Sic eat, quæcumque Romana legebit hostem, Idem.

**Leges**] Lex horrendi carminis erat, *Duumviri perduellionem judicent.* Si à *Duumviris* provocaris, provocatione certo: si vincens, caput obnubito: infelici arbori recte suspendio. Verberato vel intra pomerium, vel extra pomerium. Livius.

Duumviri capitales hoc primum anno creati, eo consilio, ut judiciis invidiam ipse Tullus declinaret, & tamen parricidium puniret, eosque cum provocatione ad populum. Capitis namque damnato filio à duumviris, pater Horatius ad populum provocat. Populus filii vitam lacrymis patris condonat. *Stadius ex Livio.*

**Fidenate**] Fidenates & Vejentes usuri occasione ex eventu belli, quod inter se Romanus & Albanus gerebat, arma ex insidiis putabant: quos ut fœdere junctos intelligunt, bellum quoque & ipsi sopiebant. Fraude tamen & perfidia Fufetii, societatisque promissione ad arma contra Romanos sollicitantur. Flagrabat namque Dictator Fufetius domesticæ invidia apud suos, eò quod publicam fortunam Trigeminorum fato experiendam commississet: eam se Fufetius tali in Romanos insidiarum occasione existincturum sperabat. *Idem.*

**Expeſtare fortunam**] Callido consilio ducis, quod tamen ipsi in exitum vertit.

socios ad hostem videt, tollit animos, quasi ipse mandasset, spes inde nostris, metus hostibus. Sic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoste victo, ruptorem fœderis Metium Fufetium, religatum inter duos currus, pernicibus equis distrahit: Albamque ipsam quamvis parentem, æmulam tamen, diruit, quum prius omnes opes urbis, ipsumque populum Romam transtulisset: prorsus ut consanguinea civitas non perriſſe, sed in suum corpus rediſſe rursus videretur.

## CAP.

vertit. Apud Livium 31. 32. *Democritus* prætor *Ætolorum*, egregie consulens genti ajebat; nam utrius partis melior fortuna belli esset, ad ejus societatem inclinaturos. *Freinsh.*

**Quasi ipse mandasset**] vide *Florum* lib. 14. 2.

**Metium**] Etſi properamus, *Ἐπιπροσέειπε* admonere non pigebit, *Metium* hic scribi, in optimis Nazariani membranis, & in antiquis Jordanis: quomodo etiam scribendum cenſeo apud Virgil. *Æn.* 8. 742. & in illo Ovidii à Criticis exagitato, *Trist.* 1. 3. 75.

**Sic doluit Metius, tunc cum in contraria verſus.**

**Flores habuit proditionis equos.** Nam viri docti qui persuasum habent Virg. & Ovid. propter verſum, *Metum* pro *Metium*, usurpatum fuiffe, egregie animi falluntur. *Metum* dixere veteres, & *Metium*, *Metium* & *Metium* pro eodem, ut *Attius* cum simpliciter, & cum duplici, *Attius*. *Metum* dixiſſe veteres nihil melius probet, quam *Ἰπποκλέους* & *Μετέλλου*. Nam ut Marco, *Marcellus*. Sic à *Meto*, *Metellus*. Græcis *Μέτιος*. Ita semper apud illos scriptum reperies. Latinis scriptoribus *Metum* aut *Metium* frequentius quam *Metium*. *Salmastius*.

**Distrahit**] Avertere Romani à tanta fœditate spectaculi oculos. Primum ultimique illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit. in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse penas. *Livius*. Alii tamen atrocibus pænis subiecti. Sic Manlius Capitolinus de saxo Tarpejo dejectus, Lentulus alique sceleleris Catilinarii comites laqueo in carcere strangulati, Sejanus in Gemonias scalas præcipitatus, alii aliter periere. Certè sicut miserandum humana corpora bestiiis proici, sic & imperiosius faciunt ii, qui pernicibus equis divelli iubent. Certè non tantum atrocitatis delicti, sed & humanitatis ratio habenda. *Blanckard.*

**Diruit**] Una hora quadringentorum annorum opus quibus Alba itererat, excidio ac ruinis dedit. Templis tamen Deum (ita enim edictum ab rege fuerat) temperatum est. *Idem ex Livio.*

**Populum**] Cum translatus esset Romam, Principes Albanorum in Patres, ut ea quoque pars Reip. cresceret, legit; *Tullios*, *Servilios*, *Quintios*, *Geganeos*, *Curianos*, *Clavios*: templumque, ordine ab se aucto curiam fecit. Post, equitum decem turmas ex Albanis legit. *Idem ex eodem.*

## De Anco Marcio.

**A**ncus deinde Marcius, nepos Pompilii, pari ingenio. Hic igitur & mœnia muro amplexus est, & interfluentem Urbis Tiberinum ponte commisit: Ostiamque in ipso maris fluminisque confinio coloniam posuit: jam tum videlicet presagiens animo, futurum, ut totius mundi opes & commeatus illo veluti maritimo Urbis hospitio reciperentur.

## C A P.

**P**ari ingenio quantum ad iustitiam, religionem, pacisque artes atinet. Quamquam nec belli laudibus superioribus inferior. Septem autem bella gessit, primum cum Latinis, alterum cum Fidenatibus, tertium & septimum cum Sabinis, quartum & quintum cum Vejentibus, sextum cum Volscis. Horum omnium communis causa fuit, ut res Romanis ereptas, prædasque abactas, quas iure non reddebant, armis reppererent. *Stadius.*

*Mœnia muro, &c.]* Scribendum *Intermœnia*, quæ sunt intervalla, quibus mœnia desiciebant, nec conjungebantur. Illa intermœnia muro amplexum esse Ancum Marcium significat. Nihil magis huic loco nocuit, ut ab imperitis corrumpere, quam ignorata vox intermœnia. Nam in illis locis in quibus crebra & juncta erant ædificia mœnibus non erat opus, cum objectu suo murorum vicem præstarent ædificia. Sed ubi desiciebant, quæ intervalla rectè intermœnia appellat, illa muro amplexus est. *Salmasius* Quid autem muro cinctum ostendit *Livius*: Ianiculum, inquit, quoque adjectum, non inopia loci, sed ne quando ea arx hostium esset.

id non muro solum, sed etiam, ob commoditatem itineris, ponte subicio, tum primum in Tiberi facta, conjungi urbi placuit. Sic & *Dionysius*: Muro cinctum Ianiculum, montem excelsum, trans Tiberim situm: collocavitque in eo præsidium, ut ab Etruscis tutior esset fluminis navigatio, qui totam Transiberinam regionem tenentes, latrocinii infestabant negotiatores. Sublicium quoque pontem, quem solis lignis sine are ac ferro contineri fas est, ille imposuisse Tiberi dicitur: qui usque in hunc diem conservatur, & sacer habetur ab omnibus, cuius si qua pars laboret, Pontifices eam rescicendam curant, patria quædam in ejus instauratione peragentes sacrificia.

*Iam tum videlicet, &c.]* Ancus Marcius non urbem modò cunctis vicis commodis locupletavit, sed etiam ad majora capefenda incidit. Cum enim Tiberis amnis ex Apennino præter ipsam urbem defluens, & in importuosa ac contigua litora, quæ Thyrrenum pelagus efficit, se exonerans, non magnopere urbanis prodesset, (quod nullum haberet circa ostia caltrum, quod navæ tum è mari appellentes, tum per fluvium

## De Tarquinio Prisco.

**T**arquinus postea Priscus, quamvis transmarinæ originis, regnum, ultro petens, accipit, ob industriam atque elegantiam: quippe qui oriundus Corintho, Græcum ingenium Italicis artibus

fluvium descendentes, acciperet pariter & redderet negotiantibus) alioqui usque ad fontes fluvialibus scaphis medicriter pervius, usque ad urbem verò & magnis marinis onerariis navigabilis: decrevit navale ad ejus ostia condere, pro portu usus ore ipso fluvii, panditur enim in latum qua se cum mari conjungit, & sinus amplos capit, non secus ac marinorum portuum optimi. & quod maxime mireris, ostium ejus non præcluditur nec obturatur aggelata è mari arena, ut multis etiam magnis fluviiis accidit: neque per paludes ac voragine oberrans absomitur prius quam ad mare perveniat: sed perpetuò navibus est meabilis, per unum nativum ostium in mare se ingurgitans, & dorso sub alto assurgentia diverberans: quamvis vehemens ibi ventus crebro ab occidente spirare soleat. Itaque remigio

instructæ naves, quantumvis magnæ, & ex onerariis vel ter millenariæ per ostium ejus intrant, & urbem usque remigio ac funibus pertrahuntur: majores autem ante os in salo firmanur ancoris, exoneranturque navigiis fluvialibus. Porò qua inter flumen & mare prominens litus curvatur in cubiti speciem, oppidum Ancus munit, quod ex re Ostiam appellavit: (*Oùgog* nos diceremus) effecitque ut Roma non mediterraneis tantum, sed etiam marinis hominibus patens, transmarina quoque bona degustaret. *Ex Halicarnasso Blonck* Portum, qui olim ibi fuit, cuique in orbe par non erat, prodigiosum Romanorum opus, Turcarum metu diruit viribus suis distidens Gregorius Papa. Quod urbis quidem opes immittit, sed auxit securitatem. *Zeyccotius.*

*Quamvis transmarinæ orig.]* Patrem nimirum Demarato Corinthio natum, cujus præter citatos Strabo lib. 5. & lib. 8. meminit. *Freinsh.*

Is fuit potens mercator, qui Corintho patria per seditionem pulsus in Italiam navigat. Tarquinius Etruriæ urbem omnium fortunarum suarum sedem deligit: ibi filios Aruntem & Lucumonem procreat. Lucumo, patre & fratre defunctis, jam lucem aliquam sibi prudentia per divitias questurus

Romam venit: legitur ab Anco Marcio in Senatum, sit Lucius pro Lucumone, & Tarquinius à Tarquiniiis patria sua appellatur, dignusque habitus est, qui Anco mortuo regnaret. Priscus autem dici coepit, quando L. T. Superbus regnaret, quia avus nepotem præcesserat. Idem pluribus præliis varios populos rebellantes fregit, ac de iis triumphavit. Cum regnasset annis 37. occisus est per Anci filios. *Ex Halic. Stadius.*

tribus miscuisset. Hic & senatus majestatem numero ampliavit, & centuriis tribus auxit, quatenus Attius Navius numerum augeri prohibebat, vir summus augurio. quem rex in experimentum rogavit, fieri ne posset quod ipse mente conceperat? Ille rem expertus augurio, posse respondit. Atqui hoc inquit, agitabam, an cotem illam secare novacula possem? Augur, Potes ergo, inquit: & secuit. Inde Romanis sacer auguratus. Neque pace Tarquinius quam bello promptior. Duodecim namque Tuscia populos frequentibus armis subegit. Inde fasces, trabea,

Senatus majestatem] Si hunc locum consideres, ab ipsa vera Historia discrepare, & quædam ibi desiderari intelliges. Non enim prohibebant auguria Senatam ampliari, sed equitum centurias tres a Romulo lectas. Quas ipsas etiam ex Romuli instituto sub suis nominibus reliquit Tarquinius, cotis discissæ miraculo deterritus: cum alioqui novas ex suo nomine decrevisset adjicere. Obstantibus igitur auguriis, numero tantum easdem duplicavit. Pighius.

Sensus igitur est: rex tribus cum numero augere prohiberetur, conjectis in eandem centuriis auxit. Freinsb.

Sacer auguratus] Claudius ad senatum vetuli, super collegio auspiciis, ne vetustissima Italie disciplina per desidia exoleveret. Tacit. 11. 15. Freinsb.

Tuscia populos] Hi quondam Thyrreni & Etrusci dicti. Principes Etrurie populi sunt hi: Arretini, Cerites, Clusini, Falisci, Fæsulani, Perusini, Pisanii, Populoniensis, Rusellani, Veientes, Volaterrani & Vulturnenses. Pighius.

Inde fasces. &c.] Cum Tarquinius Etruscos novenniali bello fregisset, hac conditione pacem petentibus dedit, ut se civitatum suarum principem agnoscerent. Illi facile assensu, principatus

insignia quibus suos reges ornare consueverant, ad eum detulerunt, Dionys. 3 84. etiam Strabo l. 5. testatur, ornatum triumphalem ac consularem, omniumque adeo magistratum a Tarquiniis Romam fuisse translatum. Alludit huc Silius Ital. 4. 486.

Bissones hæc prima dedit præcedere fasces, &c:

& Sallust. Catil. 51. Insignia magistratum ab Tuscis plerique sumimus. Freinsb.

Non vero statim hos oblatos honores Tarquinius admisit, sed legem prius de iis recipiendis ad populum tulit. Quam cum populus jussisset, tum demum corona aurea, Sceptro, sellaque eburnea, & toga picta purpurea, lictoribusque x 11. toto deinceps vitæ tempore usus est. Idem ornatus mansit & ipsius successores, & post pullos reges annuis Coribus, & post pullos reges annuis Coribus, excepta corona togaque picta: nam hæc sola eis adempta sunt, quod invidiosa viderentur, & libertati gravia. Attamen cum triumphus alicui decernitur, tunc & aurea gestatur ornamenta, & picta amicitur purpura. Ex Dionysio Blanckardus.

Fasces] Magistratum majorum insignia: quæ ipsis a lictoribus præferantur. Freinsbemiis.

trabea, curules, annuli, phalera, paludamenta, pratexta:

Nihil tamen vetat Etruscorum id esse inventum, primumque ab illis mutatum Romulum. Fasces appellamus, bacillos aliquot teretes loco colligatos in modum fasces. Eos bacillos ex ulmo fuisse antiquitus, testis Plantus. Plinius tamen Betullam arborem terribilem ait magistratum virgis. Fascium inventum Vetuloniæ Etruriae urbi adscribit Silius. Inde traducti Romam. Et fasces quidem hæserunt Romæ, non secures. Hocce ante magistratum in humeris ferebant lictores. Hi præter fasces manu gestabant virgam, & ad submovendum, & ad januam tangendam. Nam quotiens magistratus suam aut alienam domum intraturus erat: lictor præcedens, virgæ fores percutiebat, quasi ad significandum ejus adventum. In triumpho laurus in fascibus; ac laureæ virgæ in manibus militum & triumphantis. Posterioribus tamen temporibus lauro perpetua fasces donatæ. Lipsius.

Trabea] Triplex trabea fuit. Prima Diis consecrata, texta sola purpura: altera ex purpura immixto albo, regibus peculiariter: tertia ex purpura & cocco, auguribus permixta, dum auguria captant. Ita Suetonius in lib. de vestim. Male ergo Isidorus ultimam speciem regibus assignat, lib. 19. Etymolog. cap. 24. Posteribus temporibus non Reges tantum, sed & Consules, trabea amiciebantur. Ea, imperante Gratiano, auro picta fuit, contra veterem institutum, Ausonio teste Blanckardus. Quidam Romulo tribuunt inventionem ejus. Cedrenus etiam Numam trabea usum scribit non longè à principio. Freinsb.

Curules] Sellas curules ab Etruscis sumptas etiam Livius auctor est, 1, 8. Erat autem sella, qua sedebant Coss. Prætores, qui inde Curules dicebantur. Erat autem ea sella eburnea, indeq; Horatio curule eburna dicitur. Freinsb. Humiles erant Senatorum omnium se-

des, altæ consulum & excelssæ. In iis etiam, ornatus causa, signa fuerunt. Lipsius.

Annuli] De anulorum origine & apud Romanos usu prolixè Plin. 33. 1. ubi vide. Atque ab initio quidem, triumphantis tantum, nec hi quidem omnes, aureis utebantur. mox ad equestrem ordinem devenere: vilioribus gestare non licebat. Adeoque proprium hoc equitibus ornamentum erat, ut qui a Principe annulo aureo donarentur, in ordinem equestrem allecti intelligerentur. Freinsb.

Phalera] Ornamenta equorum, quibus inter dona militaria, equites ob rem bene gestam donabantur. Freinsb. Qui hostem dejecerit, aut spolia legerit, duplex jam hinc præmium, diversum pro genere militia: nam pedici datur Phalera sive Armilla, equiti Phalera. Phalera distinctæ à Torquibus: illæ demissæ ad pectus pendebant, hæc stringebant magis & ambiunt ipsum collum. Diversitas etiam in forma, quod illæ planiores & magis jacentes: istæ contortæ & ex annulis aut catellis plexæ. Unde ipsæ Catellæ dictæ. Lipsius.

Paludamenta] Hæc appellatio propria est Imperatoris. Freinsb. Nec solum Imperatorum erat paludamentum, sed etiam tribuitur aliis militibus. Forma paludamenti erat, ut extrema longitudinis essent utrimque angusta, imis latioribus. Color ejus eximius, & quidem è cocco. Erat etiam album, quo interdum usi, sed crebrius cocco. Imperatores inter vota & immolationes exhibent, & tunc vestem hanc capiebant; quæ profectio etiam celebris esse solebat frequentia deducuntium profectio. Lipsius.

Prætexta] Hæc etiam Hostilium usum scribit Livius 1, 8, 4. Freinsbemiis.

Hæc utebantur pueri usque ad annum xv 11. qui annus tyrociniæ dicebatur:

*ta, inde, quod aureo curru quatuor equis triumphatur;*  
*toga*

batur: Dein puellæ ingenuæ, libertinorum filii, magistratus omnes non modo Romæ, sed in Colonia etiam & municipiis: magistrum vicorū & collegiorum: Sacerdotes, Senatores ludorum Romanorum diebus: & mulieres nonis Capronis hac amiciebantur. Prætexebatur purpura ad togæ virilis differentiam, quæ pura dicebatur. Futuræ matresfamilias prætextam deposuere Propertio teste. *Blanchardus.*

*Triumphatur*] Hic triumphus curulis fuit, pedestri speciosior & ornator. Honor triumphi fuit illud summum & magnificentissimum præmium, quo præcellentium Imperatorum, qui res in bello feliciter gesserant virtus & fortuna ornari solebat. Nemini, nisi qui Dictator, aut Consul, aut Prætor, res gessisset, licuit triumphare. Triumphum petentes oportebat extra Urbem subsistere, & ibi decretum integrum senatus expectare, Facto decreto, rogabatur populus, ut eo die, quo triumphus duceretur, imperium triumphanti daret. Pompam quod attinet, hæc ejusmodi fuit. Imperator triumphali habitu ornatus, armillis sumptibus laurea redimitus & ramum dextra tenens populum convocabat. & militibus suis, aliis communibus, aliis propriis laudibus suis oneratis, pecuniam & ornamenta dividebat, cum armillas aliis, aliis hastas puras, aliis argenteas, expressum viri nomen, ac facinus ferentes, largiretur. Nam si quis murum primus ascenderat, muri: si castellum expugnarat, castelli speciem corona gerebat. Qui autem civem in acie, aut aliter conservasset, quænam coronam accipiebat, cujus honos argenteis & aureis omnibus excelebat. Quidam cohortibus etiam univervis, spoliis autem magnam partem militibus distribuere. His peractis, sacrificio facto, triumphans currum con-

scendens orabat Deos, ut res Romanas servarent. Tum per portam triumphalem vehebatur. Precedebant tubicines, canentes modos triumphales aut classicum. Post hos ducebantur boves mactandi in sacrificiis, vittis, fertisque redimiti, & aliquando auratis cornibus. His succedebat ostentatio spoliis, & manubiarum, quæ singulari artificio composita, partim plaustris vehebantur, partim gestabantur ab adolescentibus ornatis. Ferebantur & tituli victarum gentium, cum imaginibus victarum urbium: ac fuerunt spoliis interdum mixta animalia, antea non visa, aut mirabiles plantæ ex locis captis asportata. Succedebat inde, qui ex hostibus capti erant, Duces vinciti catenis, & post illos ante currum Imperatoris portabantur corona aureæ, si quæ ipsi ab urbibus vel Provinciis per legationes essent exhibitæ. Tum ipse Imp. curru sublimes vehebatur, fulgens veste triumphali, & redimitus corona laurea, ramumque lauri manu gestans. Vestis erat purpura, auro intexto picta. Hac veste extra triumphum uti nemini fas fuit. Currum, qui turris rotundæ instar constructus erat, ustatè traxerunt equi albi. Quidam tamen cervos vel leones vel elephantos junctos habuerunt. Sub eo loco, cui Imp. insidebat, suspensum fuit idolum Fascini, ut cogitaret se hominem esse. In ipso curru minister publicus advehebatur, coronâ auream gemmis distinctam sustinens, monens eum, ut reliquum vite spatium provideret, nec eo honore elatus superbiat. Appensum quoque fuit curru tintinnabulum & flagellum, ut moneretur, & Aagræ cædi, & capite damnari posse. Moris item fuit, ut triumphantium ora minio illinirentur. Dein siliolos pueros & cognatorum virgines in currum adficebat, grandiores vero equis jugalibus imponebat.

*toga picta, tunicaque palmata; omnia denique decorata & insignia, quibus imperii dignitas eminet.*

## CAP.

nebat. Currum sequebatur equitum & peditum exercitus, suo quisque ordine. Ex his si qui coronas aliaque dona ab Imp. acciperent, ea præ se ferebant. Ceteri laureati incedebant, cientes lætissima voce triumphum, & accinentes triumphalia carmina. Qui ad spectaculum confluerant, induci erant vestitu mundo, & ut plurimum albo. Procedente pompa ædes sacre fuerunt apertæ. Coronis item ac suffibus repletæ. Ad Capitolium ductus Imp. simularque de foro, versus illud currum flexere capiti, hostes abduci mandat in carcerem. Cum ventum fuit in Capitolium, Jovi, Junoni, Diis deabusque aliis gratias agit pro felici bellorum successu, rogatque ut res Romanas foveant protegantque. Tum immolantur hostiæ, seu victimæ, & dicata Jovi corona aurea, & aliquot pretiosæ manubiæ, clypei & alia monumenta ibi suspensa. Datum etiam in ipso Capitolio epulum sumptibus publicis, & aliquantum pecuniæ plebi viritum distributum, cetera relata in ærarium publicum. Atque hoc quidem modo pompa hæc celebratur, cui succedunt statua, trophæa, arcus triumphales, atque alia monumenta. *Ex Zonara, Resa, & aliis Blanchardus.*

*Toga picta*] Toga picta, vestis Etrusca fuit, purpurei coloris, auro distincta, à triumphantibus geri solita, quam subactis Thuscæ populis Tarquinius Priscus Romam transtulit. Macrobius, Plinius, id non Prisco, sed Hostilio tribuunt. Picta vocabatur, quod in ea figura ictaingerentur, ut in specie ad picturæ similitudinem accederet. Duos Historiæ memorant, quorum virtuti tributum sit, ut picta toga, quamquam

privati, uterentur, Paulum Æmiliam, & Pompejum, Sigonius &c. Pingebatur a acu, ex invento Phrygum, indice Plin. 8. 48. *Freinsb.*

*Aurum* intexere in Asia invenit Atralus rex. Colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit, & nomen imposuit. Plurimis vero licitis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit: *Scutulis* autem videre Gallia. *Plinius ib.* Primitus autem forma semicirculari fuerunt, ut *Hallicarn.* lib. 111. 74. notat: *Amicitus* ipsius fuit toga picta purpurea, qualem Lydorum atque Persarum reges gestarunt: nisi quod non quadrata, ut illa; sed figura esset semicirculari. Hoc vestimenti genus Romani togam, Græci *τιςσωον* appellant. Pictæ togæ à purpureis ac prætextis differunt. Purpureæ togæ puræ fuerunt, pictæ veræ figuris variis ornatae. Prætexta erat alba cum limbo purpureo circumducto, aliter quam in togis pictis. *Blanchardus.*

*Tunicaque Palmata*] Has plerique pro iisdem habent cum togis pictis: ego autem nusquam legisse memini *togam palmatam*, sed semper *tunicam*, nisi apud *Isidorum* lib. 19. quem pro idoneo auctore hoc in loco non agnosco. constat autem, quid inter togam & tunicam interfit: imo simul gestari solitas indicat *Livius* 30. 15. Præterea ab auctoribus ita curiose non distinguuntur, si eadem forent. *Freinsb.*

Hanc merebantur ii, qui de hostibus palmam reportassent. inde palmata dicitur, *Servio* auctore. Præter hæc ornamenta externa accedebat corona aurea, & sceptrum eburneum, quod in summitate aquilæ figuram habebat. *Blanchardus.*

## De Servio Tullio.

**S**ervius Tullius deinceps gubernacula Urbis invadit, nec obscuritas inhibuit, quamvis matre serva creatum. Nam eximiam indolem uxor Tarquinii Tanaquil liberaliter educaverat: & clarū fore, visa circa caput flamma promiserat,

**S**ervius] Hic, matre Ocrisia bello Corniculano capta à prægnante apud Tanaquilam Tarquinii uxorem natus est, & Servius à matris fortuna vocatus. *Stadius* Legem de libertate civium tulit, unde Servus Tullius, à servitute tollenda vocari potuit, cum humili conditione natus ipse, pauperum forci tam præclare prospexit. *Pigh.* Hic progressu temporis Tarquinio gener factus, foceroque insidiis filiorum Anci interempto, focrus suæ auxilio regnum occupat. Ipse bellum cum Etruscis xx. ann. gessit. Belli causa à Veientibus Cæretibus, Tarquinienisibus, qui Etruriæ reliquam partem ad rebellandum sollicitabant, orta est, qui factæ pacis cum Prisco rege conditionibus stare nollent, eos virtute & armis ita fregit, ut ter de iis triumphū egerit. *Stad.*

*Nec obscuritas*] Hæc enim ad altiora nitenti impedimento esse solet, quo consilio Aityages, cum sibi à nepote metueret, filix ex gente obscura tum temporis Persarum, maritum dedit, ne paterna maternaque nobilitas nepoti amicos extolleret. *Iustin.* 1. 4. 4. Quicquid enim virtute, quicquid industria profeceris, quia tamen in æquo videre, fortunæ modum exigent. *Ægerimus enim,* ait Dio lib. 41. homines toleranti sibi à suis æqualibus antev. *Freinsheimius.*

Sic Ægyptum per annos c. c. & l. x. usque ad superatum & in furcam

actum à Selymo Tomumbeium servenerunt. *Zevocatius.* Neque tamen imperia iis, contemptæ originis sunt viliorisque conditionis, licet cætera dignissimis, facile permittenda sunt. Quippe ad conservandam & pacem publicam & dignitatem plurimum facit, observatus fortunæ ordo equo, simul boni sint, origine nobiles ignobilibus, antiqui novis, divites pauperibus regundis merito imponuntur. Neque aliud vel magis deurpavit vel invisus reddidit Tiberii, Claudii, aliorumque Cæsarium imperium, quam quod, clarissimis quibusque viris postpositis, publicas dignitates servis liberisque mandaverint. *Boxhornius.*

*Visa circa caput flamma*] Virgilius simile de Julio fingit. Accidit hoc & L. Marcio duci exercituum Cornelianorum, de quo *Livius.* 25. 39. Philosophi norant ex naturalibus causis oriri posse hunc ignem, apud Phorium certe Bibliothecæ cod. 242. pluria recenset Damascus, quæ partim prodigiis, partim naturalib. causis accenseas. ipsum locum adscribere fas sit: Severi equus, quo multum usus est, tractatus, scintillas à corpore multas & magnas eiecit, donec portentum hoc ad consularem dignitatem Romæ eum evexit. Sed & Tiberio asinus, ut refert *Plutarchus Chæronensis,* adhuc juvenis, & in Rhodo operam danti eloquentis, imperium eodem eventus præsignificavit.

miserat. Ergo inter Tarquinii mortem, annitente regina, substitutus in locum regis, quasi ad tempus, Regnum dolo partum sic egit industrie, ut jure adeptus videretur. Ab hoc populus Romanus relatus in censum

vit. Sed & *Balemeri,* unum ex *Attile* antillis, de suo corpore jecisse scintillas, *Hic Pa-* *lemeyris* pater fuit *Theodorici* ejus, qui nunc suorum totius Italiæ imperium tenet. Dicitur autem etiam de se ipso auctor, ut etiam mihi, cum & induxer, & exor, est id raro admodum accidit, accidit tamen, ut scintilla ingentes exiliant, aliquando cum sonitu, interdum etiam flamma inter, va riosum illustrent, nihil tamen excurant; & se ignorare quo portentum hoc tenderet. *Vidisse* ait & hominem quendam è capite scintillas eribrantem, & flammam cum velleret, è capite asperiore veste atrito excitantem. Cæterum sicut ignis clarus est & splendidus; ita claros etiam futuros quibus eveniunt, talia prodigia ostendunt. Eadem ratione apud *Dionys.* 5. 45. Romani cum pila arsisent, λάμπεσιν εὐκρινῶν, splendidam victoriam sibi portendi interpretantur. ita *illustria Macedonum castra* *Nario visa,* fulgorem *Alexand.* portendere augurantur quidam apud *Curt.* 3. 3. 6. *Freinsb.*

*Quasi ad tempus*] Dum nempe Rex convalesceret, cujus mors tegebatur, donec Servio confirmaretur potestas, ita calliditate *Livia,* simul excessisse *Augustum,* & verum potiri *Neronem,* sama eadem tulit. *Tacit.* 1. 5. 9. Simile exemplum *Calligenis* qui mortem *Philippi* celavit, dum *Perseus* regnum invaderet, apud *Liv.* 40. 59. *Mechemetis* *Assæ,* qui *Solymani* obitum preffit, donec ad *Selimum* de occupando regno literas daret, apud *Thuan.* *Hist.* lib. 38. adde *Justin.* 30. 2. *Freinsb.*

Cum nondum in Superbum omnium studia inclinarent, regnum invast Servius, & primum tanquam tutor libero rum Prisci, ne injuria & invidia animos

volgi turbaret: post cum illi pax esset, ut legitimus Princeps regnavit. *Zevocat.*

*Censum*] Atque ita capita civium omnium numerata, & bona æstimata sunt, pro diversa opum uniuscujusque, & ætatis, & artium officiorumque ratione instituta. In eo militaris ordinis exemplum regem sequutum creditur; quo omni castris multitudine in legiones, cohortes, manipulos, centurias distributa, facilius in omnes imperium derivata. Formam omnem distributionis istius in classes & centurias *Livius* ac *Dionysius* diligenter tradidere; qui tamen in numero centuriarum nonnihil inter se dissentiunt. Nos eos sequuti tabellam confecimus, & seq. pag. hic exhibemus.

Centuria igitur c x c i i i fuere. At supra fideri alicui possit videri, cum pauci fuerint ditissimi, plures mediocri fortunæ, plurimi autem tenuissimæ; ac proinde horum tanta multitudine in plures centurias, quam ditissimum illud medicū corpus, dissepici potuerit, ditissimorum tamen hic plures, quam cæterorum Centurias recenseri. Verum Centuriæ singulæ ditiorum ex multo minori civiū numero cõstitere, quam ille hominū inferioris conditionis. Causa vero hujus instituti non una fuit. Prima, ut in ferendis suffragiis de Rep. ditissimi reliquos superarent. Cum enim in Comitibus centuriatis singularum Centuriarum singula valerent suffragia, & ditissimorum, illis Equitum & Fabrum additis, Centuriæ essent C. ac idcirco tot suffragia, quavis videret adversus horum consensum, nihil potuisse reliquas classes, utpote quarum Centuriæ conjunctæ non essent nisi nu-

*sum, digestus in classes, curiis atque collegiis distributus: summaque regis solertia ita est ordinata respública, ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina in tabulas referrentur; ac sic maxima civitas minimæ domus diligentia contineretur.*

## CAP.

## CAP. VII.

## De Tarquinio Superbo.

**P**ostremus omnium fuit regum Tarquinius, cui cognomen superbo ex moribus datum. Hic regnum avitum, quod à Servio tenebatur, rapere maluit, quam expectare; immisissique in eum percussoribus, scelere partam potestatem non melius egit, quam acquiserat. Nec abhorrebat moribus uxor Tullia, quæ, ut virum regem salutaret, super cruentum patrem, vecta carpento, consternatos equos egit.

[Superbo] Cognominis hujus rationem reddit Livius l. 49. quod in sepulchrum socerum abjecit: meliorem nofter, quoniam superbo vixit & imperavit. Freinsh.

Metuebat forte, ne, si funus pompa regia per Urbem duceretur solemnibus ceremoniis, mota desiderio Tullii plebs forte seditione concitaret, atque impetum in se suosque faceret, ut multis sæculis postea Julio Cæsare occiso contigit. Freinsh.

[Regnum avitum] Indicat igitur Tarquinius hunc nepotem fuisse Prisci alii filium ejus faciunt, inter quos Livius l. 47. Plutarch. Poplic. cap. 21. filium an nepotem Prisci appeller, ambigit. Freinsh.

[Rapere maluit] Sic Selymus Bajazethem patrem primum regno, post, oblatu veneno, exiit vita. Tiberius cum periculum à Germanico, quem adoptarat, sibi timeret, cum veneno propinato creditur intercepisse. Zerecot.

[Non melius egit, &c.] Ita solet fieri. Nemo enim unquam imperium flagitio questum bonis artibus exercuit. Tac. l. 30. nam plerumque imperium, iis artibus retinetur, quibus initio partum est. Sal-

lust. Car. 2. 5. Qui enim bonis artibus ad regna pervenere, iidem etiam subditorum animos retinere gaudent; qui diversam irrupere via, quoniam caritatem civium promittere sibi non possunt, metu & terrore, solitis tyrannidi vinculis exprimit obsequia. Ita, quod ait Seneca de clem. l. 1. 15. scelera sceleribus tuenda sunt. Rarissimum enim est, ut regnum dolo partum si agatur industrie, ut jure acceptum videatur. Freinsh.

[Super cruentum patrem] Immanitas incredibilis, sed non tamen sine exemplo, legimus enim & apud Justin. 41. 6. Eucratides à filio, quem socium regni fecerat, in itinere interfecit: qui non dissimulato parricidio, veluti hostem, non patrem interfecisset, & per sanguinem ejus curram egit, & corpus abjici in sepulchrum jussit, Gruterus. Inhumanum inde traditur scelus, monumentoque locus est: sceleratum vicum vocant, quo amens Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur.

[Carpento] Carpentum quasi Carmentum dicitur à Carmenta, Evandri matre. Hinc Ovidius l. 1. Fastorum: Nam prius Ausonias matres carpenta rehebant,

[Hæc quoq; ab Evandri dicta parente reor. Erat

	CLASSES CIVIUM	CENSUS CLASS.	CENTURIE CLASS.
Populus in sex classes prodivertitate optum distributus est, & classes singulæ in Centurias, & harum aliarum Seniorum Juniorum.	I. ditissimum	∞	LXXX. Senior. XL. Junior. XL. His additæ. X. VIII. E. quitum. & Fabrum insuper due.
	II. Ditorum	LXXV	xx. Senior. x. Junior. x.
	III. Divitum	L∞	xx. Senior. x. Junior. x.
	IV. Mediocrium	XX∞	xx. Senior. x. Junior. x. His additæ duæ ubi enim, ut vult Dionysius.
	V. Modicorum	XI∞	xxx. Senior. xv. Junior. xv.
	VI. Tenuissimum.	XI∞	I. Hæc immunis erat à militia & tributis, ad que priorum classium Centuriæ tenebantur.

si numero XCIII. nec nisi rotidem vota conficerent. Altera, ut tributum onera maxime in ditissimos inclinerentur. Tertia, ut militiæ gerendæ onus in eisdem derivaretur. Quam autem ea res ardua ac sumptuosa fuit, inde patet, quod civibus in bellum ire jussis nulla tum stipendia persolverentur. Ut autem à laboribus militiæ Classis sexta civium tenuissimæ fortunæ immunis haberetur, non ideo modo placuit, quod sine stipendiis in hostem hi

haud potuerint educi, sed etiam quod consultissimum sit, infimam illam plebem ab armis abstinere. Orborem, viduarumque fortunas à censu tum exclusas, nec earum nomine tributa tum exacta fuisse, ex Livio manifestum est. Cujus favoris beneficium nulli idoneæ rationi inniti existimamus. Boxbornius.

[Collegiis] Dissidentia à nostro Plutarch. Numa cap. 31. & Plinius 34. l. 1. 35. 12. qui Numæ institutum hoc tribuunt, Freinsh.

Super

egit. Sed ipse in Senatum cædibus, in omnes superbia, quæ crudelitate gravior est bonis, grassatus; quum savitiam jam domi fatigasset, tandem in hostes conversus est. Sic valida oppida in Latio capta sunt, Ardea, Ocricu-

Erat vehiculum quod muli juncti trahebant. Unde Homerus I. ω

Πρόστει μὲν ἤμιονοι ἔλκον τετρακύκλων ἀπήνην.

Horum usus non domi tantum, sed & in militia fuit, ut ex Livio dicere licet. Sunt & carpenta quædam quæ Vopiscus judicialia appellat, de quibus Imperator Justinianus in Novella L x x. Cap. I. ἡ τὰ ἴης ἐλευθερίας ἀπολαύσασαι ὡσεὶ ἀπήνην τὴν ἐπορχυμῶσι. Blanc k.

Confermatos ] adeo ut auriga, jubente Tullia, vi deberet per cadaver agere. Dionysius.

In Senatum cædibus ] Rationem hujus facti reddit Livius l. 49. Nam cum senatus ex optimis & ditissimis civibus constaret, hunc præcipue sublatum voluit, tam ut eorum præda ditesceret, quam ut metum sibi ab iis demeret, denique ut facilius orbæ reip. dominaretur. Regibus enim semper boni quam mali suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est ait Salust. Cat. 7. 2. ita Græcicum Julium C. Cæsar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam esse quenquam Tyranno expeditet. apud Senec. de benef. 2. 21. & Tiberius Arruntium divitem, promptum, artibus egregiis, & pavissima publice suspectabat. apud Tac. l. 13. Tertiam rationem quod attinet, eo facit Hannonis consilium apud Justin. 21. 4. qui senatum interfecit ut erat, ut orbam remp. facilius invaderet. Freinsheimius.

Superbia ] Plerumque in magnis ille contemptor animus, & superbia, commune nobilitatis malum. Salust. Jugurt. Sed Princeps temperet, sciatque Mo-

destie sumam neque summis mortalium aspernandam, & ad Divi estimari. Tacit. xv. Annal. Cur autem infolescat? Non minus hominem se, quam hominibus præesse cogitet. Plinius paneg. Sceptum, aut opes, faciunt animos? Miser & vane. Cuncta mortalium incerta: quantoque plus adeptus sis, tanto te magis in lubrico censas. Tacitus l. Annon ruinæ præcipiti obnoxia regna: Vidi crenatos carcere includi duces, Et impotentis terga plebeja manu scindi Tyranni. Lipsius.

Sevitiam ] Talis autem fuit. Cognitiones capitalium rerum, sine consiliis per se solus exercebat: perque eam causam occidere, in exilium agere, bonis multare poterat. Traditum à prioribus regibus morem de omnibus Senatum consulendi solvit. domesticis consiliis Rempublicam administravit. bellum, pacem, fœdera, societates, per se ipse cum quibus voluit, in iussum populi ac Senatus fecit, diremitque. Livius.

Latio ] Atqui nulla subjectarum urbium Latina præter Gabios? apparet igitur Florum non strictè vocabulo Latini usum fuisse, sed quomodo posterioribus temporibus consuevit, ut vicini etiam populi comprehenderentur, qua ratione socii Latini nominis appellati creberrime apud auctores, non Prisci tantum Latini, sed Itolorum plerique. Freinsb.

Ardea ] Sed hæc oppugnata tantum ab ipso, nec capta est, teste Dionys. extremo lib. 4. Liv. extremo l. 1. nam in ob idione ista conspiratio adversus ipsum facta est. Freinsb. Hanc urbem omnino in Latio ponit Carolus Stephanus. Fuit Turni & Rutulorum regia. Distabat

Ocriculum, Gabii, Sueffa Pometia. Tum quoque cruentus in suos. neque enim filium verberare dubitavit, ut simulanti transfugam, apud hostes hinc fides esset. Cui Gabiis, ut voluerat, recepto, atque per nuncios consulenti quid fieri vellet; eminentia forte papaverum capita virgula excutiens, quum per hoc interficiendos esse principes intelligi vellet, (quæ superbia!

Distabat quinque milliaribus Germanicus versus ortum ab urbe. Belli causam præteritum quod Romanos exules exceperunt, eosque reducere in patriam conarentur: sed revera inhiabat opulentissimæ urbis divitiis. Stadius.

Ocriculum ] Urbs est Umbrorum ad Tiberim via Flaminia: Stephano οκρικλαε urbs est Tuscorum atque ille Dionysium auctorem laudat. Distat oppidum ab Urbe versus Septentrionem 22000. passuum. Stadius.

Gabii ] Volcorum urbs opulentissima. Distabat ab urbe versus orientem via Prænestina centum stadiis. Strabo.

Sueffa Pometia ] De hac intelligendus Plinius 7. 16. ubi loquitur de iis, qui nascuntur cum dentibus. In feminis ea res inauspicatissimum exempli, regum temporibus. Cum ita nata esset Valeria, exiitio civitati in quam delata esset, futuram, responso aruspicum ratificante, Sueffam Pometiam illa tempestate florentissimam, deperata est, veridico exitu consecuto. Gruter. Erat urbs Volcorum ultra Livium fluvium in Vulturum sita, ab urbe distabat 85000. passuum. Hanc diripuit Superbus, atque ex ejus manibus pecuniam fecit xl. talentorum teste Livio, hoc est, ut nunc computamus, 21060. coronatorum. Summa quam Dionysius nuncupat, omnem fidem excedit. Aurunci directam & spoliatam à Superbo iterum munierunt, deductis in eam colonis: unde Sueffa Auruncana deinceps nomen ha-

buit. Denuo tamen à Romanis capta, & crudeliter habita est Coss. sp. Cassio, & Virginio, anno V. C. ccl. l. i. Stad.

Simulanti transfugam &c.] Transfugis non temere credendum est. Uti enim qui bona fide contrarias partes elegit, multum solet prodesse: ita qui mala, multum sæpe potest nocere. Fraus in parvis fidem sibi præstruit, ut cum opere pretium est mercede magna fallat, Livius lib. 28. Zopyrus apud Insum lib. 1. Babylonem Dario prodidit. Apud Florum lib. 111. 11. in Cannensi prælio Annibal per simulatos transfugas terga Romanorum cecidit, & crassus dum Marazæ Syro temere credit, ab eo in mediam camporum vastitatem deductus, una cum exercitu undique hosti expositus, misere periit. Zeyceotus.

Eminentia forte pap. cap. &c.] Conveniunt omnes præter Ovid. qui dicit liliorum capita excussisse. Ad rem quod attinet, imitatus est hoc factum Tarquinium Thrasylbulum Milesium, ut refert Dionys. 4. 63. Simile est quod Aventinus propius ab initio libri quarti de Caroli filio naturali Pipino recenset. Qui legatis patris, iussu ejus consilium poscentibus, quomodo conjurati puniendi forent, cum forte horum repurgaret: nihil opus est verbis, ait, herbas inutiles radicibus extirpat, ut fruges bonæ crescant, ite & renunciate regi, quæ facio. Freinsb.

Quæ superbia! ] Multis in locis hæc loquen-



perbia!) sic respondit. Tamen de manubiis captarum urbium Templum erexit; quod quum inauguraretur, cedentibus ceteris Deis (mirares dictu) restitere Iuventas, & Terminus. Placuit vatibus contumacia numinum. siquidem firma omnia & aeterna pollicebantur. Sed illud horrendum, quod molientibus adem, in fundamentis humanum repertum est caput. nec dubitavere

loquendi figura auctor utitur, ut infr. 3. 4. (simili prodigio!) 3. 5. (quanta felicitas! 4. 12. (ô securitas!) Quod autem superbiae hoc adscribit Flor. magis ex odio quodam adversus ceteram regis superbiae, quam ex vero agit, prudentia enim potius adscribendum fuerat, ne cognitum ministro consilium per eundem proderetur. Alias enim superbiae signum esse nemo ambigit. (idque innuit apud Livium 42. 40. Q. Marcius) non respondere; aut ut vilissimum illud mancipium Pallas, nihil unquam, nisi nutu aut manu significare, vel si plura demonstranda sint, scripto uti, ne vocem confociet. Tacit. 1. 3. 23. Ereinhsh.

Captarum ubiunq] Dionys. 4. 57. Livius 1. 53. Tacitus H. 3. 72. unius Suesse Pometiae spoliis id factum asserunt. Apolarumque manubiis Plinius 3. 5. ex Antiate. Ea autem spolia cum vix ad fundamenta suffecerint; (ut Livius quidem computat) Florus autem de erecto templo loquatur, consulto de pluribus urbibus locutus est. *Idem.* Templum] Ut avi sui vota persolveret. Nam ille cum Sabinis dimicans, si pugna illa vinceret, Jovi, Junoni, Minervaque templa voverat. *Dionys. teste.* Templum hoc in monte Tarpeio extructum fuit, ac Jovi dicatum, ut Livius tradit. *Blanck.*

Ceteris Deis] Inter principia condendi hujus operis, movisse numen ad indicandam tanti imperii molem traditur Deos: nam quum omnium sa-

cellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere, Livius.

Inventas] Ovid. solum restitisse Terminum meminit. *Fest.* 2.

Terminus, ut memorant veteres, inventus in ade

Restitit, & magno cum Iove templatenet.

sicut & Livius 1. 55. quamvis 5. 54. mentionem etiam illius faciat. Juventatis etiam meminit Dionys. 3. 52. tertium Martem adjicit Augustinus de Civit. Dei. 4. 23. *Ereinhsh.* Dea est quae post praetextam excipit juvenilis aetatis exordia.

Terminus] De hac re perantiquum aenigma extat apud Agell. 1. 2. 6.

Semel minus, an bis minus sit, nescio, An utrumque eorum, ut quondam auctori dicitur,

Iovi ipsi regi noluit concedere.

Ceterum similis scirpus est in sine vici M. Antonini Philosophi, apud Julium Capitolinum, de Terrullo Faustinae adultero, de quo minus in scena praesent Antonino dixit, cum stupidus nomen adulteri uxoris à servo quaereret & ille diceret ter, Tullus, & adhuc quaereret, respondit ille, jam dixit ter tullus dicitur. *Ereinhsh.*

Vatibus] Vates intelligit, qui in urbe erant, quosque ad eam rem consultandam ex Erruria acciverat. *Livius.*

Humanum repertum est caput] De hac re & quomodo Olenus Calenus augur, fatum

bitavere cuncti, monstrum pulcherrimum, imperii sedem, caputque terrarum promittere. Tamdiu superbiae regis Populus Romanus perpeffus est; donec aberat libido. hanc ex liberis ejus importunitatem tolerare non potuit. Quorum quum alter ornatissimae feminae Lucretiae stuprum intulisset, matrona dedecus ferro expiavit. Imperium tum regibus abrogatum.

C A P.

fatum illud in suam gentem trahere sit conatus, vide Dionys. 4. 66. Plin. 28. 2. Servium Aen. 8. 345. Caput autem illud Toli cuiusdam fuisse, & inde Capitolium nominatum, ex monumentis vetustiorum refert Arnobius contra gentes lib. 6. Ita in fundamentis Carthaginis caput bubulum, mox equinum inventum, bellicosam potentemque fore significavit, apud Justinum 18. 5. Omnia enim ex similitudine rerum interpretabantur veteres. ita vultures afflictae sanguine & prada aves bellatricem fore, quam conderet urbem, Romulo sponponderant, supra 1. 1. Ita Servium clarum fore visa circa caput flamma promiserat. supra 1. 6. ita Carthaginensibus bellatoris equi caput virtutem bellicam, Romanis autem humanum, imperium orbis praesagii, cum omnia homo regat, hominem autem caput. *Ereinhshemius.* Fuit autem recetis occisus hominis caput, quod & facie vivo erat simile, & calido etiam tum recentique sanguine manabat. *Dionys.*

Donec aperat libido] Injuria quae feminis infertur gravissima minimeque tolerabilis habita semper fuit. Plures enim ob libidinem vitam & dignitate privati occurrunt, quam ob tyrannidem; maxime quia tyrannum subditi timeant. Ideoque aegrius contra eum conspirant, ac cum libidinosos, viles & pusillanimes esse omnes existimant, grande ad contra eos conjurandum momentum addit contemptus. Multa Aristoteles l. v. pol. 10. adducit exem-

pla, nec fecuta saecula viderunt pauciora. *Zeyceotius.*

Liberis] Sextum Tarquinium intellige potissimum.

Lucretiae stuprum] Cum Ardeam consideret Tarquinius, primoribus satis liberi commentae erant. Regii quidam juvenes interea conviviis otium terebant. forte potentibus his apud S. Tarquinium, ubi & Collatinus Lucretiae maritus caenabat, incidit de uxoris mentio. Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem horis posse sciri, quantum ceteris praestet Lucretia sua. Omnes citatis equis advolant Romam, perguntque inde Collatium, ubi Lucretiam nocte sera deditam lanæ inter lucubrantem ancillas sedentem inveniunt. Muliebris certaminis laus penes ipsam fuit. victor maritus invitat regios juvenes. Ibi S. Tarq. libido Lucretiae per vim stuprandae caput. Postea cum comite uno Collatium venit. ubi in hospitale cubiculum deductus, ac amore ardens, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit, ac obstinaram pudicitiam minis variis vicit. Ita fere Livius. Mirabile dictu, duo fuerunt, & adulterium unum admisit. Vos appello leges judicesque Romani. Si ad vestrum judicium quisquam deferret hoc crimen, vobisque probaretur, non solum indemnatum, verum etiam castam & innocentem interfectam esse mulierem, non eum qui id fecisset, severitate congrua pleceretis? Hoc fecit illa Lucretia, illa sic praedicata Lu-

## Anacephalæosis de septem regibus.

**H**æc est prima ætas Populi Romani, & quasi infantia, quam habuit sub regibus septem, quadam fatorum industria, tam variis ingenio, ut reipublicæ ratio & utilitas postulat. Nam quid Romulo ardentius? tali opus fuit, ut invaderet regnum. Quid Numa religiosius? ita res poposcit, ut ferox populus Deorum metu mitigaretur. Quid ille militia artifex Tullus, bellatoribus viris quam necessarius? ut acueret ratione virtutem. Quid edificator Ancus? ut urbem colonia extenderet, ponte jungeret, muro tueretur. Iam vero Tarquinii ornamenta & insignia quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? Actus à Servio census quid effecit, nisi ut ipsa se nosset Respublica? Postremo Superbi illius importuna dominatio nonnihil, immo vel plurimum profuit. Sic enim effectum est, ut agitatus injuriis populus, cupiditate libertatis incenderetur.

## C A P.

cretia, Lucretia castam Lucretiam intererit. Ita August. Unde patet tantum infamæ pudenda ignavissimaque morte promeruisse, quantum gloriæ & exultationis pudicitia conservata potuisset obtinere. Blanck.

Imperium &c.] Diem quo reges Roma pulsi sunt, qui Regisugium dicebatur, bis quotannis Romæ celebra-

bant septimo scilicet Cal. Mart. & undecimo Cal. Jul. auctor Ovid. 2. & 5. Faكتور. Pulsus autem fuit regno Tarquinus 7. Cal. Mart. ex 2. Faكتور. Advertendum autem serpentem latrasse, quum pulsus est, apud Plin. 8. 41. Camers. Regnatum Romæ ab V. C. usque ad liberatam annos cexli v. Livius.

Bruto

## De mutatione Reipublicæ

**M**gitur Bruto Collatinoque, ducibus, & auctoribus, quibus ultionem sui moriens matrona mandaverat, Populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitia decus, quodam quasi instinctu deorum concitatus, regem repente destituit, bona diripit, agrum Marti suo consecrat,

impe-

Bruto] Cognomentum hoc traxit à simulata stultitia, cum verum ei nomen L. Junio esset. Freinsb. Fuit autem Marci Junii filius, ex Tarquinia regis Superbi sorore natus. Stadius. Cum enim ob opulentiam occiso patre & fratre sibi quoque à Tarquinio metueret, sub hac persona latuit, donec capta occasione prorumperet. Cum enim suspecta sit Tyrannis nobilium alacritas, & erectum ingenium, ut supra 1. 7. monuimus, nonnulli, ut loquitur Senec. in contemptu remedii causa delituerunt. Sicut hic noster, ut & Archeus Cappadox apud Dion. non longe à sine lib. 57. Dionysius Corinthi apud Plur. Timoleonte cap. 19. & Justin. 21. 5. Solon. apud Cicer. de offic. 1. 30. ut & de se testatur, forte immerenter, Claudius Cæsar, apud Sueton. cap. 38. Freinsb.

Collatinoque] Tarquinius Egerii filius hic fuit, ita appellatus à Collatia oppido Latino, ubi plurimum morabatur. Matriona mandaverat] Date dextras fidemque, inquit Lucretia, hand impune adultero fore. Sextus est Tarquinius, qui hostis pro hospite prore nocte vi armatus mihi sibi que, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium. Vos, inquit videtis quid illi debeatur: ego me, etsi peccato absolve, supplicio non libero: nec ulla

deinde impudica Lucretia exemplo river. Livius.

Destituit] Oratione Bruti quam in foro habuerat, concitatus. Hic enim de vi ac libidine S Tarquinii, de stupro infando Lucretia: ac miserabili cæde, de orbitate Tricipitini, varie diserebat. Indignam Servii Tullii retulit cædem, & investam corpori patris nefandum vehiculo filiam. Livius.

Bona diripit] Jussu scilicet & instinctu Patrum, ut nempe contacta regia præda omnem in perpetuum spem pacis cum his amitterent: ita enim obligandi sunt mobiles animi, & quorum poenitentia metuitur: ita Jugurtha apud Sallust. id modo se sinabat, Bocchi pacem imminueret, ne moras agitando, aliud quam bellum mallet. ita Rex Veientium jussis occidi Romanis legatis, obstringi Fidentinum Pop. ne resticere spem ullam ab Romanis possit conscientia tanti sceleris, voluit. apud Liv. 4. 17. & apud eundem 44. 27. Perseus Gentium assidue ad lacessendos hostis factio Romanos stimulat. Sic apud Tacit. H. 4. 70. Valentinus ac Tutor in arma Treviros retrahunt, occisis Herennio ac Numisio legatis, quo minore spe venia cresceret vinculum sceleris. Eadem de causa apud eundem Tacit. 3. 42. Florus pellexit alam equitum, ut castis negotiatoribus Romanis bellum inciperet; ita

*imperium in eosdem libertatis suæ vindices transfert, mutato tamen & jure, & nomine. Quippe ex perpetuo annuum placuit, ex singulari duplex: ne potestas solitudine vel mora corrumpereetur: Consulesque appellavit pro regibus, ut consulere se civibus suis debe-*

re

ita Afrubal ultimus Carthaginensium Imp. in captivos Rom. crudeliter faviit, ne Carthaginensibus ullam spem pacis à Romanis impetrande relinqueret, apud Appian. de bel. Punic. propius à fine. Notat autem Livius epit. 67. 3. ab hoc ad C. usque Cæpionem, nullius magistratus Romani bona publicata. Freinsh.

*Agnum Marti suo consecrat] Unde Campus Martius, de quo præter alios Strabo lib. 5. dicit autem Marti suo, quia conditor urbis originem ad eum referrebat. Idem. Campus Martius antea etiam Marti facer erat, teste Dionysii libro quinto; situs inter Urbem & Tiberim, antea semper pratrum fuerat, equis & juventuti exercenda accommodatus: id Tarquinius contempta religione coluerat. Coss. quidquid frumentijam maturi erat, jussuientur collectum in Tiberim effundi: hinc insula frumenti stipularumque putredine, & ex cæterarum rerum alluvione nata est Æsculapio sacra. Stadius.*

*Jure] Minus bene Livio teste: libertatis originem inde magis, quam quod dimittunt quicquam sit ex regia potestate, numeres. Omnia jura, omnia insignia primi Coss. tenere. id modo cautum est, ne, ambo fasces haberent, dupliciter terrores videretur. Idem tradit Cicero lib. 111. de leg. Regio. Imperio. Duo. Santo. &c. Munus igitur potius quam jus mutatum fuit. Nota Augusti prudentia, qui cuncta discordiis civilibus fessa, nomine Principis sub imperium accepit. Blanck.*

*Potestas] Pari potestate creati sunt ambo Coss. eo consilio ut alter collegam suum, si quid præter jus aut fas-*

*moliretur, æquali imperio coercerent. Annus fuit magistratus, ne diuturnitate insolescerent, justosque sese in consulatu civiumque studiosos præberent, memores anno exacto capti magistratus, ut privatis, judicium esse subeundum. Stadius.*

*Solitudine &c.] Sallust. Catil. cap. 6. in fin. annua imperia, bonisque imperatores sibi fecere, eo modo minime putabant per licentiam insolescere animum humanum. Imitatus hoc C. Cæsar, Africam in duas partes divisit apud Dion. lib. 59. Freinsh.*

*Mora corrumpereetur] Verum enim est istud Mamerci apud Livium 4.24. maximam libertatis custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent, & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non posset, & illud Latronis apud Senec. 7. controver. ult. Nihil tam utile, quam brevem potestatem esse, qua magnus sit. ita cum ordo Iudicium Carthagine demiraretur, eo maxime, quod iudem perpetui iudices erant; Annibal legem promulgavit, ut in singulos annos iudices legerentur, ne quis biennium continuum iudex esset. Idem Livius 33. 32. Adde Valer. Max. 4. 1. 3. & hoc est illud Taciti 6.48. vi dominationis convelli & mutari. Idem.*

*Consulesque] Advertendum, annum illum primum habuisse quinque Coss. auctor Augustin. Civit. 3. 16. Macrobi. Saturn. 1. 12. dicit primos Coss. factos Cal. Jun. quem diem, ut ante annotatum est, Romani celebrabant. Plutarchus vero asserit eos creatos Cal. Jan. Hinc servatum ut deinceps semper Cal. Jan. Coss. crearentur. Lege ipsum Probleum. 18. Camers.*

Tantum

*re meminissent. Tantumque libertatis novæ gaudium incesserat, ut vix mutati status fidem caperent; alterumque ex consulibus, tantum ob nomen & genus regium, fascibus abrogatis, Urbe dimitterent. Itaque substitutus Valerius Publicola, ex summo studio annexus est augendam liberi populi majestatem. Nam & fasces ei pro concione remisit, & jus provocationis adversus ipsos dedit. Et ne speciei arcis offenderet,*

emi-

*Tantumque &c.] Nec immerito, libertas enim inestimabilis res est. l. 1. 06. de R.I. Ideo cum Græci liberi pronuntiarentur, Majus gaudium fuit, quam quod universum homines caperent, ut facile appareret, nihil omnino bonorum, multitudine ingratius quam libertatem esse. Freinsh.*

*Fascibus] Fascibus pro consulatu, hoc est, insignibus pro magistratu per synecdochen usus est. Fascibus ergo abrogatis, hoc est, abdicato consulatu. Dionysius cum L. Pisonem causam abdicati consulatus, quam noster laudat, itidem Cicero, Livius, cæterique derident, & rationibus infirmant. Ortam, inquit, Dionysius, disensionem inter Brutum & Collatinum, cum Brutus supplicio de filiis sumpto, eodem jure in foro-*

*Collatini filios, Aquilios, Vireliosque, ejus conjurationis socios animadversum velle, eos cum pro pari potestate, qua præditus erat, eximere Collatinus velle, Brutum misso in suffragia populo, collegæ magistratum abrogasse. Stad. Contra officium boni ac prudentis viri haudquaquam facit, qui ab amico & optimo sibi metuit; neque in æquitatem delinquant, qui ad imperia admoti mala, quæ ex innocentissimis, nec tamen sine causa suspectis, in perniciem Reip. meruuntur aliquando exitura, quavis ratione, qua tutissima sit Reipubl. & quantum fieri potest, minime noxia suspecto innocenti, ut abrogatione honoris, exilio,*

*aliique in tempore præveniunt. Ne quam Romani, seditionis per gentilitatem speciem haberent. Boxtornius.*

*Valerius Publicola] Poplicola scribendum esse Caput. Tabel. testantur, idemque convincit nominis ratio, eo quod à populo colendo illud cognomen in consulatu, antea Volusus dictus, invenerit; tum quod Δημοκονδης, h. e. populum colens, Poplicola à Plutarch. & Dion. interpretatur, Stad. Quoniam autem Collatinus magistratu non ita multo postquam eum suscepisset, abiit, Valerium hunc in ejus locum substitutum, primum Cos. fuisse dicit Cicero in Orat. pro Flacco cap. 11. Freinsh.*

*Fasces] Cum fasces submitteret in concione Consul, tunc profitebatur sese populi majestatem agnoscere, honoris que suos in populi jussu esse. Secures etiam, ut omnem metum populo terroremque; eximeret, a fascibus sustulisse Publicolam testatur Plutarch. Stad.*

*Ins provocationis] Lex Valeria de provocatione lata, vindex procul dubio erat patronaque publicæ libertatis, ut si quis magistratus civem Romanum necare, verberare, multare velle, eum ad populi judicium vocare civis privatus posset; interea vero à magistratu damni nihil accipere nisi quando populus judicasset, atque hac lege fiebat, quod fasces plus dignitatis domi quam potestatis haberent: foris enim magistratui, qui cum imperio erat, verberandi necandi-*

C 3

*eminentes ades suas in plana submisit. Brutus vero favori civium, etiam domus sua clade & parricidio velificatus est. Quippe quum studere revocandis in Urbem regibus liberos suos comperisset, protraxit in forum, & concione media virgis cecidit & securi percussit: ut plane publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum videretur. Liber jam hinc populus Romanus, prima adversus externos arma pro libertate corripuit; mox pro finibus; deinde pro sociis, tum gloria & imperio, laceissentibus assidue usque quaque finitimis: quippe cui patrii soli gleba nulla,*

*sed*

candique potestas erat; domi autem nisi populi iudicio in eum qui provocasset, animadverti non potuit. *Stadium.*

*Eminentes ades*] Consul Poplicola ædificabat in summitate Velie, h. e. in æditissima parte Palatini montis, unde cum despiciere populum velut omnium cervicibus immineret videretur, & vim quoque tanquam ab arce propellere posse, venit apud populum (omnia tunc ex recenti Tarquiniorum metu timentem) in suspicionem affectati regni: quare ut eum metu liberaret, ades nocte demoliri iussit, & sub ipsum collem subtrui. *Idem.*

*Velificatus*] Tanquam qui velis remisque contenderet, ut verum vindicem sese libertatis publicæ, severo etiam in filios supplicio, idque abrupto omni paternæ necessitudinis vinculo, testaretur. *Idem.*

*Securi percussit*] Extat elegans Livii locus, qui ita se habet: *Stabant deligati ad palum nobilissimi juvenes. Sed à cæteris, velut ab ignotis capitibus, consulis liberi omnium in se averterant oculos, miserebatque non pœna magis homines quam sceleris, quo pœnam meriti essent, illos eo potissimum anno, patriam libera-*

*tam, liberatorem, consulatum ortum ex domo Iunia, patres, plebem, quicquid Deorum hominumque Romanorum esset, induxisse in animum, ut superbo quondam regi, tum infesto exuli proderet.*

*Arma pro libertate*] Apud Xenoph. l. 1. de inik. Cyri, belli iuste suscipiendi causa duplex est; si quis vel injuria affectus sit, vel eam ab amicis ac sociis conetur avertere. Addo ego, si succurrendum iniuste oppressis, aut contra monarchiæ candidatos sit conspirandum. *Zeylocius.*

*Sociis*] Æqua illa causa fuisset, si intra æquitatis limites se continuissent Romani. Verum illi plerumque non pro amicis, sed pro suis tantum arma gesserunt, fociis pariter atque hostibus servitatem imponere assueti. *Idem.*

*Quippe cui &c.*] Roma à principio, ut docet servius Æn. 11. *tantum unam Tiberis ripam tenebat.* Juven. sat. 8. *Quæ Imperij finem Tiberinum virgo notavit.* Propert. 4. 2. *Et Tiberis nostris advena bubus erat.* Camers. Latium urbi ab ortu, ab occasu Hetruria erat, à meridie Veientes, Sabini à septentrione, hostes omnes. *Stadius.*

*Gleba nulla*] Extenuat rem auctor orato-

*sed statim hostile pomerium, mediusque inter Latium & Tuscos, quasi in quodam bivio collocatus, omnibus portis in hostem incurreret: donec quasi contagione quadam per singulos itum est, & proximis quibusque correptis, totam Italiam sub se redegerunt.*

## C A P. X.

### Bellum Etruscum cum Rege Porfena.

**P**ulsis ex Urbe regibus, prima pro libertate arma corripuit. Nam Porfena rex Etruscorum ingentibus copiis aderat, & Tarquinius manu reducebat. Hunc tamen, quam-

*vis*

oratoria licentia, ut maior inde admiratio oriatur, iam enim sub tot regibus, & omnibus, præter Numam, bellatoribus, aliquantum agri adquisiverant Romani. *Freinsb.*

*Pomerium*] Dicebatur spatium illud augurato consecratum, quod intra murum & extra neque habitari neque arari fas erat. *Livius.*

**O**rdo temporis in hoc capite ita se habet: Primis Cons. L. Junio Bruto & Valerio Volusio, postea Poplicola dicto, dum exules Tarquini res suas per vim reperunt, prima hæc arma sumpta sunt à populo Romano pro libertate contra Veientes & Tarquinienses; qui dum reducere ciues suos Tarquinos in regnum conabantur, à Romanis ad Arsam silvam victi sunt. Arunte regis Superbi filio, Brutoque mutua vi & ita pridie Kalen. Martias in prælio occisis, Poplicola Bruti collega de Etruscis posttridie primus quadrigis in Urbem victus triumphavit. Superbus rex eo prælio & filij morte fractus, ad Porfenam regem fugit, qui ad misericordiam afflictis Tarquini opibus allectus (ut regale nomen regibus & magnum & sanctum est) ita Porfena anno proximo pro Tarquini restituit-

ione arma sumpsit, qui etiam si populum Romanum armis fameque fatigaverat: tamen novæ fortitudinis Romanæ exemplis, Horatii, Mucii, & Clælia virginis percussus, pacem eodem anno, deserta Tarquini causa, cum populo Romano fecit. *Stadius.*

*V. Etruscum*] Bellum Etruscum vocat propter Veientes & Tarquinienses, qui Superbum regem armis restitutum volebant. Veij Etruscorum vrbs trans Tiberim opulentissima erat, sita c. stadijs ab vrbe, quibus odij causa in Romanos erat, quod Romulus agrum ipsis Septem pagos dictum, iure belli ademerat. Tarquinienses Tarquinos & ciues & gemiles fouebant. Porfena Clusii rex erat, oppidi Etruscorum. *Idem.*

*Regibus*] Optimæ divi Nazarii memoranz, pulsus ex urbe regni, alter Pal. re-

*vis & armis, & fame urgeret, occupatoque Ianiculo  
ipsis Urbis faucibus incubaret, sustinuit, repulit. no-  
visissime etiam tanta admiratione perculit, ut superior  
uliro cum pane victis amicitiae fœdera feriret. Tunc  
illa Romana prodigia atque miracula, Horatius, Mu-  
cius, Clœlia: quæ nisi in annalibus forent, hodie fabu-  
la viderentur. Quippe Horatius Cocles, postquam  
hostes undique insistentes solus submovere non poterat,  
ponte reciso transnatat Tiberim, nec arma dimittit.*

*Mucius*

*giis, forte regnis, pulsus ubi regnis. quod  
esset pro regibus, ut servitia pro scervis,  
conjugia pro conjugibus. Ita hic regna  
pro regibus. Salmastius hoc loco, & in  
notis ad Trebell. Pollionis Claudium  
cap. 5. Loquitur certe non ab similitudine  
Florus infr. 1. 24. totam eam dominatio-  
nem, Freinsh.*

*Fame] Quæ tamen invictissima quæ-  
que facile expugnatur. Sæpius enim  
penuria, quam pugna consumit exeritum,  
& ferro scævior famis est: ait Veget. 3. 3.  
& iterum 3. 9. famis (ut dicitur) in-  
trinscus pugnat, & vincit sapiens quam  
ferum. Idem.*

*Janiculo] Roma, montibus septem  
exceptis, collibus tribus amplificata  
fuit. Hortulorum nempe, Janiculo &  
Vaticano. Janiculum trans Tiberim  
fuit. Blanck.*

*Amicitia fœdera] Non tamen æquis  
conditionibus, quippe multatvæ eos  
parte agri, imperavit obsides, cognitio-  
nem causæ de bonis regis suscepit.  
Dion. 5. 30. Tacit. Urbis etiã dedita me-  
minit H. 3. 7. immo, quod non nisi sua  
quoque confessione victis imponi pot-  
est, in eo fœdere, nominatim comprehen-  
sum invenimus, ne ferro nisi in agriculturâ  
uterentur. Plin. 34. 14. Freinsh.*

*Melior, ait Livius 1. 30. tutiorque est  
certa pax quam sperata victoria: Illa in-  
tua, hæc in Deorum manu est. Paulo æ-*

*mylio ne cum superato Perse, & jam fa-  
cile, ut exillimabant, penitus delen-  
do, pacem inirent, suaseret amici. At is  
respondit, notum sibi esse sæpe eos quo-  
rum res fractæ esse putantur, ultimis  
viribus, quas fortunæ ante non com-  
miserunt, sibi salutem, victoribus da-  
mnum aut perniciem parere. Malle se  
ideo parcere supplici, quam cum des-  
perante adeoque alacrius pugnaturò,  
dimicando tentare fortunam. Raro  
nempe bellum, eo quo evasurum puta-  
tur, evadit. Quis non, si bellorum prin-  
cipia cum exitu consecrat, Pyrrhum,  
Annibalem, Jugurtham victos miret-  
ur? & quidem ultimum catenis vin-  
ctum Pop. R. in triumpho adspexit. Ze-  
vecotius.*

*Nisi in annalibus] In factò Coclitis  
non ab simili figura utitur Livius lib. 11.  
10. rem ausus plus fame habituram ad  
posteros, quam fidei.*

*Cocles] Simile huic virtuti facinus  
de Norvegiensi quodam milite, qui  
Anglos ad Derwentam fl. pontem tran-  
situros solus cohibuit, est apud Poly-  
dor. lib. 8. Procopius etiam sine primi  
Gothicorum de Principio & Tarmuto  
narrat, eos solos Gothorum impetum  
sustinuisse. Coclites autem appellati sunt  
veteribus, qui altero lumine orbi nasce-  
rentur, apud Plinium 11. 37. Freinsh.*

*Ponte reciso] Sublicium intelligit æ-*

*que*

*Mucius Scævola regem per insidias in castris ipsius  
aggreditur: sed ubi frustrato circa purpuratum ejus  
ictu tenetur, ardentibus focus inicit manum, terro-  
remque*

*que Rom. hoc Coclitis periculo mon-  
nitis, religiosum fuit posthac eundem  
pontem ex alia materia, quam ex ligno  
construere Stadium. Plinius. 16. 15. di-  
cit de buleutero Ciziceno, ædificium  
amplum, sine ferreo clavo, ita disposita  
contignatione, ut eximantur trabes sine  
fultura, ac reponantur. Quod idem Romæ  
in ponte sublicio religiosum est, posteaquam  
Cocleto Horatio descendente, ægre revulsus  
est. Freinsh.*

*Transnatat Tiberim] Tiberine patet,  
inquit, se sancte precor, hæc ardua & hunc  
militem propitio flumine accipias. Grata  
erga tantam virtutem civitas fuit: sta-  
tua in comitio posita: agri quantum  
uno die circumaravit, datum. Privata  
quoque inter publicos honores studia  
eminebant. nam in magna inopia pro  
domesticis copiis uniuersisque ei ali-  
quid, fraudans se ipse victu suo, con-  
tulit. Livius.*

*Mucius] Simile in Plutarch. Parall.  
cap. 2. Nec minore animo quidam Ro-  
manus Mithridatem aggressus est. Dio  
lib. 35. Freinsh.*

*Scævola] à clade dextræ manus hoc  
cognomen inditum, Livio teste. Scæ-  
vola enim cum dextram igni dedisset,  
ensemque à Porfenna datum læva ma-  
nu arripuisset, Scævola in posturum co-  
gnominatus est. Unde etiam Scæx ab  
Ulpiano J. C. dicuntur, qui sinistra  
manu pro dextra utuntur. Godelevanus.  
Inde cognomentum Scævole multis  
Romæ factum est. Al. ab Alexandro.  
Patres C. Mucio reduci virtutis causa  
trans Tiberim agrum dono dedere, que  
postea sunt Mucia prata appellata. Liv.*

*Per insidias] Discrimen adhiben-  
dum inter percussores qui fidem ex-  
pressam vel tacitam violant, ut subditi  
in regem. an vero nulla teneantur fide*

*Talis ille laudatus ab Historicis Q. Mu-  
cii conatus, quem ipse sic defendit, ho-  
stis hostem occidere voluit. Porfenna ipse in  
hoc factò, nihil nisi virtutem agnoscit.  
Nimirum hostem occidere ubivis licet,  
non naturæ tantum sed & gentium ju-  
re: nec refert quor sint qui faciant,  
aut patiantur. Neque tantum qui hæc  
faciunt, sed & qui aliis faciendi autho-  
res sunt, jure Gentium inculpati ha-  
bentur. Scævola ad audendum fuerit  
auctores illi in bellis adeo sancti vete-  
res Romani senatores. Verum est quod  
depreheni tales exquisitis suppliciis  
afficiantur. Sed id ideo, quia eodem  
jure gentium in hostem quidvis licet:  
gravius autem aut levius malum sta-  
tuit quisque pro sua utilitate. At de his  
percussoribus quorum factò perfidia  
inest, aliter censendum. Causa hujus  
rei est, ne nimium intenderentur peri-  
cula eorum maxime qui eminent. Ne-  
gabat Eumenēs credere Se quenquam  
ducum sic velle vincere, ut ipse in se ex-  
emplum pessimum statueret. Grotius.*

*Frustrato ictu, &c. Ubi Mucius venit,  
in consertissima turba prope regium  
tribunal conlilit. Ibi cum stipendium  
forte militibus daretur, & Scriba cum  
rege sedens pari fere ornatu multa a-  
geret, eum milites vulgo adirent, scri-  
bam pro rege obruncant. Livius.*

*Dionys. etiam 5. 28. vocat Scæ-  
volæ, quos multæ dignitatis fuisse  
elucet inde etiam, quod in pace Æcol-  
lis data excipiebatur: obferre esto prator,  
praefectus equitum, scriba publicus. Livius  
38. 11. Freinshemius.*

*Attendite delicatuli! rex Etruræ pari  
utebatur veste cum Scriba, & hic eos  
omnes decet, quibus est cor, quibus est  
mens; hęc est, qui alia habent, quibus*

*remque geminat dolo. Ut scias, inquit, quem virum effugeris, idem trecenti juravimus; quum interim (immane dictu!) hic interritus, ille trepidaret, tanquā manus regis arderet. Sic quidem viri: sed ne quis se- xus à laude cessaret, ecce & virginum virtus. Una ex obsidibus regi data, elapsa custodiam, Clælia, per pa- trium*

volgo censeantur, quam aurum, gem- mas, purpuram, byssinum. Verum Græ- cus bene imperat. *differant à plebe reges mente: veste, non est opus.* tanto quidem magis quod fere *Vestium ornamenta quærant, laude morum qui carent.* I. Grut. *Quum virum effugeris* ] Quid hoc ad æstimationem viri ecc. an plus minuf- ve habeat sociorum: *Freinsh.*

*Interritus, &c.* Mucius ignibus ma- num imposuit. Acerbum esse urt: quan- to acerbius si id te faciente patiaris? Vides hominem non eruditum, nec ul- lis præceptis contra mortem aut dolo- rem subornatum, militari tantum ro- bore instructum, pœnas à se irriti con- tus exigentem. Spectator distillantis in hostili foculo dextræ stetit, nec ante removit nudis ossibus fluentem ma- num, quam ignis illi ab hoste subdu- ctus est, facere aliquid in illis castris fel- icius potuit, nihil fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula vir- tus, quam crudelitas ad irroganda. Fa- cilius Porfena Mucio ignovit, quod voluerat occidere: quam sibi Mucius, quod non occiderit. *Seneca epist. xxi v. Virginum*] De Scythis Iustin. 2. 1. *non virorum imperio magis, quam seminarum virtutibus clauere.*

*Vna ex obsidibus*] Nota feminas etiam obsides dari solitas antiquis tempori- bus, ut rectè reprehensus videatur à Lipsio ad Tacit. Germ. 8. 2. Suetonius Aug. cap. 21. *qui novum genus obsidum appellat feminas.* Freinsh. Ad recentio- ra, credo, tempora Tranquillus respex- it, quibus mos ille vetus exoleverat,

aut certe ad Parthos, qui id genus obti- dum dare non consueverant. *Sabellie.* Germani quoque captivitate longe impatientius seminarum suarum no- mine timent: adeo ut efficacius obli- gentur animi civitatum, quibus inter obsides puellæ quoque nobiles impe- rantur. *Tacitus.* Erant autem ex prima- riis familiis obsides viginti, imprimis consulum liberi, Marci Horatii filius, Publii Valerii filia jam nubilis. *Dionys.*

*Elapsa custodiam*] Constat obsidi iu- gere non licere, si ab initio aut postea quo laxius haberetur, fidem dederit. Alioqui videtur non is animus fuisse civitatis obligandi civem ne aufugeret, sed hosti dandam facultatem qualis vellet custodiæ. Et sic defendi potest Clæliæ factum: Sed etsi ipsa nihil pec- caverat, civitas tamen recipere & reti- nere obsidem non poterat. Sic Porfena apud Livium: *Si non deditur obfes pro rupto se sedus habiturum.* deinde: *Roma- ni pignora pacis ex sedere respituerat.* Grot.

Fugiendi occasio hæc fuit. *Cum ad dicendam causam venissent Romani ora- tores, petierant virginis licentiam in amne lavandi. Hac à custodibus impetrata, mo- nentur tantisper à flumine secedere dum se abluisent & vestimenta recepissent, ne illi nudas conspicerent, cum hoc quod fecissent custodes, hortante ac præeunte Clælia, na- tam superato flumine, in urbem se recipi- unt.* Ex Dionysio Blanckardus. & *Roma- ni novam in femina virtutem novo ge- nere honoris, statua equestris donare in summa Sacra via fuit posita virgo insi- dens equo.* Livius.

*Liberos-*

*trium flumen equitabat. Et rex quidem tot tantisque virtutum territus monstris, valere, liberosque esse jussit. Tarquinii tamdiu dimicaverunt, donec Arun- tem filium regis manu sua Brutus occidit, superque ipsum mutuo vulnere expiravit; plane quasi adulte- rum ad inferos usque sequeretur.*

## CAP. XI.

## Bellum Latinum.



*Atini quoque Tarquinius asserebant, amu- latione, & invidia: ut populus, qui foris dominabatur, saltem domi serviret. Igitur omne Latium, Mamilio Tusculano duce, quasi*

*Liberosque*] Hisce conditionibus pax facta, quod Septempagos agrum Etrus- cum a Romulo jure belli de Vejentibus captum, Porfena restituerent, capti- vos redderent, ipsi per fugos recipere- rent: darent quoque Romani pacis ob- sides, prætextatos patrios decem, & totidem virgines. *Stadius.*

*Plane quasi adulterum*] Ista verbo- rum circuitione Florus subindicare vi- detur Aruntem Tarquinium Lucretiæ vim attulisse, quem tamen omnes, quos

equidem legerim, ( præter unum Ser- vium Æn. 8.) Sextum vocant; etsi Dio- nys. 4. 72. eum natu maximum filio- rum Superbi regis nominet, Livius, Ovidius in Fastis. 2. minimum. Brutum hoc anno in magistratu cæsum esse ideo Dio lib. 46. annotavit, quod om- nes qui collegæ imperium abrogas- sent, eodem in magistratu periisse ob- servatum sit; quod & ipse exemplis confirmare nititur. *Stadius.*

*Mamilio*] Rebus adhuc florenti- bus, generum sibi, ut subsidia suæ dominationis L. Superbus confir- maret, Mamilium adsciverat: quare spe redditus, Porfena cum Romanis fa- derato, ipsi accisa, exulatum ad Mami- lium abjerat. Hujus auxilio frater, Lati- nos ad arma excitat duce Mamilio. Senatus Dictatorem dici jubet A. Po- stumium: qui laborioso & ancipiti prælio hostes fudit ad Regillum lacum,

Mamilio & Sexto Tarquinio ducibus in prælio occisis. Postumius Dictator de Latinis triumphavit & in hoc hono- re Regillensis dictus est. *Mortuus est paulo post etiam Cumis Superbus rex,* quo fe post fractas Latinorum opes confulerat, atque ita tyrannus ubique sublatis parta est Romanis libertas, id- que foris: quia domi adhuc sub patri- ciorum dominatione serviebant. Inde à vicinis laceffiti, dum fines suos ab in- juria

*quasi in regis ultionem, tollit animos. Apud Regillum lacum dimicatur, diu Marte vario, donec Posthumius ipse dictator signum in hostes jaculatus est (novum & insigne*

juria armis tumentur, agrum etiam de hoste urbesque capiunt. Florus deinde Romanæ rei angustias, & cum vicinis adhuc populis, hoc est, Etruscis & Latinis circa matrem luctantis, cum orbis acquisiti terminis amplissimis confert, & paucis bellorum progressus complectitur. *Stadius.*

*Quasi in regis ultionem*] Hanc nempe causam prætexebant, cum invidia esset, & metus auferentis Rom. potentia: Notandum igitur duas plerumque causas bellorum esse, aut plures, quarum favorabiliores in vulgus vulgentur, secretiores, quæ interdum sola causarum nomen merentur, reticentur. respicit hic Thucyd. 1. 4. *Equidem verissimam causam, sed minime verbis agitatam, Athenienses fuisse reor: qui Lacedæmonios, potentia virumque suorum metu, in arma egerunt. Quæ autem in speciem palam ferebantur causa, &c. Dionys. excerpto 111. de legat. Aperia Samnitici belli causa, & cuius prætextus apud omnes speciosus vulgari poterat, erat Lucanorum protectio, &c. sed occulta causa, & quæ magis amicitiam dirimere cogebat, erat Samnitium potentia, &c. Freinsb.*

*Regillum lacum*] Regillus est lacus in agro Tusciano ad Algidii memoris ingressum. Hodie Lago di S. Prasso appellatur. Pont.

*Dictator*] Dictatorem dicendum esse in rebus trepidis ex Senatufconsulto ab altero Coss. vel rei gerendæ causa, vel seditionis sedandæ pro temporis necessitate, cautum erat. Consul itaque nocte ex consularibus virum unum dicebat, qui cum summa potestate & sine provocatione Reipublicæ præfesset, sex mensium spatio; cæteri magistratus abdicarent, Dictatori parerent: ipse vero legiones ducebat, & equitare nisi legibus solvitur non licebat. Dictator si-

bi Magistrum equitum dicebat, cujus summa in equites & accensos potestas erat, perinde atque summum fuit Dictatoris imperium in Magistrum equitum & populum. Primum autem invenio Dictatorem T. Larcium, Magistrum vero equitum Sp. Cassium anno nono post reges exactos, dictosque seditionis sedandæ causa, dum plebs ære alieno demersa tumultuatur, & ad bellum Latinum nomina dare recufabat. Rei, hoc est, belli gerendæ causa, atque imperii potestas dabatur ad sex menses si res gerenda erat; cæteris in causis, quæ primo tempore seditionis sedandæ potissimum fuerat, rebus peractis magistratu sese addicabat. Alterum Dictatorem lego fuisse A. Postumium Alburnum ejusque Magistrum equitum T. Æbutium Elvam, anno Urbis conditæ cclviii rei gerendæ causa creatum ob Latinum bellum, de quo Florus nostro agit. *Stadius.*

*Signum in hostes, &c.*] Non meminit Livius illius signi in hac pugna jacti in hostes, ut repeteretur. Ait tamen Postumium dictatorem cohorti suæ signum dedisse, ut quem suorum fugientem viderent, pro hoste haberent. Hoc tamen de signo in mediam hostium aciem projecto ut magna vi repeteretur ab aliis imperatoribus usurpatam meminimus. Quod novum & insigne commentum à Postumio dictatore primum institutum hic vult Florus. *Salmastius.* Romani signa sacra habuerunt, ut religionem animis gignerent, & signorum non amorem tantum, sed venerationem. Ergo firmius asserabant, forisjussu amissa recuperabant. Quoties legis, integras acies jam fluctuantæ, jam accedentes, restituras & impulsas signis in hostem jactis? Suadebat enim repete-

non

*insigne commentum) uti peteretur cursu. Cossus equitum magister exuere frenos imperavit (& hoc novum) quo acrius incurrerent. Ea denique atrocitas fuit prælii, ut interfuisse spectaculo deos fama tradiderit; duos in candidis equis, Castorem atque Pollucem, nemo dubitavit. Itaque & Imperator veneratus est, pactusque victoriam templa promisit, & reddidit, plane quasi stipendium commilitonibus deis. Ha-*

*Et enus*

non poena tantum, quæ manebat iis amissis, sed etiam pudor & religio, & quasi deos ac sacra sua prodidissent. *Lipsius.* Signa jacere in hostes sæpius tentatum Romanis, prospero eventu, vide Liv. 3. 70. 12. 4. 29. 3. 25. 14. 5. 34. 45. 11. 41. 4. 1. Cæsarem de Bell. Gall. 3. 25. Ammianum 16. 30. Valerium Maximum 3. 2. 20. Frontinum Strateg. 2. 8. *Freinsb.*

*Novum*] Immo à Servio Tullio multis ante annis usurpatum. Frontinus loco modo citato. *Idem.*

*Cursu*] Nescio quid hoc ad rem faciat? non enim cursu repetendum erat signum. (nec enim vacabat currere) sed manu & armis. forte legi posset *versus*, quamvis nec mihi fastidiat. Vel potius ita; *Rursus Cossus &c.* sensu quo sæpius iterum legitur. *Freinsbemiis.*

*Cossus*] *Aviægenia* est in nomine Cossus pro T. Æbutio Elva. Cossus enim Magister equitum fuit Emilio Mamercino Dictatore. anno V. C. 327. *Strad.* *Sigonius* putat inhæsisse memoriae Flori facinus illud Cossi cum hæc scriberet, ideoque huc retulisse. Errasse denique Florum inter omnes convenit, excepto *Francisco Robortello*, qui vocem illam Cossus expungit. *Freinsbemiis.*

*Exuere frenos*] Simile apud Valerium Maxim. 3. 2. 9. Livium 40. 40. ubi dicitur: *id Rom. equites sepe cum magna laude fecisset, memoria præditum est.* *Idem.* *Castorem atque Pollucem*] Hoc inter

miracula, quæ Romanis contingere, refert *Val. Max.* 1. 8. 1. Apparuisse dicuntur ut equites, *Dionysio teste*, statura & forma longe quam nostra natura fert, præstantiores, primæ lanuginis juvenes, hostem hastis ferientes ac fugantes. Hi, finito prælio, Romæ in foro sub vesperam visi cultu militari, processissimi & pulcherrimi pari ætate, vultu adhuc retinente quam in pugna habuerant speciem, & equis sudore madentibus, cumque de equis descendissent, lavissentque fontana, circumstantibus pugnam exposuisse dicuntur & victoriam: digressive è foro nusquam comparuisse; Hi pro Romano imperio diligenter excubuisse putantur: ut in bello Macedonico secundo, bello Tigurino, &c. *Floro teste.* Extant veteres denarii, quales Delphis vidi, in quorum anteriore parte urbis effigies, cum inscriptione ROMÆ, in posteriore autem equi bibentes, & duo juvenes hastati, cum tali inscriptione:

A. ALBINUS SIX. F.

qui huic loco recte convenire videntur. Nam A. Postumio Albino dictatore hæc victoria contigit, Horum Castorum aliquoties meminit Suetonius. *Blanck.*

*Templa*] Ædem Castorum in foro fuisse passim testantur antiqui. Suetonius in Caligula cap. xcii. *Partem palatii ad Forum usque promovit, atque ad Castoris & Pollucis in vestibulum transfignata, &c.* Ait in qua parte fori, du-

bitatur,

tenuis pro libertate: mox de finibus cum eisdem Latinis assidue & sine intermissione pugnatum est. Sora (quis credat?) & Algidum terrori fuerunt, Satricum atque Corniculum provincia. De Verulis & Bovillis pudet, sed triumphavimus. Tibur nunc suburbanum, & æstiva Præneste delicia, nuncupatis in Capitolio  
votis

bitatur. Putare sub Palatio sitam fuisse juxta Jurternæ fontem. Ovidius: *Fratribus illa dies, fratres de gente deorum*

*Juxta Iuturnæ composuere lacus.*

Adfipulatur etiam Dionysius lib. vi. II. qui eo loci templum exstructum putat, ubi visæ erant corum imagines. Atqui locus ille fuit circus Vestæ templum, ubi hic fons profundam faciebat lacunam. *Blanchardus.*

*Sora*] Soram Volsorum oppidum in Campania fuisse invenio, defecisse ad Samnites bello Samnitico interfectis Rom. colonis anno V. c. d. xxxv. I. I. eamque, ob situm expugnatum difficilem, Sorani transfugæ indicio captam: Collocoræ cædis ac deditionis auctores c. xxxv. Romæ virgines cæcos ac securi percussos. *Stadius ex Livio* 9. 23. &c.

*Algidum*] Oppidum est Æquorum, non procul à Tusculo in alto monte situm, est & mons *Algidus*, qui distat ab Urbe C. stadiis, & silva *Algida*, in cuius ingressu est Regillus lacus. Circa hunc locum Gracchus Æquorum dux, L. Minucius Cos. cum exercitu obfederat, quo nuntio cum Romæ trepidationem esset, Dictatorem dici placuit, dictus est ille Quinctius Cincinnatus, cuius historiam mox prosequetur. *Stadius ex Livio* 3. 25.

*Terrori fuerunt*] Quidni fuissent, vicina civitates magnitudine & viribus, nihil tunc inferiores. *Vinetus*. sed Florus hoc dicit, ex præsentis habitu rem æstivantibus, vix credibile fieri, tantam urbem ita debilem olim fuisse, ut

hæc oppida terrori esse potuerint. *Freinshemius.*

*Satricum*] Vrbs Antiatum in Latio, incensa est à Latinis indignitate irritata, quod Antiates urbem agrosque dediderant. anno V. C. ccc. lxxvii. *Stadius ex Livio* 6. 33.

*Corniculum*] Latini nominis oppidum, à Tarquinio Prisco expugnatum direptum & incensum invenio. Latinus, istam cladem agri Rom. populatione ulturos, à Prisco rege coercitos, & excursione in ipsorum agrum æquali clade ultum esse. *Stadius ex Dionysio* 3. 73.

*Verulis*] Oppidum est Hernicorum, in Latio item, haud procul Roma. *Pent. Bovillis*] Bovillæ hodieque notæ. Et extant tenuis istius municipii reliquiæ, circiter medium ab urbe lapidem in via Appia. *Pontanus*. *Vet. Interpres Persii*, ad Satyram 6. ad undecimum lapidem Appiæ viæ collocat, & quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens taurum jam consecratus, ibi comprehensus sit, inde *Bovillas* dictas asserit. Propertius propter vicinitatem *suburbanas* appellat. 4. 1. 3. sicut & Ovid.

*Orta suburbanis quædam fuit Anna Bovillis.* *Freinshemius.*

*Tibur*] Ad vigesimum ab urbe lapidem *Martial.* epigr. 4. 57. vbi divites Rom. prædia habuere, in quibus æstivo præcipue tempore commorabantur, propter æris ibi temperantiam, ut ex eodem epigr. patet, itemque *Seneca de benef.* 4. 12. *Freinsb.*

*Præneste*] Distat ab urbe in orrum stadiis

votis petebantur. Idem tunc *Fæsula*, quod *Carræ nuper.* idem *nemus Aricinum*; quod *Hercynius saltus*: *Fregelle*, quod *Gesoriacum*: *Tiberis*, quod *Euphrates*.

stadiis ducentis, ejus situs à *Strab.* lib. 5. c. cclxxv. ad portam Collinam signa intulerant, cum ingenti urbis, quæ tunc seditione laborabat, trepidatione. Dictator itaque dictus T. Quinctius Cincinnatus, fugat ad Alliam flumen Prænestinos, & Præneste capto triumphavit. Huic vrbi frequenter exitiosa fuisse sua munimenta, idem *Strabo* testatur, propter Romanorum seditiones, ob loci enim firmitudinem eo seditiosi ab urbe pulsî confugere solebant, & munitione urbis sese tueri: quos dum alii repetunt & expugnant, Prænestini nulla sua culpa misere affligebantur. *Stadius.*

*Nuncupatis &c.*] Nota res, unum tamen *Livii* locum adscribere liceat. 41. 10. *quum is* (de *Coss.* loquitur) more majorum secundum vota in Capitolio nuncupata, licetioribus paludatis præfectus ab urbe esset. Cui adde alium apud eundem 42. 41. Idem testatur *Terull. C. Suet. Ner.* 46. *Freinsb.*

*Fæsula*] *Cluverius* Italiae antiquæ lib. 2. pag. 510. ineptiarum arcessit auctorem nostrum, quod commemorationi rerum Latinarum, Fæsulas, Hetruscam urbem, misceat. Sed quod supra. 1. 7. pro defensione nostri atulimus, hunc quoque locum tutum præter, multoque magis, quod hoc ipso cap. *Æquos & Volsos pervicacissimos Latinarum fuisse*, dicat; cum neminem mediocriter in rebus Italicis versatum, medium *Florum*, fallere potuisset *diversas* a veteri Latio gentes esse *Volscos & Æquos*: Latini enim complectitur multa etiam non Latina: nam *Æqui, Volsi, Hernici, & circa ipsam Romam Aborigines, & qui vestigiam habuerunt Ardeam Rutulis, aliæque majores minoresque*

civitates quondam circa Romam habitaverunt, cum ea primum conderetur. *Strabo* lib. 5. *Freinsb.* Fæsula Etruriæ civitas olim potens non procul à Florentia. nunc vicus modicus, distans ab Urbe cccx. stadiis versus occidentem. *Stad.*

*Carra*] Vetus huic loco inoleverat menda, *Caprea*, pro *Carra*, quæ adeo vetusta est, ut non solum uterque *Palatinus*, sed & omnium optimus & antiquissimus *Nazarianus*, bona fide eam agnoscat, recte viderunt eruditè legendum esse *Carra*, Iordanæ *Charra*, cum tamen non Græcis *Χάρρα*, sed *Χάρρα*. Ineptè vero *Iordanes*, qui istidem verbis hæc refert in suis historiarum centonibus; saltem debuisset nuper omittere. Immane quantum intervallum inter Flori tempora & Iordanis; Trajani & Justiniani, at quis legens illa apud Jordanem, quod *Carra nuper*, suspicari possit eum sub Justiniano vixisse? aut si sciat illis temporibus floruisse, non quærat, quid magnum aut memorabile gesserint apud Carras tunc temporis Romani? *Salmastius*. Sunt qui scribant Carras Mesopotamiæ Urbem fuisse, *Craffi* clade nobilitatam. *Stadius.*

*Aricinum*] Aricia urbs fuit Latii, Appia viâ, à Roma c. l. x. distans stadia, auctore *Strabone* lib. 5. quæ sunt viginti miliaria, vix quinque leucæ Aquitanicæ. Plura *Strabo* ibidem de Aricina silva. *Vinetus.*

*Hercynius*] Saltus in Germania celebris est, de qua erudite c. l. *Cluverius* Germ. antiq. 111. 47.

*Fregella*] Oppidum Latinorum non procul à Liri amne, à Samnitibus captum bello Samnitico, & à Rom. receptum anno v. ccc. xlii. *Stadius.*

*Gesoriacum*] Portus Morinorum in Gallia Belgica, quod nunc *Calerum*, ut est



tes. Coriolos quoque, pro pudor! victos, adeo gloria fuisse, ut captum oppidum Caius Marcius Coriolanus, quasi Numantiam aut Africam, nomini induerit. Extant & parva de Antio spolia, qua Mænius in

sugge-

est opinio, dicitur. alii malunt Soicum esse, juxta Audomari fanum. *Stad.*

*Tiberis quod Euphrates*] Cum Florus opponat nemora, vrbes, flumina, inepte scriberetur quod Tigris, quod Euphrates. Freinsh. Tigris & Euphrates nobilissima Orientis flumina, qua Mesopotamiam suis alveis completuntur, olim limites imperii versus ortum dum res Romana floureret. Sed hoc loco aliquot exemplaria ita habent; *Tiberis, quod Euphrates* eo sensu, ut limes nunc Qrientis Euphrates, ita Tiberis olim occidentis. *Stadius.*

*Coriolos quoque, pro pudor! victos*, jalter edī voluit Vinerus, librorum suorum fidem sc. secutus, quibus nimium hac in parte credulus. Vera quippe est verum excudorū lectio: *Coriolos quoque, pro pudor! victos, adeo gloriae fuisse.* Nunquam sane effecerit Vinerus, ut *Coriolis* sit idem quod *Corioliensis* aut *Coriolanus*. *Corioli* nomen oppidi

*καριόλιον*, qua scema aliquot Italix oppida vocata. Sic *Gabii, Carsoli* dicti. Nomen urbis hujus Stephano est *καριόλιον*, non *οι καριόλοι*. Nam Græcis nulla urbium nomina sic terminantur. *Salm.* Corioli Volscorum oppidum à C. Marcio captum, ipsi cognomen Coriolano fecit. Florus vero ex personarum temporis, & locorum comparatione cognomen istud cum Africano & Numantino collatum obscurat. Marcus enim miles tantum, P. Scipio Imperator: ille sub consulis sui Postumii auspiciis, oblata occasione Coriolos oppidulum invasit, & cepit: iste suis auspiciis & populi Romani Imperator, Carthaginem imperii æmulam, Africæ dominam; & Celtiberorum Numantiam

x i v. annis invictam delevit, ab illa & in triumpho Africanus, ab illa Numantinus dictus. Ille ergo scilicet ob unius diei laborem, unius oppiduli & nunc obscuri expugnationem Coriolos? *Stadius.* Coriolani certe gloria magnitudine polteriorum ita obruta est, ut ipsum Livium fugere, aut siquidem succurrat; non dimovere poterit, quin Africanum superiore nomine victa ab se gentis primum esse nobilitatum, scriberet. 30. 45. Plura exempla sunt infr. 2. 8. 2. 15. 3. 6. 3. 8. *Freinsh.*

*Cajus Marcius*] Non *Cajus* sed *Gnaeus* appellatur in vet. libris, & apud Jordanem. Titi etiam Livii Epitome secunda *Cn. Marcium* vocat. Græcis semper *καίος*, *Salmastius.*

*Induerit*] Omnino malim induceret: nomen inducere est, ex oppidulo capto cognomen adsciscere. *Idem.*

*Antio*] Volscorum metropolis erat maritima, quam in suo consulatu C. Mænius expugnavit, & ex navium rostris, unde loco nomen, suggestum antea in foro extractum exornavit: & id templum Rostra deinceps appellatum anno Urbis conditæ c d x v i. ex Rostris ad populorum concio deinceps haberi solebat: stum erat ante Curiam Hostilium in foro. Rostrum erat in protra navis pars prominens & acuminata ex ære vel ferro, ad rostri effigiem aliquæ animalis formata; hinc naves rostris instructæ, rostratæ dicuntur. De Antiatibus Volsceis quærit triumphatum esse observavi, postremum egisse triumphum, quantum in Annalibus extat; C. Mænius anno v. c. d x v i. *Stadius.*

*Mænius*] Ita Cassiodorus: *His* *Costris*

*rostris*

suggestu fori, capta hostium classe, suffixit; si tamen illa classis: nam sex fuere rostratæ. Sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit. Pervicacissimi tamen Latinorum *Æqui* & *Volsci* fuere, & cotidiani, ut ita dixerim, hostes. Sed hos precipue *Lucius Quintus* domuit, ille dictator ab aratro: qui obsessa, ac pene jam capta, *Marci Minucii* consulis castra, egregia virtute servavit. Medium erat forte tempus sementis, quum patricium virum innixum aratro suo, lictor in ipso opere deprehendit. Inde in aciem profectus, ne quid à rustici operis irritatione cessaret. victos more

pecu-

umphant observavi. *Stadius.*  
*Æqui*] Qui rupto fœdere quod prior anno inierant, moverunt Duce *Claudio Graccho*: contra eos militis est *L. Minucius Cos.* qui cum in monte *Algidio* circumsessus esset una cum exercitu, trepida civitas Dictatorem poposcit, dictus est *L. Quintus Cincinnatus*, qui Consulem & legiones obsidione liberavit. *Stadius.*

*Volsci*] Volscorum populus semel à Tarq. Superbo motus, arma ad ducentos annos sumpsit, teste *Livio*, nec quies fuit nisi per intervalla, & infidat: amulationem enim invidiæque in populo, utique adeo flagrabat, quod v i i. *Coss.* i i i. Dictatores, & superbus de ipsis triumphum egerint, duo etiam *Coss.* orationem. *Idem.*

*Quintus*] In omnibus libris legitur: *Titus Quintus*. Error ergo *Florii* ipsius fuerit. Sub idem tempus vivere ex eadem gente, & *Titus Quintus Cincinnatus*. *Salmastius.*  
*Ab aratro*] *Plinius* i 8. 5. *Fortissimi viri* & *militis strenuissimi ex agricolis nascuntur*. *Freinsh.*  
*Marci Minucii*] Auctor. de vir. illust. cap. 17. *Quintum* vocat, reliqui passim *Lucium*. *Idem.*

umphant observavi. *Stadius.*

*Æqui*] Qui rupto fœdere quod prior anno inierant, moverunt Duce *Claudio Graccho*: contra eos militis est *L. Minucius Cos.* qui cum in monte *Algidio* circumsessus esset una cum exercitu, trepida civitas Dictatorem poposcit, dictus est *L. Quintus Cincinnatus*, qui Consulem & legiones obsidione liberavit. *Stadius.*

*Volsci*] Volscorum populus semel à Tarq. Superbo motus, arma ad ducentos annos sumpsit, teste *Livio*, nec quies fuit nisi per intervalla, & infidat: amulationem enim invidiæque in populo, utique adeo flagrabat, quod v i i. *Coss.* i i i. Dictatores, & superbus de ipsis triumphum egerint, duo etiam *Coss.* orationem. *Idem.*

*Quintus*] In omnibus libris legitur: *Titus Quintus*. Error ergo *Florii* ipsius fuerit. Sub idem tempus vivere ex eadem gente, & *Titus Quintus Cincinnatus*. *Salmastius.*

*Ab aratro*] *Plinius* i 8. 5. *Fortissimi viri* & *militis strenuissimi ex agricolis nascuntur*. *Freinsh.*

*Marci Minucii*] Auctor. de vir. illust. cap. 17. *Quintum* vocat, reliqui passim *Lucium*. *Idem.*

pecudum sub jugum misit. Sic expeditione finita, rediit ad boves rursus triumphalis agricola. Fidem numinum! qua velocitate? intra quindecim dies captum, peractumque bellum: prorsus ut festinasse dictator ad relictum opus videretur.

## CAP. XII.

## Bellum cum Etruscis, Faliscis, &amp; Fidenatibus.



*Asidui vero, & anniversarii hostes ab Etruria Veientes; adeo ut extraordinariam manum adversus eos promiserit, privatumque*

*Ingu[m] Tribus hastis jugum fit, humifixis duabus, superque eas transversa una deligata. Livius 3.28. Fit autem jugum*

*cam potissimum ob causam, ut exprimat confessio, subactam domitamque esse gentem.*

**F**idenatibus] Fidenæ Albanorum colonia, Latinorum oppidum distabat ab Urbe septemtrionem eis Tiberim ad quintum lapidem via Flaminia. hujus cives Fidenates injuria Romanos sub Romulo Rege lassisse ex historiis observavimus, quia frumentum quod ex Crullumino agro Tiberi devehebatur ad Urbem fame laborantem diriperant. Movit itaque contra Fidenates Romulus, ipsos profligat, caedit, oppido expugnat dat novos colonos. Sed istorum pax semper insidiarum plenissima fuit. Tullo enim Hostilio rem cum Albanis gerente, cum Veientibus denuo conspirant, nullo tamen successu: urbe enim ipsorum capta in violatores pacis animadvertitur. Marcus iterum rex rebellantes & Fidenates agrum Romanum populates obsidione capit, securi percutit defectionis auctores. Capiuntur etiam ab

Etruscis per proditionem, quia fœdus cum Tarquinio Prisco percusserant. Priscus dum illos aserit, oppidum expugnat, & supplicio proditores plectit, fontes etiam aliquot in exilium extigit, qui auxilio Sex. Tarquinii, post ejectionem Superbum regem, arcem denuo occupant & oppidum, quod Romani Coss. obsidione & fame fractum, & a sociis Latinis desertum, deditio occupant: inde aliquod annorum requies, donec iterum societate Veientium sollicitati, victi sunt à Cos. Sergio, cui Fidenati cognomentum fecerunt anno V. C. cccxv. Sed iterum desiciunt ad Lartem Tolumnium Veientium regem, legatos Romanorum occidunt, ut societatem belli scelere obstringerent. Vincuntur à Dictatore Q. Servilio, & capiuntur, qui in hoc honore ideo Fidenas appellatus est an. V. C. cccxviii. Inde post octennium

tumque gesserit bellum gens una Fabiorum. Satis superque idonea clades. Casti apud Cremeram trecenti, patricius exercitus. & scelerato signata nomine, quæ proficiscentes in prælium porta dimisit. Sed ea clades ingentibus expiata victoriis, postquam per alios atque alios duces robustissima capta sunt oppida,

nium iterum Fidenas novi coloni sunt deducti, quos ipsi Fidenates post biennium jugulant, & quia Veientes ad Fidenas bellum transtulerant dum Mam. Æmilius prælium conferit, Fidenates ex oppido in aciem Romanam cum facibus prorumpunt, sed profligati dum fuga repetunt urbem, Romanos quoque immixtos portis admittunt, urbs capta diripitur, diruitur, cives jam felix juris gentium violatores sub corona venduntur, Anno V. C. cccxxvii. *Stadius.*

*Veientes]* Veji Etruscorum urbs, Athenis non minor, & opulentissima, iuxta viciesimum ab urbe lapidem distabat. Veientes huius cives Fidenatium causa, qui cum Romulo rege bellum sumserant, in Romanos arma moverunt, deinceps septies rebellant. in pace nunquam sidi, agros urbis semper depopulabantur. Fidenates cogebant ad defectionem, ipsi auctores fuerant contra jus gentium opprimendi legatos, persuaserant occidendos esse colonos. Legatos P. R. læserant injuria, Etruriam ad arma contra P. R. non semel sollicitaverant: quare roties læsa tot injuriis Romani populi patientia, decernitur urbem insidam esse expugnandam, eaque decennio pertinaciter obsessa Camillo dictatore, tandem non vi nec operibus, sed cuniculo capitur an. V. C. cccxvi. Dies huius cladis inconstanter admodum apud veteres desinitur. *Stadius.*

*Gens una Fabiorum]* Gens ad nomen referri debet, sicut familia ad cogno-

men, estque nihil aliud quam diversarum familiarum inter sese compositio. Sic Fabii unius gentis esse dicuntur, quia eodem omnes gaudent nomine. Sed quia varia huius gentis partes sunt, quæ cognominum varietate distinguuntur, ideo antiqui familias vocant. Fabia gentis sex stirpes sunt, ut tabula Capitolina ac nummi veteres testantur. Tres frequentes, Ambuli, Maximi, & Vibulani. Minus frequentes, Buteones, Dorfones, Pictores. Aliqui addunt stirpes alias, sed earum pauca tantum in veteribus nummis reperiuntur, Schotto teste. Fabia gens nobilis admodum ac illustris ex re rustica nomen assumpsit, sicut alii veterum haud infimæ fortis. Sicut enim Cicero ac Lentuli ob Ciceros lentæque eximie cultas, generosum familia nomen adinvenerunt, ita Fabii à fabarum satione. *Quicquid* enim ocii à severioribus curis habuerunt veteres, illud omne agriculturæ impenderunt, ut Cicero in Catone majore testatur, licet non desint, qui à foediendo, quod primum per fossas vendandi morem indixerint appellatos arbitrentur. *Blanchardus.*

*Cremeram]* Fluvius est Tusciae haud procul Vejis distans.

*Scelerato signata nomine]* Ea porta antea Carmentalis vocabatur, inter saxum Tarpeium & Tiberim sita, sed nomen mutavit ob emissos Fabios, quasi ipsa in eadem eorum consensisset. *Freinsb.*

vida: vario quidem eventu. Falisci se sponte dederunt. Cremati suo igne Fidenates. Rapti sumditus delictique Vejentis. Falisci quum obsiderentur, mira visa est fides Imperatoris, nec immerito: quod ludimagistrum, urbis proditorem, cum iis quos duxerat pueris, vinctum sibi ultro remisisset. Eam namque vir sanctus, & sapiens, veram sciebat victoriam, que salva fide, & integra dignitate pareretur. Fidena, quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum facibus armata, & discoloribus, serpentum in modum, vittis, furiali more processerant: sed habitus ille feralis, eversiois omen fuit. Vejentium quantares fuerit, indicat decennis obsidio. Tunc primum hiematum sub pellibus: taxata stipendio hiberna: adactus

Falisci] Ita appellati ab Halefo, *Hi autem immutato H. in F. Falisci dicti sunt; Nam posteritas in multis nominibus F. pro H. posuit. Turneb. adv. Cesar. Idem.*

Cum iis quos &c.] Certe pueros illos ex urbe obfessa eduxit magister iste, sed eosdem etiam in castra Romana, ad Imperatorem adduxit, s. ut loquitur Livius, perduxit. Cum eos ad Imperatorem adduxisset, vinctus ultro ad urbem remisit cum pueris quos prodiderat. *Salmasius.*

Vinctum sibi] Id est, Faliscis. *Pontan.*

Ultro remisisset] Sic medicum venale Pyrrhi caput offerentem ad eum remisit Curius. Morus s. 118 quia communis exempli interesse indicabat, ne tale quid admitteteretur. *Zervecotius.*

Fidena] Fidenæ Livio Latinorum f. Albanorum colonia & urbs, sita ad Tiberis & Anienis confluentes. Territorij Romani est in via Flamina. *Pontan.*

Facibus armata, & discoloribus, serpentum in modum, vittis, furiali more processerant] Facium tantum meminit

non etiam serpentum prælatarum Livius lib. iv. At in alio Faliscorum ac Tarquinensium bello quod a Marco Fabio Ambusto iterum consule profligatum est, sacerdotes eorum populorum, facies ardentes argusque præculerunt, & idem memorat Livius lib. viii. Veros anques fuisse innuere videtur Livius. Florus sictos factosque è discoloribus vittis, qui & res diversas ac tempora miscet confunditque toto hoc capite. *Salmasius.*

Eversiois omen] Victi sunt à Dictatore Q. Servilio, captique an. v. c. cccxviii. Et ipse ob hanc victoriam novo agnomine honoratus est. Nam exinde Servilius Fidenes est appellatus. *Pontanus.*

Hiematum sub pellibus] Castra Romanorum vniusmodi, si formam consideres: paulo alia, si apparatum totum & instructum. Nam moneo duplicia Romanis castra fuisse, Æstiva & hiberna. Hiberna sunt, quæ per hiemem & in diuturna mansione militibus recep-

adactus miles sua sponte iurejurando, nisi capta urbe remearet. Spolia de Larte Tolumnio rege ad Feretrium reportata. Denique non scalis, nec irruptione, sed

receptaculum: ab ipso item tempore sic dicta. Istorum origo in Livio, bello vejentis: Id fuit sub annum urbis cccxlviii. Et si Livius & Cesar, Pelles removere & sejungere ab Hibernis videntur. ut ille lib. xxv. i. i. Cesar lib. i. i. i. Lipsius.

Stipendio] Stipendium primum de publico peditibus datum est an. v. c. cccxlviii. cum odio Vejentium in obsidione hibernandum sub pellibus esse decretum erat. Equitibus triennio posterus, an. v. c. ccccl. quando male ad Vejos pugnarum esset. Quantum vero illud apud præficos fuerit, nemo facile putaverit. An Polybius etiam vocabulo δὲ ψώνιον, pro diurno stipendio utatur, an pro parte eiusdem, non satis liquet, dum peditis quæritum diurnum obolos duos, Centurioni duplex, Equiti drachmam procedere ait. Quod Polybius lib. 2. δὲ ψώνιον, hoc Livius lib. 38. (dum de seditione agit, qua in exercitu Scipionis ad Suonem laboratum est) semper stipendium latine vertit, Augusto quidem imperante denos asses (quorum singuli tunc semunciales erant) peditis stipendium diurnum fuisse, ex Percennij seditiosa apud Tacitum lib. 1. concione manifestum est: quod ad nostri pretij & hujus provinciæ numisma collatum duorum sestertiorum esset cum Sembella, hoc est, trium (ut vocant) biancarum. Tempore punici belli denarius x. v. i. assibus permutabatur, teste Plinio, hoc stipendium diurnum fere procederet ad Regalem Hispanicum argenteum. *Stadius.* Non solum hiberna militum stipendium tum taxata, sed æra in stipendium militi Romano constituta, qui antea suo ære

militabat, nec quidquam de publico accipiebat Hiemare certe tum etiam in bello cepit, & tabernacula ad hoc edificata tandem habere, cum initio illius obsidionis sub pellibus hibernassent. *Salmasius.*

Nisi capta urbe remearet] Hoc est, si remearet nisi capta urbe. aut si remearet urbe non capta, omnes illæ execrationes in caput eius verterent. Vide similiter locutum in re non ab simili, Liv. 10. 38. *Erasmus.*

Spolia &c.] Quo in honore opima spolia de Tolumnio Vejentium rege, Cornelius Cossus fixerit, & quo anno ut æque ambiguum Livius 4. 20. in controversiam trahit. Trib. mil. fuisse auctorem suffragiis colligit, sed eam opinionem argumento à legibus sumptoinfirmat, eo quod spolia opima referantur solum illa, quæ dux duci detraxerit; duxque ille sit, cuius auspicio res geritur. Infirmat idem & à titulo, quem ipse spoliis inscriptum Augustus legerit; Cos. Cossium opima spolia retulisse, qui hinc conficit, hoc annos novem serius esse gestum, quam ab aliis prodatur. Livii argumentis auctoritatem Varronis nostri seculi scriptores opponunt, quem opima spolia descripsisse etiam dicunt illa, quæ manipularis miles detraxerit, dummodo hostium duci detraxerat: & tanto probabilius fieri potuisse: quod opima spolia magister equitum Cossus sub dictatore Æmilio reulerit, præsertim quum triumphum egisse legatur. Alii iterum in consulatu opima spolia ipsum fixisse contendunt, sed hoc ideo infirmant, quia nulla sit eiusdem, qui cum imperio fuerit & suis auspiciis rem gesserit, triumphus in tab. Capitol.

*sed cuniculo, & subterraneis dolis per actum urbis ex-  
cidium. Ea denique visa est prædæ magnitudo, cuius  
decimæ Apollini Pythio mitterentur: universusque  
populus Romanus ad direptionem urbis vocaretur.  
Hoc tunc Veientes fuerunt: nunc fuisse quis meminit?  
quæ reliquæ? quodve vestigium? Laborat annalium  
fides, ut Vejos fuisse credamus.*

## CAP. XIII.

## Bellum Gallicum.

**H***ic sive invidia deum, sive fato, rapidissimus  
procurrentis imperii cursus, parumper Gal-  
lorum Senonum incursione supprimitur.  
Quod tempus populo Romano nescio utrum  
clade funestius fuerit, an virtutum experimentis*

mentio: qui honos imperium ge-  
renti debebat. Plutarchum quoque  
*aviso notus* arguunt qui in Romuli  
vita Cossium quadrigis in urbem ve-  
ctum retulerit. Sed non est nostrum  
tantas componere lites. Titulum ta-  
men quem de Cos. Cossio Augustum  
legisse testatur Livius, ceterorum opi-  
nionibus præferendum putarem. Hic

ad Feretrium concise dictum est pro  
ad Feretrium Iovem: Iovi enim Fere-  
trio a Feretro nomen fecerat Romulus.  
*Stadius.*

*Apollini*] Quod nempe eius ope  
consilio vicerunt. ita Carthaginensis  
Herculi Tyrio omnium quæ in pro-  
ventuum rationes cadebant, mittere  
decimas solebant. Diod. 20. 14. *Freinsh.*

**B***ellum Gallicum*] Galli Senones dum  
per injuriam agros producere co-  
nantur, Clusium Etruriae oppidum ob-  
sidebant. Pop. R. pro socia civitate le-  
gatos deprecatum misit, qui contem-  
ptim à Brenno Gallorum rege excepti.  
obfessis erumpendi auctores sunt; ibi  
Fabius legatus à Brenno depreñsus  
contra jus gentium pugnare, bellum  
aliorum in suos convertit. Solvit enim  
rex irriatus obsidionem, Romam con-  
tendit, sibi Fabium dedi postulat, con-

temnit. Romani ab Urbe undecimum  
lapidem progressi ad flumen Aliam Gal-  
lis occurrunt: funduntur, fugantur. ho-  
stes infecuti Urbem invadunt, incen-  
dunt, evertunt. Pars civitatis robu-  
stior Capitolinam arcem occupat, sep-  
tem menses sustinet obsidionem. In-  
terea M. Camillus, qui Ardæ exulaba-  
t, lege Curiata revocatus, absens Di-  
ctator dictus est: is contracto exercitu  
dum Gallis appenditur ex fodere au-  
rum ad redemptionem, ipsos aditus

Roma

*peciosus. Ea certe fuit vis calamitatis, ut in experi-  
mentum illatam putem divinitus, scire volentibus  
immortalibus diis, an Romana virtus imperium or-  
bis mereretur. Galli Senones, gens natura ferox,  
moribus incondita, ad hoc ipsa corporum mole, per-  
inde armis ingentibus, adeo omni genere terribilis  
fuit, ut plane nata ad hominum interitum, urbium  
stragem, videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum  
oris, & cingente omnia Oceano, ingenti agmine pro-  
fecti, quum jam media vastassent, positis inter Al-  
pes & Padum sedibus, ne his quidem contenti, per  
Ita-*

Roma eiecit, & ad octavum lapidem  
via Gabinia assequutos profigat Idibus  
Februarii an. V. C. CCC LXIV. Iterum  
Galli Senones ad pontem Anicenis ca-  
stra metati, tertio ab Urbe lapide via  
Salaria, à Quint. Dictatore victi sunt,  
ac T. Man. a Gallo singulari prælio pro-  
vocatus occidit, & ex torque ipsi de-  
tracto Torquatus dictus est. Galli pro-  
xima nocte in Tiburtinum agrum tran-  
sierunt, societate belli cum Tiburtibus  
facta. Anno iterum Urbis conditæ  
c. D. IV. campos & maritima loca po-  
pularantur, qui à L. Furio Camillo  
Cos. in agro Pontino acie fusi, in A-  
pulum compulsi sunt. M. Valerius Tri-  
bunus militum, ex singulari pugna cum  
Gallo commissa, corvique auxilio victo

gressi profigantur, & maxima pars E-  
truscorum occiditur, teste Polybio  
lib. 2. *Stadius.*

*Galli Senones*] Galliarum Celticæ popu-  
li, inter Sequanam & Ligerim.

*Omni genere terribilis*] De Gallogræ-  
cis Livius 38. 17. *Procera corpora, pro-  
missa & ruita coma, vasta scuta, præ-  
longi gladii: ad hoc cantus ineuntium præ-  
lium, & ululatus, & tripudia, & qua-  
tientium scuta in patrum quendam mo-  
rem horrendus armorum crepitus: omnia  
de industria composita ad terrorem. Simi-  
liter de Vercingetorige noster infra 3.  
10. *Freinsh.**

*Oceano*] Magnum hoc nostrum ma-  
re intellegit, orbique circumfluum.  
*Lipius.*

*Alpes*] A candore nivium nomen  
habent, quia perpetuis fere nivibus al-  
bescunt. Sabini enim Alpum dixere,  
quod posteri Latini album. Sunt au-  
tem montes altissimi, Galliam transal-  
pinam à Cisalpina dividentes: nunc  
vero promotis sinibus termini sunt  
Italiæ & Germaniæ. *Car. Stephanus.*

*Padum*] Padus è gremio Vesuli  
montis celsissimum in cacumen elati  
sinibus Ligurum Vagiennorum. *Vien-*

*Italiam vagabantur. Tum Clusium obsidebant. Pro sociis ac fœderatis Romanus intervenit. Missi ex more legati. Sed quod ius apud barbaros? ferocius agunt, & inde certamen. Conversis igitur à Clusio, Romamque venientibus, ad Alliam flumen cum exercitu Fabius consul occurrit. Non temere fœdior clades. Itaque hunc diem fastis Roma damnavit. Fu-*

so

do fonte profluens, condensque sese cuniculo, & in Forovibiensium agro iterum exoriens, nulli annium claritate inferior, Gracis dictus Eridanus, ac pœna Phætonis illustratus: augetur ad canis ortus liquaricis nivibus, agris quam navigiis torrencior. *Plinius.*

*Clusium*] Tuscia mediterraneum oppidum olim, Livio etiam alibi *Camaro* vocatum. *Poncanus.*

*Legati*] Optime sane cuiusque tandem statui ille consuluit, qui primus mittendorum Legatorum morem introduxit. Sæpe enim multa quæ bello vindicanda esse putantur, horum opera sine sanguine expediuntur. Et ideo jus gentium eos violare prohibet, nisi ante forte id violent ipsi. Quod hic fecere missi a Romanis, *Q.* enim Fabius Ambullus contra istud jus cum legato esset, partes elegisse, contra Gallos pugnans, deprehensus fuit à Brenno. Postulavit igitur, & jure, dedit eum sibi aut puniri. Verum risu excepta à Romanis legatio, Gallos ad justum Romanis bellum inferendum, relicto Clusio, quod obsidebat, permovit. Non est quod jus apud Barbaros non fuisse, arguat Florus; cujus potius violati accusasset Romanos. Hoc certe nomine post liberatam urbem diem Ambullus dixit Trib. plebis, sed tempestitiva mors iudicio & pœnæ reum eripuit. *Zevectius.*

*Quod jus apud Barbaros*] Non ad *Solos Barbaros* hoc pertinet. Audi

ex principe Græcorum urbe principem Lylandrum, qui *Argiris* in controversis de agris adversus Spartanos justiora sibi afferre argumenta dicentibus, gladius stringens: *Qui hunc, inquit, tenet, optime de finibus agrorum disputat.* Plur. in apophth. Laconicis cap. 94. Nec ignotum est illud Romanum. *si res non dabitur, at hic dabit.* *Freinsh.*

*Allia*] Iluvius ex Craustumis montibus ortus, in Tiberim defluit. Distabat ab urbe ad x. stadia, ut Plutarchus supputat, sed Livio ad v. decimum lapidem. Ibi proligatus est Romanorum à Gallis exercitus: quæ de re cum utraque clades ad eundem diem evenisset, relaxus est ille inter nefastos dictusque Alienis & Crementis dies. *Stadius.*

*Consul*] Hoc anno Urbis cccclxxv. Roma non Coss. sed trib. mil. pro Coss. habebat, vide Livium 5. 37. *Finets.*

*Roma damnavit.*] *Cur diebus postidie calendarum, Nonarum atque Iduum exire urbe aut peregrinari non licet? An id sit ea de causa quam plerique putant, & Livius tradit? Postidie idus Quintiles, quas nunc Julias vocant, tribuni militum legiones ad Alliam flumen educentes, à Gallis pugna sunt victi, ubi que amiserunt. Is dies cum nefastus esset iudicatus superstitio (ut solet) tunc amplificavit, eidemque Religioni obnoxios fecit etiam dies postidie Calendarum & Nonarum.* *Plutarchus.*

Erant]

*so exercitu jam mœnibus Urbis appropinquabant. Erant nulla præsidia. Tum igitur, aut nunquam alias apparuit vera illa Romana virtus. Iam primum majores natu, amplissimis usi honoribus, in forum coeunt. ibi devovente pontifice, diis se manibus consecrant: statimque in suas quisque ades regressi, sicut in trabeis erant, & amplissimo cultu, in curulibus sellis sese posuerunt: ut quum venisset hostis, in sua dignitate morerentur. Pontifices, & Flamines, quicquid religiosissimi in templis erat, partim in dolis defossa terræ recondunt, partim imposta*

plan-

*Erant nulla præsidia*] Sive Romani minus Gallorum arma contempserint, secunda, quæ dju faverat, fortuna ebrii; sive fato id cum Floro adscribere libeat; eos multum hic errasse certum. Quid enim insaniam quam nudare, quæ sufficerent, præsidia urbem? iuventutem educere? & patriæ salutem incerto unius prælii eventui committere? Trahendum erat bellum nec statim cum tam ferocibus hostibus tentanda pugna alea. Melius postea Marius militem tenuit in caltris, donec invicta illa rabies & impetus, quem pro virtute barbari haberent, confessecret. Non est quod pugnare festinet, cui clades nocitura plus est quam victoria profutura. *Zevectius.*

*Tum igitur &c.*] Infra 2. 2. *Romane urbis magnitudinem calamitatibus fere approbatur.* Nempè verum est illud Senecæ. de provid. cap. 3. *Magnam exemplum nisi mala fortuna non invenit.* *Freinsh.*

*Amplissimis usi honoribus*] Hoc est qui curules gesserant magistratus. Hi enim honores amplissimi Romæ. Honoris usi simpliciter dicebantur qui magistratum gesserant, quos & *Honoratos*

dixerunt; Inde sæpè apud veteres & in antiquis faxis:

PLEBS ET HONORE USI.  
de utroque ordine reipublicæ. plebejo & qui in magistratu fuerit. *Salmasius.*

*Ibi devovente pontifice*] Pro certo ponit quam fuisse quorundam opinionem perhibet Livius lib. v. *sunt qui M. Fabio, inquit, Pontifice maximo præstante carmen devovisse eos se pro patria, Quiritibusque Romanis tradant.* Idem. *Carmen & ritum devotionis vide apud Liv. VII. 9. VIII. 10. &c. x. 28. Freinsh.*

*In sua dignitate.*] vult dicere, in suæ dignitatis insignibus.

*Flamines à filo nomen habent, quod capita filo cingerentur.* Pileus eorum Flammeum dicitur, qui in conii figuram desinebat. A Numa instituti tres numero, qui postea ad xv. usque crevit. Flaminum singuli cognomina habent ab eo Deo, cui sacra faciunt, *Varro lib. IV.* Erant vel majores vel minores. Creabantur comitiis curiatis, ac ut Vestales ita & Flamines capiebantur, *Agell. 1. 12.* Comperti alicujus delicti Sacerdotio privantur. Eorum uxores Flaminiæ, ministri

D 5 Flamini

*plaustris secum avehunt. Virgines simul ex sacerdotio Vestæ, nudo pede fugientia sacra comitantur. Tamen excepisse fugientes unus è plebe fertur Lucius Albinus. qui depositis uxore & liberis, virgines in plaustrum recepit. adeo tum quoque in ultimis, religio publica privatis affectibus antecellebat. Iurventus vero, quam satis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio, arcem Capitolini montis insedit, obstata ipsum quasi presentem Iovem, ut quemadmodum ipsi ad defendendum templum ejus concurrissent, ita ille virtutem eorum numine suo tueretur. Aderant interim Galli, apertamque Urbem, primo trepidi nequis subesset dolus, mox ubi solitudinem*

Flaminii, ministræ Flaminie vocantur, &c. Flamen dialis inter eos præcipua dignationis erat. Huic caremonia multiplices impostæ, *Agell. x, 15, quæ & ab vxore ejus observantur Biancardus.*

*Avehunt.*] Jordanes: *secum Vejoes auferunt.* Multi certe ex Romanis urbe sua excedentes, Vejoes concessere, sed sacerdotes cum sacris quæ abstulerunt, care perierunt. *Salmastus.*

*Nudo pede*] Reverentia & *Ἐπεισοίων* ergo. *Freinsb.* In plerisque religionis superstitionisve ritibus ob-eundis calceos ponebant. Sic matronæ Vestæ adem nudis pedibus adibant. Sic etiam bello Gallico virgines exacerdotio Vestæ, nudo pede fugientia sacra comitantur, ait Florus. Et cum aquilicia Jovi immolabant, nudipedalia populo denuntiabant. Tertullianus, *Em stupet celum, & aret annus, nudipedalia denunciantur.* Atque hunc ritum didicisse gentiles à Mose scribit Iustinus in Apologia secunda. Quare etiam Christianos veteres in clamanda

li-ania idem aliquando factitasse Ecclesiæ historia testatur. *Casaub.*

*Lucius*] Lucii duplex origo traditur à Valerio. aut enim à Lucumonia Etruscis dictus est: aut is demum ita vocatus, qui lucis initio natus est. *Sizonius.*

*Adeo tum quoque &c.*] Vere igitur Cicero Romanos ceteris gentibus religione multo superiores fuisse perpendit. de natur. Deor. 2, 31 & in orat. de harusp. respon. cap. 9. in fine. *Freinsb.*

*Trepidid]* Nec injuria. Ita apud Livium 44. Cos. Marcus Dium urbem à Maced. relictam ingressus, *vix satis poterat credere in tantis rebus sine causa relictis, non aliquem subesse dolum.* ita apud Tacit. H. 3. 20. Antonius Primus milites suos Cremonam temere oppugnaturus dehortatur: *Neque enim ambigua esse quæ occurrant, noctem, & ignota situm urbis, intus hostes & cuncta insidiis opportuna, non, si pateant portæ, nisi explorato, nisi die intrandum.* Idem,

*nem vident, pari clamore & impetu invadunt: patientes passim domos adeunt: ubi sedentes in curulibus suis prætexitos senes, velut Deos geniosque venerati, mox eosdem, postquam esse homines liquebat, alioqui nihil respondere dignantes, pari vecordia mactant, facesque tectis injiciunt: & totam Urbem igne, ferro, manibus exæquant. Sex mensibus barbari (quis crederet?) circa montem unum pependunt, nec diebus modo, sed noctibus quoque omnia experti: quum tandem Manlius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, à summa rupe dejecit. & ut spem hostibus demeret, quanquam in summa fame, tamen ad speciem fiducie, panes ab arce jaculatus*

*Pari clamore & impetu]* Pari referatur ad præcedens primo, ut paritas illa sit trepidationis cum clamore & impetu, non autem horum inter se, ita seq. *pari vecordia,* scilicet, ut ante veneracionem. Similis locutio in Tacito H. 4. 57. 2. *Sabinus festinatam temere prælium pari formidine deseruit.* Idem. *Mactant.]* Livius irritatos esse ad Senatorum eadem Gallos à Papirio tradit, qui Gallum barbam sibi demulcentem eburneo scipione percusserit.

*Mensibus.]* Septem menses pro sex mensibus ideo scribendum esse judicavi, quia constanter cæteri scriptores ita numerant, & refert Plutarchus circa Quinctiles Idus Senones urbem cepisse: sed à Camillo circa Idus Februarias exinde sequentes ab urbe exactos, quod spacium colligit numerum septem mensium. Eadem Polybius lib. 2. 1. statuit. *Stadius.* Sex tamen etiam habet Varro lib. 2. de vita P. R. ut Galli Roma Capitolii sint potius, neque inde ante sex menses cesserint. *Freinsb.*

*Quis crederet?] Et quare? Mons munitus erat & necessaria non deerant. Hostis nullis majoribus tormentis instructus quid poterat agere? Per abrupta ad superiora eniti, ubi unus par est multis, demencie fuisset. Ab obsessorum igitur fame victoriam sperarunt; verum illos ficta, jacularis ex arce panibus, fiducia, periculo exemit. *Zevcoot.**

*Manlius]* Capitolinus dictus. Prænomen ei Marcus. De hoc eximia passim Historicorum.

*Anseris]* Ideo nutritiendos in turribus anseres præcipit Veget. 4. 26. & Columella lib. 8. cap. 13. Canes enim fefellerant Galli; & eadem de causa supplicia annua canes pendunt inter eadem Iurventus & Summani, vixi in succa sambucea arbore fixi. *Plin. 29. 4. Freinsb.*

*Panes]* Inde Jupiter Pistor. lege Ovid. Fast. 6. Quemadmodum autem efficiatur, ut quæ desunt, abundare videantur, tractat Frontin. toto cap. 15. libri tert. Strategem. cui adde Polizii. lib. 7. de Mygdonio. *Idem.*

tus est. Et stato quodam die per medias hostium custodias, Fabium pontificem ab arce demisit; qui solemne sacrum in Quirinali monte conficeret. Atque ille per media hostium tela incolumis religionis auxilio rediit; propitiosque deos renunciavit. Novissime, quum jam obsidio sua barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum suum venditantes, idque ipsum per insolentiam, quum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, superbe, vae victis increparent, subito aggressus à tergo Camillus adeo cecidit, ut omnia in-

*Fab. Pont. ab ar. dem.*] Quo jure demisit Manlius Fabium Pontificem ab arce? Quia scilicet in arce imperabat. Nempè ut solemne factum in Quirinali monte hic Pont. conficeret. Atqui sciendum est non solemne illud sacrum populi Romani fuisse, sed peculiare genti Fabiæ, Livius, v. 52. Nec Fabius idem ille Pontifex quo devotente diis manibus se tum consecraverunt Romani, cui Marco prænomine fuit teste Livio, sed C. Fabius Dorso hic vocabatur qui hoc sacrificium suæ gentis in colle Quirinali tum suscepit conficiendum. *Salmassius.*

*Incoluntis religionis auxilium*] Ætÿi apud Tacit., Germ. 45. 4. Matrem Deum venerantur, insigne superstitionis formas aptorum gestus, id pro armis omniumque tutela, securum Deæ cultorem etiam inter hostes præstat, sed forte securum magis quam tutum, aliter evenit apud Virg. Æn. 2. 429.

*nec te tua plurima Panten habentem pietas, nec Apollinis insula vexit.* Freinsh.

*Propitiosque &c.*] Sive tales extra revera monstrarent sive propitios esse Fabius sinxerit; hoc saltem egit ut tacti superstitione animi, quia diis fecuræ esse credebant, nec obsidionis

difficultatibus, nec hostium minis frangerentur. *Zeyecotius.*

*Mille pondo*] Plinius 33. 1. Cum à Gallis capta urbe pax emeretur, non plus quam mille pondo effici potuerit. Nec igitur duo millia pondo auri percissi, Pompeij tertio Consulatu, è Capitolio Iovis solio, à Camillo ibi condita, & ideo à plebique existimari, duo millia pondo collata: Sed quod accessit, Gallorum præda fuit, detractamque ab his in parte capta urbis delubris. Sic igitur capiendus etiam Varro citatus à Nonio in voce *Tarquim.* Auri pondo duo millia acceperunt ex adibus sacris & matronarum ornamentis. Freinsh.

*Camillus.*] Inique egit Camillus qui iniquæ pacis legibus sidentes, atque adeo, sua opinione, securos aggressus superavit. Quam bene Seneca de vita beata, cap. xxvi. Nunquam imperator ita paci credit, ut non se præparet bellum: quod etiamsi non geritur, indictum est. Sed quod Florus primam Camillo victoriam adscribat, falsum esse veretur. Strabo lib. v. Gallos à Caritanis primum superatos fuisse tradit, invitisque extortum aurum quod à volentibus Romanis receperant; idemque serio Romanorum ingratitudinem damnat, qui ob insignia merita civitate dona-

rendiorum vestigia, Gallici sanguinis inundatione, deleret. Agere gratias diis immortalibus ipso tantæ cladis nomine libet. Pastorum casas ignis ille, & flamma, paupertatem Romuli, abscondit. Incendium illud quid egit aliud, nisi ut destinata hominum ac deorum domicilio civitas, non deleta, non obruta, sed expiata potius, & lustrata videatur? Igitur post assertam à Manlio, restitutam à Camillo Urbem, acrius etiam vehementiusque in finitimos resurrexit. Ac primum omnium illam ipsam Gallicam gentem non contentus manibus expulisse, quum per Italiam naufragia sua latius traheret, sic persequutus est duce Camillo, ut hodie nulla Senonum vesti-

ros suffragij jure privarunt, unde cæritum tabb. nomen habere ceperunt. Tacet hæc omnia Florus rei passim Romanæ nimis studiosus. Uri & tredecim Romanorum millia à Samnitibus, Brutiis, Lucanis, ac Senonibus deleta fuisse, L. Cæcilio Prætoris & septem Tribunis occisis. Verum non idcirco plane reprehendus est, quia rei publicæ magis quam suæ consuluit *Zeyecot.*

Camillus quia dies ipsi dicta erat ab L. Appuleio Tribuno plebis ad prædam Veientanam inique divisam, Ardeam in exsilium abiit: absens ab ingrativis civibus quindecim millibus gravis aris damnatur. Zonaras 1500. *δεξαχμῆς* interpretatur, hoc est, ut nunc pretium est, centum Regalibus aureis, sed Nemesis (mox capta à Gallis) urbe visa est tantæ ingratitudinis poenas de populo Romano repetere, vel ratam habuisse Camilli abeuntis imprecationem: *εὐχάτο γὰρ τὴν ἀρχι-λεον εὐχὴν ἐπὶ πῶθῃσιν ῥωμαῖς καὶ μῆλον ἐν κρηρῇ ἀπὸ τῆσιν ἢ αὐτῶν*

*πολλὸν ὕσπερον*, teste Suida. Galli vero cum ad Capitolium federent, frumentatum in agros proficiscebantur, casuque Ardeam usque procecti, ubi Camillus exsulabat, Camilli ductu & Ardeatium auxilio cæsi sunt: atque confluebant undique ex agris qui Aliensi fluci superfuant, vel Ardeam, vel Vejos ex quibus exercitum conscripsit Dictator Camillus, patriamque à Gallis liberavit. *Stadius.*

*Casus*] Varro τὸ φῆ μένιν πρὸς Ἀντι-qui nostri in domibus lateritiis paululum modo lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant Freinshemius.

*Incendium &c.*] Cicero in Vert. 4. 31. de incendio capitolii, ut illa flamma divinitus extitisse videatur, non deleret Iovis Opt. Max. templum, sed que præclarior magnificentiusque deposceret. *Ita Timagenes felicitati urbis inimicus, ajebat, Roma sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura, quam arvisset.* Senec. epist. 91. *Idem.* Camillo] Nova Gallici belli fama anno v. c. cccclxxxvi. perpulit civita-

gia super sint. Semel apud Anienem trucidati, quum singulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter spolia detraxit : inde Torquati. Iterum Pomptino agro, quum in simili pugna Lucius Valerius, insidente galea sacra alite adiutus, retulit spolia : & inde Corvini. Tandem post aliquot annos, omnes reliquias eorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella

tem, ut Camillum fere octogenerium diceret quintum Dictatorem ; qui cæfos, castrisque exustos ingenti victoria profugavit : sed de loco prælii diversæ sunt opiniones. *Stadius.*

Ibid. Nulla Senonum vestigia ] Distinguenti igitur hi à Semnonibus, qui, ut Tacitus in Germania sua, cap. 39. ait, *vetustissimos se nobilissimisque Suevorum memorant.* Eorum fines, ut recte notavit Velleius 2. 106. Albis præterfuit, nisi quod perperam pro *Semnonum*, expressum est *Senonum*. Ita enim legend. *A Rbeno usque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermandorumque fines præterfuit.* Pontanus. Ita correxit etiam Aldus, Senonum tamen mentio apud Cæsarem de B. Gal. 2. 2. *Freinsb.*

Sacra alite adiutus. ] Non corvum nominat, sed alitis sacra nomine intelligit. Sacram alitem vocat ob augurium, cujus gratia multum observabatur hæc avis. Præterem appellat Livius in hac Historia ubi hic loqui fuit Valerium in sua præcatione. *Si dives, si diva esset qui sibi præpetem misisset.* Et paulo ante cum in galea ejus confedisset corvus, ut *augurium celo missum lætus accepit tribunos.* Ex avibus auguria facientibus alix officines, quæ ore, alie præpetes quæ penna auspicabantur. Fuere & quæ ad utrumque valerent. Ut corvus quem in hoc Valeriani certaminis miraculo præpetem indigerat Livius quod volatu fecisset augurium, non cantu. Cæterum inter officines e-

tiam celebratus corvus. Aufonio dicitur *Phæbejus ascen. Poëte, sacer ales de Aquila.* Græci accipitrem *is gæna* absolute vocant quasi sacram volucrem. unde quidam volunt nomen *Sacri* ad nos manasse. Sic vulgo nuncupamus alitem de accipitrum genere. Quæ vox plane origine Arabica est. ut & illa qua aliam prædatrix avem sed de generem *Buxam* appellamus. Verum de his alibi. *Salmajus.*

Corvini. ] Pighius Annalium Rom. lib. 4. in Ms. Codice antiquo Flori, quem ex bibliotheca S. Amandi habuerit, ita se testatur reperisse: *Iterum Pontino in agro, cum in simili pugna Valerius insidente galea sacra alite adiutus, retulit spolia: dictusque est ipse Corvus, & inde Corvini.* Certe Valerium hunc in faxis Capitolinis & priscorum monumentis non *Corvinum* sed *Corvum* scribi, *Stadius* notat. Apud Livium etiam 8. 16. *Valerius Corvus* est. *Freinsb.*

Post aliquot annos ] Circiter septuaginta, Anno namque Urbis *C D L X X I.* hæc gessisse P. Cornelius Dolabella putatur, Cos. cum Cn. Domitio, & *Vinetus.*

Omnes reliquias eorum ] Plinius 3. 15. ubi de octava Italiæ regione: *In hoc tractu intererunt Boii, quorum tribus CXII, fuisse auctor est Cato: Item Senones, qui ceperant Romam.* Dissentire tamen videtur Appianus in bellis Annibalibus ubi de Appennio: *A sinistro ad Ionium mare nunc quidem Italia est, (nam & Etruria Italia est) sed tamen partem ejus*

circa

Dolabella delevit : ne quis extaret in ea gente, qui incensam à se Romam urbem gloriaretur.

## C A P. XIV.

## Bellum Latinum.



Onversus à Gallis in Latinos, Manlio Torquato, Decio Mure consulibus semper quidem amulatione imperii infestos, tum vero contemptu Urbis incensa : quum jus civitatis,

circa littus Ionium incolunt Græci, partem Galli, qui quodam Romano bello adorio incederunt. *Freinshemius.*

Vadimonis lacum. ] Vadimonis lacus, in quo insula fluctuant, distat ab Urbe circiter *xvi.* passuum millibus, juxta *Ameriam* Umbriæ civitatem, quæ ab Urbe proficiscentibus via Flamina ad sinistram erat. Cætera de lacu graphice & eleganter Gallo suo Plinius Secundus libr. Epistolæ *viii.* depingit. *Stad.* Apud Livium 9. 29. leges ad eundem lacum à Rom. cæfos fuisse Etruscos ad annum Urbis *C D L V.* Plinius Vadimonis ejusdem meminit 7. 95. & Seneca Natur. Quæst. 3. 25. & Cato in Originibus. *Freinshemius.*

Dolabella delevit. ] Conspirarant u-

no tempore Samnites, Brutii, Lucani, Senones Galli, cum iis ad Arretium Etruriæ urbem congressi Romani superantur, L. Cæcilio prætoris occiso, & cum ipso in eo prælio *xiii.* mil. militum, & *vii.* Tribunus M. Curius in Cæcili locum sufficitur, qui legatos in Galliam misit pro redimendis captivis, quos illi violato jure gentium interemerunt. Itaque novo delectu habitio Romani in Galliam penetrant, tandemque Senones & Senonum socii ad lacum Vadimonis in Cornelio Dolabella Coss. ingenti prælio concissi sunt. Atque de tanta victoria Dolabella, etiam nullus exister triumphus, triumphasse tamen verisimile est. *Stadius.*

Latinos Latini post pugnam ad Regillum lacum in fœdere non satis fido, tamen cum populo Romano annis centum quinquaginta & sex manserant. Sed dum ipsi Samnites Romanorum socios bello læcessunt, arma pone jubentur : qui responso etiam ferociore Consullem alterum ex Latinis creari postulant, & civitatem : qua indignitate commoti Romani, arma movent contra Latinos. Torquatus & Decius consules dum castra ad Capuam habent, incertam vocem nocte accipiunt: ex altera acie Imperatorem,

ex altera exercitum Diis manibus Teræque matri deberi : addici autem victoriam illi parti populoque, cujus exercitus Imperator legiones hostium, superque eas se quoque devovisset. Convenit itaque inter Consules, ut utrius cornu in acie primum laboraret, is sese Diis manibus devoveret. Prælio commissio Decii cornu fluctuabat, qui sese hostesque Latinos devovit, M. Valerio Pontificis verba solennia præeunte. Hinc Decius cum impetu in hostes irrupens, morte sua suis victoriam vindicavit. *Stadius.*



vitatis, partem imperii ac magistratum, poscerent, atque jam amplius quam congregari auderent: quo

Quum jus civitatis, partem imperii] jus civitatis, hoc est, libertatem civis Romani petebant, qua Tribum cum honorum petitione consequerentur. *Stadius.* Hoc pertinaciter locis negarunt Rom. donec post crudelissima bella victu afflictisque, ipsi exarant, quum integri universis civitatem dare maluerunt, ut Vellejus 2. 17. loquitur. *Freinsb.* De jure civitatis postulando nullum verbum legati Latinorum in senatu tum cum de participando imperio egerunt. Duas res tantum petebant, ut alter consul ex Latio crearetur, & senatus pars aequa ex utraque gente esset. Hoc est quod heic ait Florus, cum partem imperii ac magistratum poscerent. Certe jus civitatis non pro magno petissent, quod etiam subactis a se populis in Italia passim dederunt Romani interim cum suffragi latine, interim sine hoc jure. Ut ecce Herculius a consule Marcio paulo post triumphatis leges suas redditas tradit Livius lib. 19. quia hoc maluerunt quam jus civitatis. Adde quod Latini qui hæc poscebant ex coloniis Romanis plerique erant. Quin ille ipse Annius prætor Latinorum qui pro omnibus verba fecit in his postulatis exequendis ex colonia fuit Romana. Atqui certum est colonias Romanas jus civitatis habuisse. Legebam igitur aliquando: cum in jus civitatis partem imperii ac magistratum poscerent. id est ad jus civitatis vel præter jus civitatis. Præter colonias Romanas nonnulli etiam ex populis Latinorum civitatem jam habebant, ut Tusculani. Veliteoniam cives erant veteres Romani. Non tamen omnes eo jure gaudebant. Id ex eo liquet quod post varia prælia Romanorum cum Latinis sæpius rebellantibus, urpote qui neque bellum neque pacem pari possent, Romanis tandem pla-

cuit quo Latinos sibi populos conferret ne ad extremum delendi essent in civitatem eos accipere, alios alio jure prout meriti essent singuli. Hoc narrat Livius lib. vi 11. Quo respexit Florus hoc loco dubium non est cum dicit Latinos jus civitatis petisse. Quod tamen nec eo tempore nec unquam ab illis factum. Ex æquo se cum Romanis gerebant tunc temporis, nec plures faciebant Romanam civitatem quam suam quisque. Participare tantum imperia & magistratus volebant, & unam ex utraque rem publicam fieri ex nomine Latino ac Romano. Hoc tamen Romæ ut parti potiori concedentes ut Romani omnes ab ea vocarentur. Nihil igitur hoc loco mutandum censemus. Sed Florus error quales alios multos hoc toto opere notavi. *Salmastius.*

Atque jam amplius] Hæc omnem audaciam videtur excedere Florus, non ex Rom. animis æstimanti. Et recipi amplius hoc est, quam congregari. Nam hoc etiam infirmiores sapius audent. *Quin enim sit resistendum impugnantibus, nec eos quidem dubitare, qui spei Flori caveant, ait Mithridates apud Justin. 38. 4. illud, imperare nimirum ut in consortium imperii recipiatur, non est nisi ejus qui se pro pari vel superiore gerit. Freinsb.* Si quid verumens augurari totus hic locus ex vestigiis Nazariani sic concipiendus fuerit: Cum jus civitatis, partem imperii ac magistratum poscere. at id quam amplius quam congregari auderent. Plenus o iter hujusmodi interjectionum admirantium vel interrogantium, cum inquit auderent poscere partem imperii magistratumque cum jure civitatis. At id quam amplius quam congregari? Nimirum longe majus fuisse significat, quod ausi sunt postulare partem imperii

tempore quis celsisse hostem mirabitur? quum alter consulum filium suum, quia contra imperium pugnaverat, quamvis victorem occiderit, quasi plus in imperio esset, quam in victoria: alter quasi monitu deorum, capite velato primam ante aciem diis manibus se devoverit: ut in confertissima se hostium tela jaculatus, novum ad victoriam iter, sanguinis sui semita, aperiret.

## CAP.

rii & magistratum quam si Marte tantum congressi essent. Multi quippe populi ex reliqua Italia bello cum populo Romano contenderunt, ac nullus ausus fuerat hæctenus petere quod Latini tum poposcerunt. *Salmastius.*

Alter Conf.] Manlius intelligit. Nam aliorum de Posthumio opinionem, refellit Livius 4. 29. *Freinsb.* Edixerant Cons. ne quis extra ordinem in hostem pugnaret. T. Manlius consulis filius dum à Geminio hostium duce, cum verborum etiam ferocia insultante provocatur, præ iracundia aut dolore consularis edicti oblitus, hostem aggressus, singulari certamine occidit. Pater, quia contra edictum pugnaverat, jubet filium securi percui, atque hinc Imperiosi cognomen Manlio datum (quod *ἑμπαύτως* Plutarchus interpretatur) multi contendunt, cum tamen Imperiosi cognomen hujus consulis pater ex acerbo & imperioso ductu, filiique relegatione invenit, quod deinde in filium jure hæreditario transtulit: potius namque à severa in filium animadversione Trucis & Asperi cognomen ipsi, quam Imperiosi tribuendum erat. *Stadius.*

Quasi plus in imperio. &.] Hoc est quasi aliquid præter victoriam ex im-

perio & disciplina expectandum sit. sed amplius esse in eo docet iste Manlius apud Liv. 8. 7. & apud eundem 8. 34. L. Papirius. Etiam Alex. Imp. apud Lamprid. cap. 53. *Disciplina major imperium tenet, quæ si dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittentur.* *Freinshemius.*

Alter quasi monitu deorum.] Immo deorum monitu id factum Livius testatur, cum utrique consuli visa species viri supra humanum habitum denunciantis ex una acie exercitum, ex altera imperatorem diis manibus terraque matri debent. Notabis in sequentibus cacozeliam & poetiam licentiam sive lasciviam ut novum ad victoriam iter sanguinis sui semita aperiret. Satis erat discessit iter ad victoriam sanguine suo aperiret. Quid enim est sanguinis sui semita? Nec melius aut sanius quod in eadem habetur periodo: in confertissima se hostium tela jaculatus. Quod idem est ac si Græcus diceret *εὐθύθρον ἠκούσιστον εἰς τὸ μέσον*. Manlius de Petauristis & Parabolanis salutaribus dixit: sese jaculatur in auras. Quod in poetâ & de illo hominum genere tolerabile. At insanum ac nimis *καυχήθων* de imperatore qui in confertissimos hostes se immittit. *Salm-*

## C A P. XV.

## Bellum Sabinum.



**A** Latinis aggressus est gentem Sabinorum, qui immemores factæ sub Tito Tatius afinitatis, quodam contagio belli se Latinis adjunxerant. Sed Curio Dentato consule, omnem eum tractum, qua Nar amnis, fonteque Velini, Hadriatico tenus mari, igne ferroque vastavit.

Qua

**B**ellum Sabinum. Hoc bellum cæteri scriptores fere cum Samnitico & Lucanico confundunt. Sabini quia rebellaverant, à Curio devicti sunt, atque ipsum Curium, quod Florus de Sabinæ victoriæ relatione scribit, alii de Samnitico victoria ad Senatum retulisse recentent: tantum agri ipsum cepisse, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepisset: tantum porro hominum cepisse, ut fame perituri fuerint, nisi tantum agri cepissent. Triumphasse de Sabinis Curium anno urbis conditæ CDLXIII. ex Capitolinis constat. *Stadius.*

*A Lat. ag. est g. Sab.* Nusquam legi Sabinos in hoc bello se Latinis adiunxisse aut statim post Latinos gentem eorum à Romanis arreptam ac debellatam. Nusquam hoc factum. Multo etiam magis à specie veri abhorret quod addit à Curio Dentato consule subactos & omnem eorum agrum igne ferroque vastatum. Verum quidem est Curium Dentatum de Sabinis triumphasse, sed nec illi Sabini se Latinis istis adiunxerant, & bellum Latinorum de quo hic loquitur, à bello isto Sabinorum quo devicti sunt à Curio Dentato, magno intervallo temporum distidet. Latinis debellatis & victos se fatentibus cum servari eos placuisset & bene-

ficio ne amplius rebellarent demereri, civitas data est ex sententia Furii Camilli. At Sabinorum bellum profugatum est per Curium Dentatum. Inter illud spatiū multa alia bella gessit Pop. R. Bellum Aufonum, bellum Privernum, Neapolitanum, Samniticum, Etruscum & alia de quibus nullam hic mentionem habet Florus. Qui duo tempore & causa disjunctissima bella simul conjungit. *Salmasius.* Dentatus cognomen invenit Curius, vel quia cum dentibus natus erat, vel quia solidum unum os pro dentibus habuerit. *Stadius.* vide Plutarch. Coriolan. 14. & 15.

*Nar amnis.* Sabini quasi Sevini dicti sunt à religione & deorum cultu, augustum incolebant agrum, teste Strabone à Nomento usque ad Tiberim, secundum longitudinem usque ad Velinos 1000. stadiis Velinos accollunt lacus, roscedis collibus. Nar amnis exhaurit illos sulphureis aquis Tiberimque; ex his petens replet; qui è monte Fiscello labens, juxta Vacunæ nemora & Rheate in eisdem conditur. ita fere Plinius lib. 3. cap. XII. videtur que hoc Flori desumptum ex primo Æneid.

*Sulphurea Nar albus aqua fontesque Velini. Stadius.*

Net

*Qua victoria, tantum hominum, tantum agrorum redactum in potestatem, ut in utro plus esset, nec ipse posset aestimare qui vicerat.*

## C A P. XVI.

## Bellum Samniticum.



**P**recibus deinde Campaniæ motus, non pro te, sed, quod est speciosius, pro sociis, Samnites invadit. Erat fœdus cum utrisque percussum: sed hoc Campani sanctius, &

prius,

*Nec ipse posset aestimare etc.* Vide Orat. 3. 22. refert Auctor de vir. illustr. cap. 33. Curium hunc de Samnitica victoria ita ad Senatum retulisse: *Tantum*

*agri se cepisse, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepisset: tantum porro hominum cepisse, ut fame perituri fuerint nisi tantum agri cepisset.* Freinsh.

**B**ellum Samniticum. Anno Urbis conditæ ccccx.; Capuani Samnitium armis oppressi, ut populo Romano defendendi Capuanos necessitatem experimerent, sese suaque populo Romano per legatos dedunt. Movent itaque ad dediticiorum propugnationem consules contra Samnites; Corvus in Campaniam, Cossus in Samnium, atque victor uterque triumphavit: hinc pacem Samnites à Senatu impetrant, à qua, ipsi frequenter interea insidi, aperte desiciunt anno post datam pacem vicessimo secundo, victique à Papirio Dictatore, anni unius inducias petunt & impetrant, sed eas Brutulus Papius ipsorum dux abruptit, Samnitesque à Dictatore Cossio fusi fugatique sunt, & ita fracti ut ultro fœderis ruptorem Brutulum dederent, resque ablatas restituerent: est pacem à Senatu non impetraverint. Quare anno Urbis conditæ cpxxxii. C. Pontio duce, T. Venturium & Posthumum consules & insi-

dias cum exercitu ad caudinas furcas pertractos & inclusos subjugum mittunt, eosque turpi sponcione obstringunt. Consules à populo Romano Samnitibus deduntur, nec ab ipsis recipiuntur, ita solutis religione animis, bellum rursus Samnitibus indicitur, fusi victique Samnites à L. Papirio tertium consule, qui ignominiam autem recepitam, ipsorum ignominia acerrime ultimus est anno V. C. cpxxxxiv. Decembris proximo anno induciæ sunt petentibus datæ, & rebellant tertio anno ob Saticulam ab Æmilio Dictatore circumfessam, sed ipsi fugati Plistiam socios populi Romani circumfident Romani Saticula, Samnites Plistiam potiuntur, atque ab hinc quatuordecim annis cum Samnitibus continuo bellatum est: scedus namque ipsis redditum est anno Urbis conditæ cpxlix. idque quia Romanum exercitum per ipsorum agros profectum comœtu ad, uvarant. Atque deinde sexennio quieverunt, quous-

E 2

*prius, omnium suarum deditioe fecerant. Sic ergo*

*Roma.*

quousque Lucanes populi Romani socios armis invaderent, & bellum decennale moverent: sed a Curio Dentato ita fracti sunt, ut octennio sese non moverint, nec prius quam sociorum periculo territi, dum Tarentinis a populo Romano bellum indictum erat, ipsi quoque arma resumerint: sed post septennium ita a L. Papirio consule debellati sunt, ut nunquam deinceps potestatem Romanam præterquam bello Sociali excusserint, idque factum anno ab v.c. CDLXXI. *Stadins.*

*Campanie &c.*] Campani opem tulerant vicinis a Septemtrione Sidicinibus per injuriam a Samnitibus ut potioribus oppressis, sed prælio victi Sidicinorum bellum in se converterunt. Samnites namque Campanam gentem luxu & mollitia fluentem adorti pugna ad Capuam fractos, in urbem compellunt. Campani, magna clade debellati, Romam legatos auxilii petendi causa mittunt, atque ipsis ob societatem, quam populus Romanus cum Samnitibus habebat, auxilium non est decretum, quare legatus ut populum Romanum ad sua, non aliena defendenda impelleret, dedit omnia Campanorum in Reipublicæ Romanæ potestatem. *Idem.* Et hic *ὄρε γῆς ἕργων* ingens à Floro commissum, dum Samniticum bellum quod precibus Campanorum motus cepit Populus Rom. tempore posterius facit Latino & Sabino bello, de quibus præcap. Ac de Sabino quidem nullum est dubium cum tor annorum interludio præcedatur ab isto Samnitico quod susceptum est in gratiam Campanorum. Profecto ne Latinum quidem est tanto antiquius Sabino temporis primas ferre debeat contra Samniticum quod prius est. Ecce enim Campani auxilium adversus Samnitem petere Coll. M. Val. Corvino tertium, & Aulo

Cornelio Cosso quibus cura hujus belli demandata, qui & ambo de Samnitibus triumpharunt. Hoc initium belli Samnitici, & primus de hoc Romano- rum triumphus. At Latini cum Campanis defecerunt tribus ferme annis post consulatum M. Valerii & initium belli Samnitici, in consulatu Manlii Torquati & Decii Muris. Prius certe finem accepit bellum Latinorum quam Samniticum quod quinquaginta ferme per annos duravit, cum vix debellati Itatim rebellarent, utpote de quibus quater & vigesies triumphatum sit. *Salmasius.*

*Samnites*] Vetus, *Samnites*, sic quoque Jordanci, *Σαμνίτες*, sic *Acarnanias*, *Pæcans*, apud veteres, pro *Acarnanis*. *Pæcans*, vide Charif. lib. 1. *Inst. Idem.*

*Cum utrisque &c.*] Immo cum solis Samnitibus. Ea causa repulsi primo Campani auxilium contra Samnitum implorantes, quod negaret Senatus opem dare se posse fide fœderis illæsa externis adversus socios atque amicos. Ita enim his respondit consul apud Livium ex autoritate senatus: *Auxilio vos Campani dignos censet senatus, sed ita vobiscum amicitiam inlitiis par est ne qua venustior amicitia ac societas violetur. Samnites nobiscum federe juncti sunt, &c.* Coacti itaque Campani se & sua Romanis dederunt, ut sic illis liberet dediticios suos tueri. Falsū igitur quod statim subjicit Florus: *Sed hoc Campani sanctius, &c.* Dicit fœdus Romano percussum cum utrisque populis, Samnitibus & Campanis. Sed Campanorum fœdus prius ac sanctius fuisse quod omnium suorum deditioe factum sit. Hæc inter se plane pugnant, fœdus cum aliquo facere ac deditioem. Si deditioem fecere Campani, fœdus illud non fuisse constat. Nam per fœdus æquatō juris fit inter fœderatos. Per deditioem omnia unius gradum-

*Romanus bellum Samniticum tanquam sibi gessit. Omnium non modo Italia, sed toto orbe terrarum, pulcherrima Campania plaga est. Nihil mollius cælo.*

*Deni-*

tradunt in potestatem alterius. Ne ipsi quidem dediticii suæ sunt potestatis & arbitrii, sed illius esse censentur cui se dediderunt. Demus fuisse fœdus quod fecerunt Campani dedentes se Romanis, non tamen prius fuerit quam Samnitium. Fœderati quippe jam tum Samnites erant Romanorum cum ab his petium auxilium veneret Campani. Nec enim ante id tempus fœdere illo aut societate juncti cum Romanis memorantur. Immo si fœdus illud fuit, tunc ideo factum est, ut defensores haberent Romanos adversus Samnites, antiquos amicos & socios Pop. R. Sed deditioem sui & omnium suorum facere adacti sunt, nec aliter auxilium obtinuerunt. Tunc igitur opem illis pollicitus est senatus, quia jam inde pro suis rebus & hominibus illud auxilium dabatur. Nam dediticii in potestate sunt ac dominio eorum quibus dediti sunt. Et recte mox Florus: *Sic ergo Romanis bellum Samniticum tanquam sibi gessit.* Hinc illa in oratione Campanorum ad Senatam ad auxilium impetrandum: *Quandoquidem nostra tueri adversus vim atque injuriam justa vi non vultis, vestra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agrum, delubra deum, divina humanaque omnia in vestram P.C. populique Rom. ditioem dedimus.* Hæcæcine verba sunt & formula æqui fœderis & sancti? Immo deditioem qua aliterus potestatis sunt quæ olim sua erant. Sed ipse sibi contradicit Florus. Nam qui mox dixerat bellum illud sibi gessisse Romanos, quia pro suis nimirum dediticiis. idem initio capituli scribit populum Rom. *precibus Campanie motum non pro se sed quod est &c.* Hæc non possunt inter se conciliari, ut

focii simul ac dediticii fuerint Campani Romanorum. Utque Romani bellum illud pro sociis pariter ac tanquam sibi, rem suam scilicet gesturi, susceperint. Variæ quidem fœdera alia aquis, alia iniquis legibus. Sed deditio nunquam fuit fœdus. *Salmasius.*

*Campanie, &c.*] Campania Liri flumine & Latio novo ab occasu terminatur, ab ortu Sarnum habet litem. Samnites Septemtrioni præterduntur; clauditur Trusico sive Inero mari à meridie. Celebratur Campaniæ tractus ob situs amœnitatem, & agrorum montiumque fertilitatem. Dicta Liberi Cererisque certamen, illud ob vini generosissimi copiam, istud ob frugum optimarum fecunditatem. Miror equidem Plinium, ex quo Florus noster sua descripsit, non adjecisse & Palladis cum Libero & Cerere certamen, cum nihil Venafrano oleo celebrius sit & melius. Vide Plin. lib. 3. cap. 5. *Stadins.* Ut cæli molliem ac temperiem probet, bis flores ibi dicit emicare. Ut soli uberetatem ac fertilitatem ostendat, Liberum Cereremque, de eo certasse proditum ait; ut maris denique hospitalitatem testetur, portus aliquot nobiles in eus ora recenseret. Frequentior porro hujus vocis usus est in rebus narrandis, aut causis assignandis ubi plures eduntur, ut ultimo loco ponatur ad orationis clausulam. Ut cum præponitur *primo*, deinde subjungitur *præterea*, & postremo additur ad rem finiendam, *Denique*. Sæpe tamen ubi res una memoratur aut causa una allegatur, statim per se solet inferri ut hæc: *Nihil mollius cælo. Denique bis floribus vernat.* Quasi diceret, adeo verum est nihil esse cælo mollius, ut bis ver in anno habeat. *Salmasius.*

*Denique bis floribus vernat. Nihil uberius solo. Ideo Liberi Cererisque certamen dicitur. Nihil hospita-  
lis mari. Hic illi nobiles portus, Cajeta Misenus &  
tepen-*

*Mollis*] Temperatus, clementius.  
Sic infra. lib. 1. 11. 3.

*Denique bis floribus vernat.*] Rara il-  
latio vocis *denique*, cum nihil præcesse-  
rit, cui serviat. Jctis tamen aliisque  
etiam scriptoribus, non semel usitata;  
Justin. 9. 4. 1. 13. 2. 10. 23. 1. 15. &  
Papinian. 1. 1. 13. de adopt. *Freinsb.*  
ut *hibernum* pro hieme ita & *vernum*  
pro vere absolute dum intelligitur  
tempus. Sed ut *hibernare* & *hiemare*  
annus dicitur latine cum hiems est an-  
ni, ita & *vernare* cum est ver. At cœ-  
lum bis vernat, cum bis ver facit. Pos-  
sumus tamen hec intelligere Campaniam  
bis vernare, bis ver habere. Alia  
est significatio verbi *vernare* de avibus  
cantillantibus apud Pœtas. Ovidius:

— *Docili gutture vernat avis.*

*εὐσημῆς*. Quia vere magis gerriunt aves.  
An à vernis pueris quorum garrulitas  
placuit veteribus. Unde & vernalis ur-  
banitas vernaculorum dicta, *Salmasius*.

*Nihil uberius solo*] Varro ubi Italiam  
extollit, præcipue Campaniam laudat.  
lib. 1. de re. Rult. cap. 2. *Quod sar-  
conferam Campano? quod vinum Falerno?*  
*quod oleum Venafro?* nam & ista sunt  
Campana. Iterum 11. Rerum Humana-  
rum: *Ad victum optima fert, æger  
Campanus frumentum, Falernus vinum.*  
Livius 7. 38. *agrum Italia uberrimum,  
dignam agro urbem.* *Freinshemius*.

*Hospitalis*] Ob frequentiam com-  
modorum portuum. Non enim homines  
tantum hospitales sed etiam loca.  
Unde *inhospita tesqua* deserta & cultu  
vacua ac proinde accipiendis homini-  
bus parū idonea. ita & *inhospita maria*  
dici queunt, quorum litus importuo-  
sum & accessu difficile. Sic etiam *εἰς ἑ-  
πέντη* qui olim *ἄζεν*, inho-

spitalis. Sed propter incolarum barbari-  
cum non ob portuum penuriam ita  
appellatum voluit. Eo tamen reflexisse  
puto hunc Florum cum nihil hospita-  
lis mari quod Campaniam alluit esse  
dixit. *Οὐδὲν εὐζενότερον*. Quasi mel-  
lius id nominis mereretur quam cui  
Græci hoc insigne dederunt cognom-  
en. Hospitium pro diversorio etiam  
media latinitas dixit. Et Firmico *hospi-  
tes* vocantur qui tabernorum inlito-  
res & caupenes. Portus hospitia  
quodammodo maris sunt. Sic & hospi-  
tale mare cui frequentia talia hospita.  
Virgilius *hospitium arenæ* appellat  
plagas vel stiones in litore vel etiam  
portus quibus naves excipiuntur. *Sal-  
masius*.

*Cajeta*] Cajetam Latio novo, quia  
circa Lirim sita est, multo adscribunt,  
urbs est & portus in ora Formiansi-  
num occidentali, nomen habet à Cajeta  
Ænæa nutrice, sive à littoris curvitate,  
teste Strabone, & hodie nomen retin-  
et, distatque ab Urbe in ortum aflu-  
um ad sexagesimum lapidem ab A-  
quilone. Formias habet aduersas, ad  
quintum lapidem, Formiano sinu in-  
termedio. *Stadius*. Vide Servium ad  
Æn. 7. 1.

*Misenus*] Portus & promontorium  
est, olim urbs quoque satis celebris,  
quæ nunc diruta est. Ultra Cajetam in  
ortum vergit ad quadragesimum fere  
lapidem, dictus à Miseno Ænæa tubi-  
cine, teste Virgil. 6. 234. Cum æ eodem  
tractu sitæ erant, sed in occasum æli-  
um xvi. stadiis. *Stadius*.

*Ænæa*] Promontorium & urbs, & por-  
tus ob tepentes aquas saluberrima: ab  
Urbe ad centesimum lapidem in or-  
tum brumalem distabat, cingebatur à  
Septen-

*tepentes fontibus Baja: Lucrinus & Avernus, qua-  
dam maris otia. Hic amici vitibus montes, Gaurus,  
Falernus, Massicus, & pulcherrimus omnium Vesu-  
vius,*

Septentrione Averno, à meridie Au-  
gusti portu, ab occasu Lucrinum la-  
cum habebat, ab ortu Puteolanum si-  
num. ita ut nihil eo situ amœnius ne-  
que salubrius esse posset. quare à Ro-  
manis frequentissime otii causa & deli-  
ciarum habitabatur: nunc fere suis ru-  
deribus obruta jacet, etiamsi ob fon-  
tium & aquarum salubritatem etiam  
hodie commendatur. *Stadius*. Lege  
etiã Sidonii Apollinaris carmen xvii.

*Lucrinus & Avernus*] Reuera lacus  
sunt ex eo genere quas Græci *λίμνο-  
θάλαττας* appellant, lacus nempe qui-  
bus mare affunditur, æstuarium quæ &  
*σφοδρίμεναι* dictæ quod ostia ad mare  
habeant quibus aquam ex mari reci-  
piunt. *Salmasius*.

*Otia*] Eleganter *quædam maris otia*  
dicit hæc æstuarium quibus insufum  
mare veluti quiescit & otiaur. Non  
mouetur quippe mare nec procellis  
obnoxium quod intra illos recessus  
conceptum tenetur. De bonis etiam  
portibus hoc possis dicere quædam vi-  
deri maris otia. Quales sunt in quibus  
naves haberi possunt ab omni vento-  
rum statu rectæ ac tutæ, sic ut vinculis  
alligari aut anchora fundari ibi opus  
non habeant. Tale describit Ithacæ  
portum Homerus *odysse. xx 11*. Silent  
igitur & quiescunt in ejusmodi portu-  
bus maria, ac proinde otia quædam  
maris dici possunt, *Quin* ostia sint ne-  
mo ambigit. Verius tamen est ut de  
Lucrino & Averno tantum intellexit  
Florus non etiam ad præcedentia  
retulerit. Nam in ejusmodi stagnis  
æstu marino irriguis mare restagnans  
plane quietum manet & quasi otiaur.  
*Idem*.

*Gaurus, &c.*] *Gaurus* mons initium

habet à ripa Liris orientali, atque ostio  
ejusdem fluminis, quod à Gauri vicini-  
tate Gaurianus, unde vulgo Gargi-  
liano dicitur. Hujus montis pars occi-  
dentalis Gaurus, orientalis & juga ejus-  
dem *Massicus*, septentrionalis *Falernus*  
dicebatur. Falernus ager ejus montis  
ad septentrionem declivitate porrige-  
batur. Vinum quod summis collibus  
nascēbatur, Gauranum, quod mediis,  
Fautianum, quod imis, Falernum vo-  
cari solitum est, teste Plinio. *Stadius*.

*Vesuvius*] Vesuvius mons, nunc Su-  
manus dictus, distat à Neapoli in or-  
tum ad quartum fere lapidem, claudit-  
que ripam Sarni fluminis: ipse nobi-  
lis generosissimo vino, quod nunc Græ-  
cum vocant, & frequenti etiam incen-  
dio celebris est: eructat enim subinde  
flammas, & cinere quoque lato pin-  
guique vicina perpergit, verticem vero  
habet totis & auditis faxis sterilem.  
Flagrasse sub Tito, maximo incendio  
Xiphilinus testatur & Zonaras, eisdem  
Suetonius: antea etiam flagrasse ex  
Strabone constat & Vitruvius. Plinium  
Natural. historiz scriptorem, dum il-  
lud sub Tito incendium Vesuvii, ejus-  
que causas propriis investigare con-  
tendit, crassa æris caligine suffocatum  
interiisse, ad Tacitum Plinius ejus ne-  
pos lib. 6. Epistolarum scribit. *Ætna*  
Siciliz mons perpetuo incendio in  
vertice lucet, ejusque causam Justin.  
lib. 4. reddidit. *Idem*. Incendii sub  
Tito, meminit etiam Martialis 4. 44.  
eoque Cæsum Bassium Pœtam Lyri-  
cum cum villa sua conflagrasse scribit  
in vita ejus Pœtus Crinitus. Ceterum  
plura post hoc Vesuvii incendia me-  
morantur. Semel cum Procopio lib. 2.  
Gothic. teste, cineres Byzantium uf-

*vius, Ætnai ignis imitator. Vrbes ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculanæum, Pompeii, & ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas, Romam, Carthaginemque numerata. Pro hac urbe, his regionibus populus Romanus Samnites invasit, gentem, si opulentiam queris, aureis atque argen-*

que delati sunt. Pluviam illam cinerem refert & Zonaras tom. tert. eamque regnante Leone Magno accidisse. Iterum imperante Constantino quarto, Paul. Diaconus 6. 4. Postremo Anno *ΧΕΡΑΥΡΩΣ* MDXXXV III. Munisterus Cosmograph. lib. 2. & nostra memoria nuper extremo Anno MDCCXXI. *Freinsh.*

*Formia*] Urbs Campaniæ prius *Hormiæ* dicta. Strabo lib. 5. Plin. 3. 5. quadraginta stadiis à Cajeta. Cluverius illud ipsum oppidum esse autumat, quod hodie *Mola* dicitur.

*Cumæ*] Vetustissima & nobilissima civitas à Chalcidensibus condita, teste Vellejo 1. 4. 2. & Strab. lib. 5. *Idem.*

*Puteoli*] Urbs Campaniæ Averno ab occafu abluitur; ab ortu sinu, cui *Puteolano* nomen dedit: ipsa olim Diacarchia dicta fuit à iustitia magistratuum teste Strabone, condita à Samiis, teste Eusebio, primis Romæ Coss. Bruto & Collatino. Inde à fœtore sulphureo, quem aquæ repentes exhalant, *Puteoli* dici cœpit, teste Strabone & Festo: alii tamen à puteorum frequentia illud nomen faciunt, hodie *Ρουζυπολο* vece parum deflexa dicitur. *Stad.*

*Herculanæum.*] Sic scribitur hoc & apud Livium extremo libro decimo, quod est *Herculanium*, i pro e penult. syllaba apud Plin. 3. 9. *Ἡρкулαιον* vocat Strabo lib. 5. quod nomen idem significat cum Herculanæo. Nam ab *Hercule*, qui Græcis *Ἡρακλῆς* dicitur,

facta, *Herculeus* & *Herculanæus* idem sunt, quod *Ἡρακλῆς* nomen ab illo *Ἡρακλῆς* derivatum, & quæ Græcis *Ἡρακλειον*, id est, *Heraclæa*, sive *Heraclia* civitates appellantur, eas recte *Herculeus* & *Herculanæus* dicere possis. Fuerunt autem hæc multa. Viginti tres numerat Stephanus, quarum una Campaniæ, hic celebrata: quæ urbs eadem fuit cum *Herculanæo*, si quid Perotto, homini multa sine ratione auctoreque dicenti, credimus. *Vinetus.*

Herculanium & Pompeii urbes Veluvio monti vicini, ista ab ortu ad Sarnum, illa ad occasum non longe a Leucopetra promontorio, Veluvii montis cineribus sepultæ jacent. *Stad.*

*Capua.*] Capua olim inter celeberrimas orbis totius urbes tertia, à mari septemtrionem ad x l. lapidem distabat, eamque Vulturum mediam probabatur. De nominis ratione ut variæ sunt apud scriptores opiniones, ita nulla verisimilior, quam quæ à Capy conditore dictam credit: nam hoc effossa, Cæsare Julio regnante, ænea Capuæ tabula etiam testabatur, ut scribit in Dictatore Cæsare Suetonius, & maxima pars auctoꝝ in eo nomine convenit. Capuam vero beneficio populi Romani à Samnitium injuria vindictam defecisse in gratiam Annibalæ à Romanis, iterumque ab iis expugnata defectionis & proditionis pœnas dedisse, ex historiis constat, & ex Ciceronis Rulliana. *Idem.*

*Aureis atque argenti armis &c.*] Li-  
vius

*argenteis ornatam armis, & discolori veste usque ad ambitum. Si fallaciam, saltibus fere & montium fraude*

vius 1 x. 40. x l. 39. 11. Commune hoc fuit plerisque gentibus 2. Reg. 8. vers. 7. Tulit David arma aurea, quæ habebant servi Adaræ. ita Persæ armati erant. Curt. 3. 10. Justin. 11. 13, ita Parthi. Justin. 41. 2. Galli. Polyb. 2. Sic Alexander Argyraspidas instituit. Justin. 12. 7. quod in successores ejus mansit: ita in Antiochi exercitu fuere Argyraspides. Appian. Syriac. Livius 37. 40. Agell. 5. 5. Macrob. 2. 2. & ejus æmulatione Alexander Imp. er. jam chrysoaspidas, apud Lamprid. cap. 50. Quamvis jam tum sub Tito fuerint arma militum auro argentoque facta, ut indicat Ioseph. de bell. Jud. 6. 15. Pertinet huc Marcellinus 31. 28. qui describit arma Imperatorii comitatus, *auræ colorumque nicania claritudine.* Rationem ejus rei reddit Polyb. 11. 7. & Plur. cap. 14. in vita Philopœmenis, qui Achæos eo modo ornavit, aliam in Sertorio, qui Hispanos, cap. 22. At Brutus apud eund. cap. 55. *acurve nomibilibi putabat gloria cupida pectora, avaros vero reddere etiam sortiores, quod armis fuit possessiones retinere.* Præter hæc alia etiam subsuiffe videtur; disciplinæ quasi quoddam pignus & vinculum, inops enim miles Imperatorem minus quam hostem timeret. *Idcirco*, ait Lamprid. in Alex. Severo cap. 52. *quod mendicitas militaris ad omnem desperationem vocat armatum.* Freinshemius.

Ita sublebant auratis armis & versicolori veste eo prælio, quo cæsi sunt à L. Papirio Dictatore, speciosumque fecere ipsius tot spoliis triumphum, anno Urbis conditæ c d x l v. Iterum eodem apparatu fulgentes, & linteas etiam sacratisque legionibus splendentes, L. Papirius Cos. Dictatoris filius interneccione ad Aquiloniam concidit an. v. c. c d l x. *Stad.* Opulentiam Samnitum ex eo vult arguere

Florus quod aureis & argenteis armis ornarentur ac discolori veste, & quidem usque ad ambitum, i. raris ac pretiosis fucorum pigmentis versicolori. Quis non putet isto argumento Flori ita solitos semper cum armari tum indui Samnites? Atqui semel tantum aut bis sic armatos conitat ac vestitos, in eo prælio quod pugnatum est ex parte Romanorum auspicio Papyrii Curforis dictatoris, ut bene moneat Liv. lib. 1x. nova armorum insignia hæc tum quasivisse. *Salmastus.*

*Disc. veste v. ad amb.*] Noli putare talem in quotidiano ac promiscuo usu apud Samnitas fuisse. Imo cum primum eam usurparunt, cum illis armis aureis & argenteis nec deinceps usi sunt. Quin & discolor illa vestis ei tantum generi militum data est qui armis erant ornati aureis. Nam qui argentea habebant, linteas indutus sumptu candidas. Quod non debuit omittere Florus cum ejus rei Livius meminisset. Nec tacendum hec, ab illa armatura quam tum induere Samnites, nomen & ornatu gladiatorum Samnitium apud Romanos processisse. Quod à Campaniæ agre acceptum est. Hi enim cum summo odio prosequerentur Samnites ad eorum densum gladiatores, quod spectaculum inter cænam exhibebant suis convivis, eo ornati armarunt. Hoc eodem porro apparatu bella iterum adornavisse Samnites memorat Liv. lib. x. *Salmastus.*

*Saltibus &c.*] Ita circumventum & cinctum silvarum montiumque indagine Cos. Cornelii Cossi exercitum, Decimus trib. mil. sua virtute expedit. Junius Cos. exercitui præpediregresso, insidiisque ad Bovianum perturbato, armis sanguineque hostium viam aperuit. Iterum Cornelio Arvina Cos. ita vias saltuumque obseperant, ut

*fraude grassantem: si rabiem ac furorem, sacratis legibus, humanis que hostiis in exitium Urbis agit atam: si pertinaciam, sexies rupto fœdere, cladibusque ipsius animo*

ne qua comneatus subveheretur: sed & ille ferro hostes submovit. Nulla autem fraus ipsis successit in Rom. cladem pronior, quam ad Caudinas furcas; nisi oblatam occasione infelicis consilio corrupissent, de qua mox dicturus est Florus. *Stadius*. Male Florus in argumentum perpetuæ fallacie trahit quod semel atque iterum callide ab illa gente pugnatum est. Tot præliis certarunt Samnites cum Romanis, & tamen si Furcas Caudinas excipias vix reperias quando saltuū fraude & montium victoriam furati sint. Semel quidem atque iterum in valle intructi latere voluerunt sed non fellerrunt. Quod spectat Furcas Caudinas quis nescit non arte aut fraude Samnitum eo delapsos Romanos sed suam eorum imprudentiam. Occasione si usi sunt Samnites officium suum certe fecerunt. Non incallide quidem egerunt, sed fortunam tam bonam si amisissent de manibus, stupidissimi omnium essent habiti. *Salmastus*.

*Sacratis legibus.*] Vide Livium 10. 38. Adigebantur autem iurejurando nisi victo hoste non redire, quod etiam Romani prius usurpavere. *Coff. M. Fabio. Cn. Manlio* apud Liv. 2. 45. ita etiam Ligures lege sacrata exercitum coegerunt, apud eundem 36. 38. Talis fuisse videtur apud Spartanos cohors Sciritæ, cujus meminit *Diodorus* 15 32. apud Thebanos sacra cohors, inventum Gorgiæ, juxta *Plut. Pelopid.* cap. 31. & seqq. aut *Athen. lib. 13*. Epaminondæ. *Freinsb. Sacratis legibus* ideo dixit, quia Samnites a ducibus suis coacti erant ad sacramentum (diri cujusdam carminis in execrationem capitis, familia, stirpisque com-

positi) nisi essent in prælium, quo Imperatores duxissent, si aut ipse fugisset, aut si quem fugientem vidisset, exemplo non occidisset: hoc cum primi aliquot abnuerent, obruncati sunt, projectique inter stragem victimarum, ut documento cæteris essent, abnuerent: hinc sacratæ legiones dictæ, & linteatæ conscriptæ sunt. Linteatæ vero legiones, quod singuli intrantes ad aram velis linteis circumdatam, juraverant. *Stadius*. Suo more facit Florus dum unum facinus arripit ad rabiem hujus populi arguendam. Legem sacratam hanc in usu etiam fuisse Etruscis Livius norat & ab his usurpatam adversus Romanos in ea pugna qua pugnatum est ad Vadimoniacum. *Salmastus*.

*Humanis que hostiis*] Has multis quidem gentibus in usu fuisse, ut ne Romani quidem abstinerint, non nego, de Samnitibus autem nusquam meligisse memini, propius igitur vero sit, intelligere Florum eos qui propter altaria cæsi jacebant, eo quod jusjurandum abnuerant. *Freinshemius*.

*Si pertinaciam. &c.*] Toties rupisse fœdus Samnites ex Livio colligo. *Auctor Epit. Livii* lib. x1. in consulari *Fabii Gurgitis* qui de his triumphavit, scribit cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto revocatum esse. Notatur ibidem sequentis anni consulem *Curium Dentatum* bis triumphasse in eodem magistratu. *Samnitibus cæsi & Sabinis qui rebellaverant*. Sic tum quinque fœdifragi Samnites. Et videtur tum quoque fœdus cum his instauratum, quod tamen mox infregerunt. Nam in sequenti Epitome traditur Samnites defecisse & adversus eos ac *Lucanos, Brutios Etruscoque* aliquot præliis à complu-

*animosiores. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios & Papirios patres, eorumque liberos, ita subegit, ac domuit, ita ruinas ipsas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipsa Samnio requiratur: nec facile appareat materia quatuor & viginti triumphorum. Maxime tamen nota & illustris ex hac gente clades, apud Caudinas furculas Veturio Posthumioque Consulibus accepta est. Clauso enim per insidias intratum saltum exercitu, unde non posset evadere, stupens occasione tanta dux hostium Pontius, Herennium patrem consuluit, & ille, mitteret omnes, vel*

occi-

compluribus ducibus bene pugnatum. Hæc defectio Samnitum pro sexto fœdere ab his rupto numeranda venit. Duæ etiam sequentes Epitomæ meminere rerum prospere gestarum contra Samnites. *Salmastus*.

*Annis.*] Quod Florus quinquaginta annorum spatio Samnites bello edomitos esse colligit *ἀνιστορία* est, sunt enim anni Lxxi. Cœptum namque hoc est bellum anno Urbis conditæ CDX. in postestatem redacti sunt Samnites anno Urbis conditæ CDLxxxi. quo victor L. Papirius L. F. de Samnitibus triumphum egit secundum. Appianus etiam excessit hunc annum impudenter decennio, Eutropius etiam xxxii. annis contrahit istud bellum iniqua temporis digestionem, proxime accessit libr. 31. Livius, qui Samnites cum Romanis septuaginta annos belasse dicit. Consentienti etiam historix omnes nullum in Italia fuisse hostem, qui populum Romanum diutius aut pertinacius fatigaverit quam Samnites. *Stadius*.

*Samnium.*] Samnites dicti sunt à Samnio colle, in quo è Sabinis venientes confederant, & nomen urbi, quam ibidem considerant, Samnio fecerunt:

eos ab occasu Sabinos, Pelignos, & Æquos; ab ortu Picentinos & Apulos; a meridie campanos & Sidicinos; à septentrione Marucinos, Daunos, Apulos habuisse ex historiis observavimus. *Idem*.

xxxiv. *Triumphorum.*] Observavi triumphatum esse de Samnitibus vicies: *Coff.* enim vicies & sexies triumphum egerunt, bis Dictator L. Papirius, & qui primus cum imperio consulari triumphavit *Publius Philo*, alter etiam proconsul *Q. Fabius*, quos ordine ex capitolinis triumphis petere licebit. Gentis *Fabiorum* triumphos quatuor, *Papiriorum* quinque recensitos numerabis, victos fractosque postremo L. *Papirij*, L. F. cum Samnitibus prælio ex ejusdem triumpho colligitur anni v. c. CDLxxxi. *Idem*.

*Apud Caudinas.*] Anno v. c. cccxxv. *Orosius*. Caudinæ furcæ impeditissimæ saltuum silvarumque inter duas rupes, fauces à caudio vicino Samnitium oppido dictæ sunt. Ez distabant ab Urbe in ortum iter tridui, & describuntur à *Livio* libr. 9. elegantissimæ, una cum turpi *Coff.* sponse. Deinde à populo Romano *Veturium & Postumium* *Coff.* Samnitibus deditos esse, ut civitatem

occideret, sapienter, ut senior, suaserat. Hic armis exutos mittere subjugum maluit, ut nec amici forent beneficio, & post flagitium hostes magis. Itaque & consules statim magnifice voluntaria deditone turpitudinem fœderis dirimunt, & ultionem flagitans miles, Papirio duce, (horribile dictu) strictis ensibus miles per ipsam viam ante pugnam fuit: & in congressu arsisse omnium oculos, hostis auctor fuit.

tatem pace obnoxiam religione solverent: verum à Pœnio Samnitium Imperatore deditos non fuisse receptos. *Stad.*

Silicet, ut vel tanto beneficio ad ineundam & colendam bona fide pacem obligaret Romanos, vel occisa juventute destitutos militibus, bellum & vindictam in longum tempus cogere differret. *Inter ancipitia nempe deterrimum est media sequi, nec audetur enim tunc satis nec providetur.* Zevecot.

Sapienter, ut senior] Plutarch. An seni sit gerenda Resp. cap. 19. Maxime salva est civitas, ubi consilia senum & invenum arma obtinent.

Voluntaria deditone.] Observavi tales dedititios nunquam receptos ab hostibus, quod ea ratione eludi se crederent, cum ei qui belli gerendi potestatem haberet, etiam fœderis faciendi jus competere naturalis ratio dicitur, respicit eol. 5. in fin. de pact. ubi quod duces belli inter se pacifuntur. *publica conventio esse dicitur.* Ita M. Clodium non receptere Corsi, apud Val. Max. 6. 3. *Freinsh.*

Turp. sed. dirimunt,] Fœdus non fuisse vult Livius, quia, in iussu populi nihil sanciri poruerat quod populum teneret. Et hoc jure utimur, si quid enim foret in quod posset Princeps aut populus obligari, in omnia posset: adeo ut illius majestas, libertas, & salus à cujuscumque Imperato-

ris arbitrio dependere cogeretur. Melius rebus suis consulissent Samnites, si retento ad furculas Caudinas exercitu, Legatos Romam misissent ut de pace aut fœdere cum Senatu ac populo agerent. hoc cum omiserint; habent quod sibi imputent, non de quo accusent Romanos. *Zevecot.*

Strictis ensibus &c.] Dicit milites antequam manus confererent, in ipsa procurfione atque impetu quo in hostem vadunt, strictis ensibus fuisse, hoc est strictos enses habuisse. In congressu vero ipso arsisse omnium oculos hostis testatus est. Mos prælii fuit hic militi Romano ut in concursu aufpicando pila prius emitteret, deinde gladii strictis rem gereret. At in pugna adeo avidus manus statim conferenda cum Samnitibus fuit, ut pila velut signo dato abiiceret, strictosque gladios in ipso concursu præferret, ne qua mora daretur ardori pugnandi. Igitur milites in prælio strictis gladiis ante pugnam fuerunt per ipsam viam. i. in eo procurfionis spatio quod pilis emittendis sumitur. Nam pilis ex certo intervallo coniectis ubi ad manus ventum erat, strictis gladiis res gerebatur. *Salmasius.*

Arsisse omnium oculos.] Ita cum Aquilejam obsidens Attila, speculatum ad muros accederet, ab hostibus circumventus, duobus interfectis, reliquos audacia & virtute sua in fugam vertit,

fuit. nec prius finis cædibus datus, quam jugum & hostibus & duci capto reposerunt.

## C A P. XVII.

## Bellum Etruscum, Samniticum &amp; Gallicum.

**H**Atenus populus Romanus cum singulis gentium: mox acervatim: tamen sic quoque par omnibus. Etruscorum duodecim populi, Umbri in id tempus intacti anti-

vertit, qui sacrosancte affirmarunt, ex illius oculis ignitos radios, fulguris instar, emicuisse. Idemque testatur P. Callimachus Experiens in Attila. Turno suo tribuit hoc Virg. Æn. 12. 101. *totoque ardentis ab ore Scintille absistunt, oculis micat acris ignis.* Freinsh.

Jugum & b. e. d. c. reposerunt] Ambigua tem quam Livius 9. 15. propo-

nit, fuerint res ad Luceriam gesta, & ignominia Caudina deditiois repofita, Papirio tertium Cos. an ipso equitum magistro, dictatore Lentulo, eam Capitolini triumpho dirimunt: qui Papirium de Samnitibus secundū triumphasse, cum Cos. tertium esset, contanter receperunt, anno v. c. ccccxxxiv. *Stadius.*

**B**ellum Etr. & Samn.] Florum hoc Capite bellum prosequi, quod societate armorum Etrusci, Samnites, Galli, Umbri contra Romanos gesserunt, ex tota relatione manifestum est: sed confundit rerum gestarum seriem, atque ex variis præliis unicum facit: trans Ciminiam enim silvam profectus Q. Fabius Maximus pro consule, ad Perusiam ita Etruscorum opes fregit, ut à Perusia Crotona & Arretio legati venerint pacem petentes, atque xxx. annorum inducias impetrarint, anno Urbis conditæ c. d. v. Interea Etruscos violato sæpius fœdere, aliquot etiam præliis fractos esse: quia triumphasse invento de Etruscis Valerium Corvum Cons. anno v. c. d. l. i. atque Fulvium Centumalium Cons. anno c. d. l. v. Inde

Q. Fabio V. Decio I. V. consulibus, cum Samnites, Etrusci, Galli, Umbri collatis armis gravissimum bellum inferrent. Etrusci magno & utili consilio à societate ditracti sunt, dum sua tueri coguntur, atque cum Samnitibus Gallicis in agro Sentinati pugnatum est. Sed cum Decii cornu sinistrum, cui præerat, in fugam ageretur, ipse patris Decii exemplum (qui sese Latino bello ad Vesperim devoverat) secutus, morte sua populo Romano victoriam asseruit. Fabius Caltris Samnitium expugnatis, duce quoque hostium Egnatio occiso, Gallos à tergo circumventos occidit: & de Samnitibus, Etruscis, Gallis triumphum egit anno v. c. cclxxx. *Stad.*

Hatenus &c.] Bellorum quæ à multis geruntur contra unum, terror major

quissimus Italiae populus Samnitium reliqui, in ex-  
cidium Romani nominis repente conjurant. Erat ter-  
ror ingens tot simul tantorumque populorum. late per  
Etruriam infesta quatuor agminum signa volita-  
bant. Ciminus interim saltus in medio, ante invius,  
plane quasi Calidonus, vel Hercynius, adeo tunc ter-  
rori erat, ut senatus consuli denunciaret, ne tantum

major periculo est: cito primi impetus deserent, cito sententiarum varie-  
tate inter eos exorta fidem debilitari  
constat. Romæ Oprimates cum Tribu-  
nos pl. pati cogentur plures malue-  
runt quam paucos, uno enim aliorum  
decretis intercedente, nihil agebatur,  
adeo ut concessa potestas ideo maxime  
periret, quia exercebatur à multis. Sic  
si plures conspirent in unum, qui pri-  
mam confederatorum vim sustinere  
potest aut elidere, ac deinde trahere  
bellum, in suam plerumque perniciem  
ineunt factus. Aliqui languescunt cito  
aure deficient, vel etiam palam in di-  
versas partes transibunt, maxime si  
alienam se victoriam instruere sibi  
persuaserint. Zevecos.

*Umbri in id tempus intacti &c.* ] Um-  
bros antiquissimum Italiæ pop. etiam  
Dionys. l. 19. & Plin. 3. 14. appellat.  
Cæterum ne sic quidem persanatum  
esse locum suspicor. Primum quod  
admodum languere videatur oratio;  
tum quod de Gallis, præcipuo Roma-  
norum terrore, nulla mentio; præterea  
quod mox subicitur; *infesta quatuor  
agminum signa*, videbatur etiam Gallo-  
rum mentionem requirere. Itaque sic  
tentabam: *Umbri in id tempus intacti,  
antiquissimus Italiæ populus, Samnium,  
Galliæque*. sed nihil affirmo. Freinsb.

*Quatuor signa.* ] Sociaverant enim  
arma Etruscis, Galli, Samnites, Umbri,  
quorum signa singula singulis agmini-  
bus præferebantur. *Stadius.*

*Ciminus.* ] Ciminus saltus, ante-

quam à Fabio aperiretur, invius, qui  
in Etruria fuit inter Sutrium & Pe-  
rusiam. DCCC. fere ab Urbe stadiis;  
quantum ex Strabone colligo. *Idem.*

*Calidonus* ] Caledonia Britannia sil-  
va, ea parte insulæ, quæ nunc Scotia  
dicitur, quæ primum aperta est Ro-  
manis Claudio imperante, etsi fama  
ejus aliqua fuerit Julio Cæsare in Bri-  
tanniam expeditionem moliente. Mul-  
ti hanc urvis nobilitatam referunt, ut  
Caledoniam Ætolia silvam apris: illam  
Britannia Caledoniam, istam Ætolia  
Caledoniam scribi observo. *Idem.*

*Hercynius.* ] Hercynia silvæ Germa-  
norum apud Romanos primus memi-  
nit Julius Cæsar lib. 6. eamque latitu-  
dine novem dierum, longitudine sex-  
aginta dierum itinere, nec visu nec  
auditu satis exploratam fuisse: Julia-  
num Cæsarem hanc primum perlustrat-  
se, ex ipsius verbis apud Suidam cita-  
tis colligitur. *Idem.*

*Ut senatus, &c.* ] i. ne saltum Cimi-  
nium transiret. Quod debuit ipsis ver-  
bis retineri & exprimi sicut denuncia-  
tum esse dilerte testatur Liv: *Esse factum  
quinque legati cum duobus tribunis pl. ve-  
nerant denunciatum Fabio senatus verbis,  
ne saltum Ciminium transiret.* Salmastius.  
Denunciationem hanc à Senatu sero  
factam esse testatur Livius, utpote qui  
referat quinque legatos cum duobus  
Tribunis plebis penetrata jam silva, &  
hostibus profligatis supervenisse, nun-  
tiosque victoriae Romam reversos.  
*Stadius.*

periculi ingredi auderet. Sed nihil horum terruit du-  
cem. Quin fratre præmissis explorat accessus. Ille per  
noctem pastorio habitu speculatus omnia refert. Tum  
iter. Sic Fabius Maximus periculosissimum bellum  
sine periculo explicavit. Nam subito inconditos a que  
palantes aggressus est, captisque superioribus jugis,  
in subjectos suo jure detonuit. Ea namque species fuit  
illius belli, quasi ira terrigenas è cælo ac nubibus tela

mitte-

*Nihil. t. ducem.* ] Pessime profes-  
to, cum in imperio plus sit quam in  
victoria. Anne ideo melius quis agit  
quia felicitus? An is qui nullam actio-  
num suarum commendationem quam  
à fortuna habet, eo, quo oportet mo-  
do, partes quas tuendas suscepit, de-  
fendat, multum dubito. Verum ob  
inferiorem denunciationem Fabius ex-  
cufandus. Zevecos.

*Fratre* ] Quem Cæsonem appellat  
Frontinus 1. 2. alii, quos Livius 9. 36.  
citat. C. Claudium. Freinsbemiis.

*Ille p. n. habitu.* ] Falsum & con-  
tra historiam quam sequitur, hoc ab  
illo additum, per noctem. Immo inter-  
dum & palam Etruscis se immiscuit,  
hoc solo reclus ac dissimulatus quod  
pastorem præferret, linguæ etiam er-  
rore adutus qua se hostibus pro indi-  
gena insinuavit. Salmastius.

*Suo jure* ] i. suo arbitrio. Ita infra  
lib. 111. 170.

*Quasi in terrigenas, &c.* ] Nimis poeti-  
ce & præter veri fidem. Fabius captis  
superioribus jugis in subjectos suo ju-  
re detonuit, eaque species & imago  
certaminis fuit quasi in terrigenas ac  
gigantes è cælo ac nubibus tela Dii ja-  
cularentur. Atqui nihil in re ut eam  
gestam narrat Livius à quo tamen hic  
acceptit & parum cepit ejus mentem.  
Fabius explorato aditu Ciminii saltus  
prima vigilia copias suas traduxit per  
eum saltum, præmissis impedimentis

& legionibus post impedimenta ire  
jussis, ipse cum equitatu subicit &  
luce orta postero die obequitavit sta-  
tionibus hostium quæ extra saltum e-  
rant ordinatæ. Mox in castra se recep-  
it cum diu morando hostem fatigaf-  
set; Castris deinde egressus porta al-  
tera ante noctem agmen quod præmi-  
serat assequutus est. *Postero, inquit, die  
luce prima juga Ciminii montis tenebat.*

*Inde contemptus opulentæ Etruria arva  
mitti emittit. Ingenti jam abacta præ-  
da tumultuariae agræstium Etruscorum co-  
hortes repente à principibus ejus regionis  
concitata Romanis occurrunt, adeo in-  
compastæ ut vindices prædarum, prope  
ipsi prædæ fuerint. Casis fugatisque in la-  
te depopulato agro victor Romanus opulen-  
tisque rerum omnis copia in ea castra re-  
didit. Locum integrum retuli ut con-  
diter eum Floro nostro lectum & male  
intellectum pravamque imaginem præ-  
lii inde concepsit. Cum enim legeret  
Fabium juga montis Ciminii tenuisse  
& inde milites emisisse, sic interpreta-  
tus est, quasi ex superioribus montis  
jugis cum toto exercitu in hostes qui  
in plano erant imperum fecerit eosque  
deleverit. Non ita se res habuit ut at-  
tentius verba Livii consideranti pate-  
bit. Quod dicitur Fabius juga montis  
Ciminii tenuisse, id fecisse eum appa-  
ret ut conspectum ex superiori loco  
caperet ad contemplandum strum &  
arva Etruriæ. Hoc cum fecisset, mili-  
tes*



*mitterentur. Nec incruenta tamen illa victoria. Nam oppressus in sinu vallis alter consulum Decius, more patrio devotum diis manibus obtulit caput: sollemnemque familie sue consecrationem in victoria pretium redegit.*

## C A P. XVIII.

Bellum Tarentinum, & cum Pyrrho Rege.



*Equitur bellum Tarentinum, unum quidem titulo & nomine; sed victoria multiplex. Hoc enim Campanos, Apulos, atque Luca-*

*nos*

tes emisit, extra saltum nempe in agrum eos hostium emisit. Ex quo ingenti jam abacta præda in occursum habuerunt tumultuarias aliquot cohortes agrestium Etruscorum, quas principes ejus regionis ad hoc concitaverant, ut prædas abactas recuperarent. Eas adeo incompuestas fuisse & inconditas dicit Livius. ut vindices prædarum ipsi prædæ fuerint. Hinc noster sumpsit quod hæc etiam habet: *Nam subito inconditos atque palantes aggressus est. At saltum quod sequitur: jam captis superioribus jugis in subjectos suo jure detonuit.* In planum jam descenderat miles Romanus & extra saltum emisus in agro Etrusco ingentem jam abergerat prædam cum eis occurrerent illæ inconditæ atque palantes agrestium Etruscorum cohortes, quas fuderunt fugaruntque. *Salmastius.*

*Nec incruenta, &c.* ] Res diversas ac diversissima tempora temere confundit. Nec enim victoria illa quam tum apportavit Fabius de Etruscis, penetrato primam ac tranfito saltu Ciminio, Decii consulis morte ac consecratione facta est. Nec consul tum cum Fabio fuit Decius, sed C. Marcius Ru-

tilius. Aliquot annis post cum una consulibus essent Q. Fabius quintum & P. Decius quartum, hæc acciderunt in ea pugna quam hoc par consulum adversus Etruscos, Umbros, Samnites & Gallos simul coactos pugnavit. De qua Liv. lib. X. Certe hoc caput Florus aspicatus est ab illa quatuor populorum in Romanos conspiratione & hunc titulum materiamque capitis præcipuam esse voluit. Sed male in ea re memoranda multo ante gesta immisecit, cum Fabius primum silvam Ciminiam aperuit viamque per eos saltus ante invios Romano bello fecit. Quam ejus victoriam perperam eandem facit cum altera quæ multis post annis contigit in eadem Etruria, quo tempore alter consul Decius cum ab hoste premeretur, exemplum sequuntur patris, Diis se manibus devovit ut victoriam exercitui lucraretur capitis sui damno. *Salmastius.*

*Opp. in sinu, &c.* ] Hoc nunquam factum nec ulli memoratum. Poëtica hæc fæctio Flori & vanum commentum. Pugna illa qua se devovit Decius hic, in agro Sentinate commissa est, non intra Ciminios saltus. *Idem.*

TIT

*nos, & caput belli Tarentinos, id est totam Italiam, & cum istis omnibus Pyrrhum, clarissimum Græciæ regem, una veluti ruina pariter involvit: ut eodem tempore & Italiam consummaret, & transmarinos triumphos auspicaretur. Tarentus Lacedæmoniorum opus, Calabriae quondam, & Apulie, totiusque Lucania caput, cum magnitudine & muris, portuque nobilis, tum mirabilis situ: quippe in ipsis Hadriatici maris faucibus posita, in omnes terras, Histriam, Illyricum, Epirum, Achajam, Africam, Siciliam, vela dimittit. Imminet portui, ad prospectum maris positum, majus theatrum: quod quidem causa misere civitati fuit omnium calamitatum. Ludos forte celebrabant, quum adremigantem littori Romanam classem inde vident, atque hostem rati, emicant:*

*sine*

**T**arentinum. ] Tarentinum bellum Tomium, quæ Pop. Rom. in Italia gessit, nobilissimum est. ceptum anno v.c. c d l x x i i. debellatum est anno Urbis conditæ c d l x x v i i i. sexennio enim duravit. *Stadius.*

*Pyrrhum.* ] Pyrrhus Eacidæ filius Epirotarum rex, paternum genus ad Achillem, maternum ad Herculem referebat: ejus vitam Plutarchus descripsit. habuit cognatam Olympiadem Alexandri Magni matrem, urpote Neoptolemo avunculo genitam. *Idem.* Pausanias lib. 1. non ita longe ab initio Græcum neminem ante Pyrrhum, bellum Romano imperio intulisse satis constat. Nempe ex vera illa & veteri Græcia, nam antea cum multis Italiæ Græciæ populis, & ipsis Tarentinis, conflixere Romani. *Freinshemius.*

*Tarentus.* ] Tarenti originem, situm, potentiam, &c. lege apud Strab. lib. 6. & Plin. 3. 10. Sil. 12. 432. Quando & à quibus conditum, Euseb. lib. temp.

*Camers.* Adde Justin. 3. 4. 11. Servium ad Æn. 3. 550. Præcipue vero Philippum Cluverium Italiæ lib. 4. Merulam 2. 4. 28. *Idem.*

*Hadriatici.* ] Raro in membranis hujus auctoris vetustissimis *Adriaticum* mare scriptum occurrit: *Adriaticum* quippe semper nominant, aut *Adriam*. Ut hoc loco etiam in vetustissimis Jordanis codicibus legitur: *in ipsis faucibus Adriæ maris.* Horatius quoque *Adriam* vocat. Græcis *Adriæ* & *Ἀδριαὶ κόλπος*. Noster *Adriaticum* sinum infra vocat. *Salmastius.*

*Histria, &c.* ] *Histria* & *Illyricum* portiguntur secundū littora maris Adriatici septemtrionalia. *Epirum* & *Achaja* Græciæ regiones per Jonium mare in ortum petuntur. *Africa* in meridiem jacet, per mare mediterraneum. *Stad.*

*Majus theatrum.* ] Credo Tarentinis duplex fuisse theatrum, majus & minus. Sed brevitati quam affectat author non satis hæc distinctio, convenit. *Salmastius.*

F

Aderat

*sine discrimine insultant. Qui enim, aut unde Romani? Nec satis. Aderat sine mora querelam ferens legatio. Hanc quoque sæde per obscenam turpemque dictu contumeliam violant. hinc bellum. Sed apparatus horribilis, quum tot simul populi pro Tarentinis consurgerent, omnibusque vehementior Pyrrhus: qui semigræcam ex Lacedæmoniis conditoribus civitatem vindicaturus, cum totius viribus Epiri, Thes-*

*salie,*

*Aderat sine mora, &c.] Recte scribit Cicero Añ. in Verr. 1. non legati ejusmodi esse debere quod non modo inter sociorum jura, sed etiam inter hostium tela incolume verferet. In Pandectis quoq; si quis legatum hostiũ pulset, contra jus fecisse existimatur, & lege Julia de vi publica teneri dicitur non modo qui legatos, sed & qui comites eorum injuria affecerit. Zerc.*

*Obscenam turpemque dictu contumeliam.] Non tempero mihi quin insignem multis de causis historiam ex Dionysio excerpt. legat. IV. adscribam. Cum Posthumius legatus ad Tarentinos missus esset, & quadam apud eos exponeret; Tarentini non modo non atcederunt animos, verum etiam si quid ab eo diceretur, quod non exactissimum Græci sermonis charactere referret, observabant ac ridebant, & barbarum vocitabant, ac tandem è theatro ejiciebant, cumque abirent, unus ex iis qui in transitu adstant Tarentinis, nomine Philonides, homo scurrilis, qui à violentia, cui per totam vitam deditus fuerat, appellabatur Cotyla, besterna ebrietate etiamnum distentus, ut appropinquarent legati, sublato amiculo, & corpore ad obscenissimum habitum composito, sordes nominatu indecoras sacro legati vestimento adpersisset, ubi cum totum theatrum in risum erupisset, & petulantissimi quoque manibus compositissent Posthumius Philonidem intuius. Accipiemus inquit cuncta, & scurras; quia datis*

*nobis etiam ea que non petimus. Deinde ad multitudinem conversus, vestem contumelia affectam ostendit. cumque adhuc majorem ex omnibus risum oriri cerneret, & voces quorundam illatantium petulantiamque laudantium audivit: Ridete, inquit, Tarentini, ridete dum licet, nam post hæc diaflebitis. Ad quas minas cum nonnulli exasperarent: Et ut magis, inquit, stomachemini, etiam hoc vobis dicimus, vos hanc vestem multo sanguine einturisi. Fateor non convenire instituto, tales narrationes inferere, sed cum ad explicandum auctoris locum præcipue faciat, nec alibi idem admiserimus, veniam merebimur. Facit cum Dionys. Val. Max. 2. 2. 5. Polybius 1. 7. non exprimit genus contumelie, sed & ἀπειθεῖαι vocat. Quanta vero ea injuria fuerit, & quam iusto pioque bello Romani propterea Tarentinos persecuti sint, exinde apparet, quod etiam in privatis hominibus, apud quos respectus ille juris gentium cessat, proatroci contumelia accepterint simo corrupto perfundi. l. 1. §. 1. de extraord. crimin. junct. l. 9. de injur. Liv. epit. 12. pulsatos scribit. Freinshemius. Occisum à Tarentinis Duumvirum, hoc est, classis præfectum, bona classiariorum & mercatorum ab iisdem fuisse direpta auctores habeo, legatosque fuisse pulsatos. Valerius Maximus urina resperfos fuisse affirmat. Stadius.*

*Inc.*

*salie, Macedonia, incognitisque in id tempus elephantis, mari, terra, viris, equis, armis, addito insuper ferarum terrore, veniebat. Apud Heracleam, & fluvium Syrim, Lævino consule, prima pugna: quæ tam atrox fuit, ut Frentanæ turmæ præfectus Obsidius in regem, turbaverit, coegeritque projectis insignibus prælio excedere. Actum erat, nisi elephantis conversi in spectaculum belli procurrisissent: quorum cum magnitudine, tum deformitate, & novo odore sibi belluas amplius quam erant suspicarentur, fugam fragemque late dederunt. In Apulia deinde apud Asculum melius dimicatum est, Curio, Fabricio-*

*Incognitisque in id tempus elephantis.] Ad Plin. 8. 6. Veget. 3. 24. Varron. lib. 6. de ling. Latin. Solin. cap. 25. Froncin. Strateg. 7. 4. Justin. 18. 1. Maximum autem hoc fuit belli momentum: Ita cum Fidenates facibus armati erumperent; forma inusitata pugna Rom. milites terruit. Livius 4. 33. & a Britannis novo genere pugnae perterriti sunt Cæsareum. Cæf. de bell. Gall. 5. 15. Subita enim convenerunt hostes, usitata rilesunt. Veget. 3. 26. Freinshemius.*

*Frentanæ, &c.] Frentanum natione, turmæque præfectum nomine Olpam Plutarchus vocat: ut dubium esset, an Florus de Ferenariorum militum, an de Frentanorum auxiliario rum præfecto loqueretur, nisi testaretur Franciscus Fabricius vir doctissimus, habere se manuscriptum librum, in quo nomen huic præfecto Obsidium sit adscriptum, quod Plutarchi sententiam quoque confirmaret: Præfectum & Pyrrhum in seftis hactis concurrissis, utriusque equo vulnerato quoque excussos, sed præfectum à satellitibus Pyrrhi concisum: ipsum regem eo periculo edoctum communicasse cum*

*fuis insignia, ut errore hostem à sui cæde distraheret. Stadius.*

*Projectis insignibus.] Nempe ne per ea monstratus hostibus, periculosus fugeret. Similia Plutarch. Lucullo cap. 51. Cæfar. cap. 67. Curt. 3. 11. Frontin. 25. Zonaras lib. 3. de Magnentio. Sic Antonij consularem vestem abiecit inter cædem Cæsaris. Dio lib. 44. pag. 283. Freinsh.*

*Novo odore.] Livius 30. 18. Ad quorum stridorem odoremque & aspectum territi equi, vanum equestre prælium fecerunt. Idem de elephantis, locis aliis multis idem Livius. Vinetus. Livium imitatur Ammianus 25. 3. ad quorum stridorem odoremque & insuetum aspectum magis equi terrebantur. Ad Plutarch. Pyrrho cap. 37. Idem.*

*Asculum.] Oppidum hoc in Picentibus locat Plin. 3. 13. & noster proximo cap. Ea propter Camers proxime præcedentia verba, In Apulia, delenda censuit. Vinetus ita subvenire tentat; In Apulia, deinde apud Asculum: ut innuat duobus istis locis pugnatum esse. Vegetius 3. 24. quæ hic narratur, in Lucania accidisse scribit. Idem.*

Fabricioque consulibus. jam quippe belluarum terror exoleverat, & Cajus Minucius quartæ legionis hastatus, unius proboscide abscissa, mori posse belluas ostenderat. Itaque & in ipsas pila congesta sunt, & in turres vibratae faces tota hostium agmina ardentibus ruinis operuere: nec ante cladi finis fuit, quam nox dirimeret, postremusque fugientium ipse rex à satellitibus humero saucius in armis suis referretur.

In

Curio Fabricioque ] Manifestus hic est error. Curio enim nunquam in consulatu collegam fuisse Fabricium, Annales Coss. testantur. Scribendum itaque Fabricio & Emilio Coss. quibus ad Asculum cum Lucanis, Brutis, Tarrentinis, & Samnitibus pugnatum esse, Triumphorum tabulæ recensent. Observando namque Pyrrhum tunc spe occu-pando Siciliae evocatum fuisse, victum tamen paulo ante Fabricii virtute, utpote qui medicum Timocharem contra regis sui caput spe præmii venenum deferentem, ad dominum suum reduci curaverit. ita fere Eutrop. 2. 18. Epit. 13. Livii. Valerius Maximus, Tabulæ Capitolinæ. Contra Florus, & scriptor de vir. illustribus, Frontinus, Plutarchus recensent, cum Pyrrho bis ad Asculum esse pugnatum, priore die prælium ob noctem fuisse direm-tum, altero die Pyrrhum circa humeros pilo læsum ex acie decessisse, victoriam penes Fabricium fuisse. Pyrrhum deinde à Syracusanis in Siciliam, qui à Carthaginensibus obsidebantur, evocatum, Plutarch. & Pausanias lib. 1. auctores sunt. Nonnulli scribunt dubio Marte, Sulpitio & Decio Coss. cum Pyrrho pugnatum esse, sed anno superiore Pyrrhum fuisse vulneratum, sed Decium Coss. hoc in prælio cecidisse, Cicero in Tuscul. 1. 37. auctor est. *Stad.*  
Hastatus ] Centurionem facit Veget. 3. 24. Lipsius de Mil. Rom. lib. 2. cap. 8.

de primo hastato exponit. *Freinsb.*  
Proboscide ] Græcum quidem est *προσκόξις*. Sed Latini veteres solebant mutatione B in M pro eo magis dixerunt *promoscidem* vel *promuscidem*. Et sic veteres libri hoc loco legunt. Hanc tamen eos mutationem ab Æolibus suis potius mutatos crediderim, quibus frequens fuit aliorum Græcorum βήτα in μύ vertere & contra. Sicigitur illis *προμοσίδης* dicta quæ aliis *προσκοσίδης*. Inde Latinorum *promuscii*. *Salmasius*.

Abscissa ] Quod jam ante usurperant Macedones bello Pori Indico. Vide Curtium 8. 14. Aliam unius militis adversus elephantem pugnam describit Hirtius de bello Africano c. 84. & aliam Plinius 8. 7. *Freinsb.*

Saucius, &c. ] Hoc est super armis suis, ut moris erat faucios plerumque è prælio referri. *Arma* autem hic scutum proprie notant vel clypeum. Sic *arma ancilla* scuta erant. Sic supra de Samnitibus quos aureis & argenteis armis ornatos fuisse dicit, de scutis accipiendum. Notum porro illud *ἀμύθηγμα* Lacænz mulieris ad filium cui arma tradebat in bellum ituro, ἢ τὰν ἢ ἐμὶ τὰν, subaudiendum *ἠκούσθη*. Aut hanc referas salvas ad penates, aut super hanc faucius mortuusque referaris. *Salmasius*.

Lucæ

In Lucania suprema pugna sub Arusinis, quos vocant, campis, ducibus iisdem: Sed tunc tota victoria. Exitum, quem datura virtus fuit, casus dedit. Nam productis in primam aciem rursus elephantis, unum ex his pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit: qui quum per stragem suorum recurrens, stridore quereretur, mater agnovit, & quasi vindicaret, exiit. tum omnia circa quasi hostilia gravi timore permiscuit. ac sic eadem fera, quæ primam victoriam abstule-

Lucanie ] Philippus Cluverius Italiae Antiquæ lib. 4. erroris arcessit auctorem, quod Lucanie scripserit, cum Samnii debuisset; Verum ab hac nota facile teneatur eum Strabo, qui cum ex professo hoc agit, fateatur, gentium harum situm vix cercis finibus distingui posse. *Idem*. Pugnatum esse in Lucania in campis Arusinis à M. Curio contra Pyrrhum Frontinus & Florus cum Orrosio testantur: Plutarchus ad Beneventum à Curio victum esse Pyrrhum prodit, jam ex Sicilia reversum. *Idem* Cor. Lentulum, Curii collegam profligasse copiarum partem, quam, ut ipsius dicitur, obviam miserat Pyrrhus, ne Lentulus exercitum cum Curio conjungeret. *Stadius*.

Arusinis ] Frustra sunt viri docti, qui *Taurasinos campos* hic comminiscuntur. En testem locupletem Julium Frontinum, qui Arusinos campos nominat. 4, 1. ubi pro *Statuentum* vel *Fa-tuentum* reponunt *Beneventum*, sed cum noster Lucanie esse campos scribar quomodo iidem potuerint esse circa Beneventum, non video. Stephanus nescio quam Beneventum in Campania ponit, quam scribi per *δ* perhibet, *Βεβε-Γεδδῶ*, cujus *ἰδὺρον*, *Βεβεγεδδῶς*, & aliud esse *Βεβεγεδδῶν*. ridicule nam *Βεβεγεδδῶς* & *Βεβεγεδδῶς* plane

idem. ut *Βεβεγεδδῶν* & *Βεβεγεδδῶν* dupliciter scribebant, & in veteri inscriptione *Badaus* pro *Bataus* aut *Battavus*. *ἢ τὰν ἢ μὲν τὸν αὐτῶν*. *Subarri* mendosissime appellantur hi campi apud Jordanem in eod. nec dubium quum sit ex auctore nostro emendandus, cum scripti habeant, *Subaros* in his quos vocant campis, vel puer videat leg. esse, *sub Arusinis quos vocant campis*. *Arusini* & *Arusini* idem. *Salmasius*. Cluverius tamen citato modo loco *Taurasinis* reponit in omnibus, ad quem remissum te volo.

Ac sic, &c. ] Similes eventus in historiis passim; ex quibus Hirtius de bello Afric. cap. 27. hanc extruxit regulam: *elephanti multorum annorum doctissima usque vetusto vix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur*. Alexander quin etiam apud Curt. 9. 21. *Plus suis*, ait, quam hostibus periculi inferre. Quod multo magis necesse fuit fieri, cum alias feras, quæ nunquam bona fide mansuecunt, leones, apros &c. in aciem producerent, de qua re Lucret. rerum natural. lib. 5. & exemplum extat in Plut. Bruto cap. 13. *Freinsb.* Victoriam Lævini ad Sirin flumen, terrore belluarum perturbatam fuisse omnes testantur: ut Fabricio pugnantem ad Asculum, elephantorum mole & ferocia Romanorum aciem

abstulerant, secundam parem fecerant, tertiam sine controversia tradidere. Nec vero tantum armis, & in campis, sed consiliis quoque & domi intra Urbem cum rege Pyrrho dimicatum est. Quippe post primam victoriam rex callidus, intellecta virtute Romana, statim desperavit armis: seque ad dolos contulit. Nam interemptos cremavit: captivosque indulgenter habuit, & sine pretio restituit. Missisque deinde legatis in Urbem, omni modo annexus est, ut in amicitiam reciperetur. Sed bello & pace, foris & domi, omnem in partem Romana virtus tum se adprobavit: nec alia magis, quam Tarentina victoria ostendit populi Romani fortitudinem, senatus sapientiam, ducum magnanimitatem. Qui enim illi fuerunt viri, quos ab elephantis primo prælio obrutos accepimus? omnium vulnera in pectore: quidam hostibus suis immortui: omnium in manibus enses: & relicta in vultibus mina: & in ipsa morte ira vivebat. Quod adeo Pyrrhus miratus est, ut diceret: Quam facile erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis? *Quæ autem eo-*

*rum,*

aciem fluctuantem, ad sua castra dubio adhuc Marte recurrisse M. Curio prælium conferente, dum elephantum furorem milites Romani in rectores proripant, & in hostium aciem repellant, magna strage Pyrrhum devictum fuisse. *Stadius.*

Post primam victoriam] Ideoq; dixit, altera sibi pari victoria haud esse opus. mirum optimum quemque suo ex exercitu occubuisse cernebat. Hoc ipsum etiam Annibalæxis ad Cannas Rom. usurpasse fertur, apud Appian. de bell. Annib. pag. 328. *Freinshemius.*

Seque ad dolos contulit] Nempe; ubi non sufficit leonina pellis, adsumenda est vulpina. Plutarch. in Laconicis c. 94. *Captivosque &c.*] Sicut prius Alexander (cujus dicta factaque æmulus hic erat) Scythis hostibus captivos omnes sine pretio remisit, ut fidem faceret, sibi cum ferocissimis gentium de fortitudine, non de ira, fuisse certamen. auctor Curtius 8. 7. *Freinshemius.*

Quæ autem eorum &c.] Frequentia talis constantiæ exempla, etiam Annibali confessionem hanc extorserunt, ut diceret: cum eo nimirum hoste res est, qui

*nec*

rum, qui superfuerunt, in reparando exercitu festinatio? Cum Pyrrhus idem. O me, inquit, plane Herculis sydere procreatum, cui quali ab angue Lernæo, tot cæsa hostium capita de sanguine suo renascuntur. Qui autem ille senatus fuit? quum perorante Appio Cæco, pulsus cum muneribus suis ab Urbe legati, interroganti regi suo, quid de hostium sede sentirent, Urbem templum sibi visam, senatum regum confessum esse, confiterentur. Qui porro ipsi duces?

nec bonam nec malam fortunam ferre potest: seu vicit, ferociter instat victis, seu videns est, instaurat cum victoribus certamen. Liv. 27. 16. Et iterum in oratione ad Antiochum apud Justin. 31. 6. Cum Romano, seu occupaveris prior aliqua, seu viceris; tum etiam cum victo & jacente luctandum. Simile Pontii telamonium apud Livium 9. 3. Ea est gens Romana, que victa quiescere nesciat, &c. Adde Horat. lib. 4. Ode 4. *Idem.*

Herculis sidere] De quarta Luna singulare hoc legitur, quod, ex Genethliacorum doctrina & præceptis, illa natalis laboriosam acturi sint vitam, quemadmodum de Hercule prodit Eustathius. Tales apud Suidam τετραδιδου vocantur, qui quarta Luna editi laboribus periculisque adsiduis, ut alteri Hercules, involvuntur. *Herculis sidus* apud Florum, nihil aliud quam quarta Luna. Adagium ἐν τετραδιδου γεννηθεις ab aliis explicatur. Hac Excellentissimus in compluribus disciplinis Paulus Merula. *Cosmogr.* 1. 22. 7. Adde Erasmus Adag. 1. 1. 74. & Gilbertum Cognatum adagio 49. Alio sensu est sidus Hercules apud Plin. 2. 8. & Apulejum de mundo. *Freinshemius.*

Appio.] Appii Cæci oratio apud Plutarchum in Pyrrho extat. Cinea namque orator eloquentissimus erat missus à Pyrrho legatus ad Senatum

pacis causa, quando Romani prælio ad Sirin urcunque fracti erant: agebatque Cinea pacem iis conditionibus, quod Pyrrhus in Urbem reciperetur. Mox Appius & cæcus & senex in Senatum sese iussit deferri, & sua oratione obtinuit, ne Pyrrhus reciperetur. *Stadius.*

Legati.] Legatum hunc Cinea Demolthenis discipulum fuisse apud omnes constanter scriptum invenio: nec minus ipsum eloquentia, quam Pyrrhum armis confecisse: sed victum fuisse Romanorum integritatē & continentia, qui munera & eloquentiam cum paupertatis gloria conjunctam solum admirabantur. Eum, aut ipsius collegas, pulsam ab Urbe fuisse nusquam legi: quare Florus legatos cum muneribus ab Urbe pulsos, pro repulsis, aut non receptis, per elationem aut certe amplificationem dixisse videtur. *Idem.*

Senatum regum esse confiterentur] Suspicionem meam non frustra cecidisse gaudeo qua semper suspicatus sum aliquod huic loco deesse. Cum enim hoc legatorum responsum ita Plutarchus expresserit, ως ἡ σύγκλησις αὐτῶν βασιλέων παθῶν σπείδριοι, vere mihi persuadebam desiderari hic vocem aliquam ἰσθόρον illi σπείδριοι. Nec secus fuit. Nam in Nazariano

*duces? vel in castris: quod medicum venale caput regis offerentem, Curius remisit: Fabricius oblatam sibi a rege imperii partem repudiavit. vel in pace: quum Curius fictilia sua Samnitico præferret auro; Fabricius decem pondo argenti circa Rufinum consularem*

exemplari fidelissimo lego: *Senatum regnum Deum esse.* Unde itatim faciebam: *Senatum regum sedem esse.* Nec aliter ferme Livius, quamvis pars eus historię quo gesta Pyrrhi cum Romanis descripsit, vulgo deperdita sit. Libro tamen 1. x. ad illud dictum legatorum Pyrrhi alludens ita scribit: *Ne singulos nominem, senatus ille, quem qui ex regibus constare dixit, minus veram speciem Romani senatus cepit.* Qui senatum igitur Romanorum regum esse confessum dixit: ex regibus eum constare intellexit. Ita enim Plutarchus expressit, *βασιλέων εἰναυ σωέδριον.* Floro senatus regum sedes dicatur, si scripturam Nazarianam emendamus quæ diserte & clare exhibet: *Senatum regnum Deum esse.* Quod cur sollicitemus, fortasse causæ non est. Aliud certe sequutus videtur noster Annæus. Cum enim hoc dictum referens, urbem templum visam esse legatis memoret, nihil minus de senatu pronuntiare debuit quam eiusdem templi veluti deos esse. Dixeris ergo Urbem Romæ templum esse, *senatum regnum Deum.* Senatores nempe quasi deos in illo templo regnare. Sic Galli cum urbem intrarant à se captam senatores in curulibus sedentes quasi genios quosdam venerati sunt. *Salmast.*

*Medicum*] Hanc Historiam præter cæteros lege apud Val. Max. 6. 5. 2. & latius apud Agellium 3. 8. Dictus autem est medicus hic Timochares. Multa Curius offic. 3. 22. *Freinshemius.*

*Curius*] Imprudentia quadam aut securitate scriptoris, *Curium* pro *Fabricio* positum esse credo: quia consule Fabricio insidias medici Pyrrho sig-

nificatas esse, constanter omnes habeo auctores: sed in isto diversa est opinio: num controversia, fueritne Fabricii imperio medicus suo domino remissus, an ipsius medici litteræ ad Fabricium data: eundem, fueritne ex Senatus auctoritate alterutrum confectum: magnam etiam esse de medici nomine dissensionem, apud Gellium libro 3. leges. *Stadius.* De re non ambigitur, circumstantiæ variant, ab utroque Cos. remissum Cl. Quadrigarius apud Agell. 3. 9. auctor est, à toto senatu Valerius Antias, quum alter Valerius sequitur. Alii Fabricio tribuunt. Cicero citato loco Plutarch. in apophth. ejus. Frontinus 4. 4. Claudianus de bello Gild. vers. 270. Livius 39. 51. indistincte, *horum patres Pyrrho regi hosti armato, exercitum in Italia habentibus à veneno recitet, prælixerunt.* Amulatus autem est factum hoc Tiberius Cæsar, referente Tacito 8. 3. *Freinshemius.*

*Fictilia sua*] Hanc historiam scribunt passim omnes, Lege Val. Max. 4. 5. 5. Agell. 1. 14. Plin. 33. 12. Aug. Civit. 5. 18. Plura in annotationibus Claudiani ex Juvenale, Virgilio, cæteris. *Camers.* Samniticum aurum à Curio contemptum fuisse Ciceronis quoque Cato adfirmat, & scriptor de vir. illustr. maximaque pars scriptorum. Alii eam continentiam laudem Fabricio adscribunt, sed iterum in eo dissident, quod nonnulli munera Pyrrhi regis à Fabricio contempta fuisse; alii Samniticum liberalitatem à Curio non fuisse receptam referunt. *Stadius.*

*Fabricius*] Fabricius censor cum Emilio Papa anno Urbis conditæ

CLXXXVIII.

*virum, quasi luxuriam censoria gravitate damnaveret. Quis ergo miretur his moribus, virtute militum, victorem populum Romanum fuisse? unoque bello Tarentino intra quadriennium maximam partem Italia, fortissimas gentes, opulentissimas urbes, uberimasque regiones in ditionem redeigisse? At quid adeo fidem superet, quam si principia belli cum exitu conferantur: Victor primo prælio Pyrrhus, tota tremente Campania, Lirim, Fregellasque populatus, prope captam Urbem à Prænestina arce prospexit: & à vicésimo lapide, oculos trepidæ civitatis, fumo ac pulvere implevit. Eodem postea bis exuto castris, bis*

saucio,

CDLXXVIII. Cornelium Rufinum, bis consulatu. & semel dictatura functum senatu movit, quia decem pondo argenti facti, hoc est, argenteorum valorum haberet: strenuum alioqui ducem, sed furacem avarumque: recitat etiam discerium Fabricii in Rufinum, Ciceronis Orator lib. 2. Plutarchus ab hoc Rufino oriundum esse Sullam dictatorē testatur. *Stad.* Loquitur de hac censoria nota etiam Ovid. Fast. 1. 208.

*Et levis argenti lamina, crimen erat.* itemque Seneca de vita beata cap. 21. *saeculum illud, in quo censorium crimen erant pauca argenti lamellæ:* Alia censoria gravitatis exempla lege apud Plin. 18. 3. & 6 Agell. 4. 20. Livium 41. 27. 2. Vell. 1. 10. 6. & 2. 10. 1. *Freins.*

*Quadriennium*] Sexennium fuit, nam corruptum est bellum cum Tarentinis anno Urbis conditæ CDLXXIII. de bellatum cum eisdem, rege Pyrrho ab Italia expulso anno. V. C. CDLXXV. Sed Tarentini nondum omnino fracti ob Milonem, qui à Pyrrho cum præsidio Tarenti relictus erat, (postquam Pyrrhi regis mortem comperissent) Carthagenensium auxilia evocarunt, Tareuto tandem à Romanis expugna-

to pax ipsi & libertas data est, L. Papiro Cursore 11. & Sp. Carvilio 11. Cos. anno Urbis conditæ CDLXXXI. Maximaque Italiae pars jam devicta erat: venerant namque in populi Romani potentiam Tarentini, Samnites, Lucani, & paulo ante etiam Etrusci. *Stadius.*

*Si principia belli*] Non igitur temere cedendum est iniquis. Habet eas vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, secunda ex adversis nascantur. Mars communis & victum sæpe erigit & affigit victorē. Infirmi sæpe ingenii est lapsu aliquo sumæ rei diffidere, cum exiguis momentis subito inclinentur omnia quæ in bello geruntur. *Zerecotins.*

*A vicésimo lapide*] Quod hic vicésimo lapide definit, Plutarchus ad trecenta stadia extendit, hoc est, duplere ratione. Flori tamen numerum esse quam Plutarchi exactiorem Geographiæ ratio confirmat: cum regem Pyrrhum Florus à Prænestina arce urbem prospexisse dicat. Præneste distabat ab Urbe ducentis fere stadiis, teste Strabone, qui numerus ut ad Florum propius accedit, ita & dimensionis terrestri propius convenit. *Stadius.*

saucio, & in Graciam suam trans mare ac terras fugato, pax & quies; & tanta de opulentissimis togentibus spolia, ut victoriam suam Roma non caperet. Nec enim temere alius pulchrior in Urbem, aut speciosior triumphus intravit. Ante hunc diem nihil, nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidisses: tum si captivos aspiceres; Molossi, Thessali, Macedones, Bruttii, Apulus, atque Lucanus: si pompam, aurum, purpura, signa, tabule, Tarentinaeque deliciae. Sed nihil libentius Populus Romanus aspexit, quam illas quas timuerat, cum turribus suis belluas: quae non sine sensu captivitatibus, summissis cervicibus victores equos sequebantur.

## CAP. XIX.

## Bellum Picenum.

**Q**uoniam mox Italia pacem habuit. Qui enim post Tarentum auderent? nisi quod uliro persequi socios hostium placuit. Domiti ergo Picen-

Molossi, &c.] Molossi, Thessali, Macedones, populi Graeciae celeberrimi, qui contigua fere regna habitabant. Molossi Pyrrho regi parebant; Epirotarum populi, Thessali & Macedones merebant.

Bruttii Apulus, Lucanus: extrema Italiae versus ortum habebant, Tarentinis confederati Lucani, erant Picentini proximi, isti Bruttii in magna Graecia, quibus ad superum mare transversa fere latera clauderent Apuli. Stadium.

Cum turribus suis] Hoc anno nimirum

CDLXXIX. primum ducti sunt in triumpho elephantum, ut notant Plin. 8. 6. & Seneca de brevitate vitae cap. 13. Freinshemius.

Non sine sensu captivitate] Sensus hic non ita ut solet accipitur, sed pro intellectu; sicut in illis Plinii 9. 42. nitor, quosdam existimasse aquatilibus nullum inesse sensum, & apud Seneca de brevitate vitae c. 13. Ille otiosus est, cui otiosi sensus est: hic vero semivivus, cui ad intelligendos corporis sui habitus indice opus est. Id.

Picenum] In Picentes bellum movisse anno Urbis conditae CDLXXCIV.

autorem habeo Eutropium, Q. Ogulnino, C. Fabio Pictore cons. quibus etiam

Picentes, & caput gentis Asculum; Sempronio duce: qui tremente inter praelium campo, Tellurem deam, promissa aede, placavit.

## CAP.

iam argentum Romae primum esse signatum Pinius & Epitome xv. testantur, quinque annis ante primam bellum Punicum. Causam huius belli accepimus ex Floro fuisse, quia Picentes arma cum Tarentinis sociasset: victores esse Picentes proximo anno, cons. Sempronio Sopho, & Ap. Claudio, idque maximo & laboriosissimo praelio Orolius testatur. De his triumphatum esse, ferries Triumphorum indicat. Stadium Picenum non alias temere legi nisi pro nomine ipsius provinciae. Nam Picenum Annonarium & Picenum suburbicarium dicitur caput ubi in duas provincias ea regio divisa est sub ultimis imperatoribus. Picenum igitur est provinciae nomen. ἰθὺνδὸν inde est ferries Picenicus. Sed Picens pro eo ac Picentinus dicitur veteribus. Et recte hic optimus Nazarianus scribit: Bellum Picens. Sic Plauto Campanus genus pro Campano. Sic vetustissimi Lucanus pro Luciano. Atque inde Lucas pro eodem & Luca: Hinc bos Lucanus vel Lucas Elephantus dicitur praefectis Romanis, quod in Lucania primum visus esset. Ex eo per corruptionem appellari caput bos Luca, qui prius appellaretur Bos Lucanus vel Lucas. Salmastius.

Qui enim post Tarentum auderent.] Nempe ubi fortior & potentior victus est; alii debiliores victorem lacessere meruunt. Et eodem fonte est, quod infra 2. 7. dicit; Post Carthaginiem vincinoninem puduit. Et illud alterum 3. 4. ubi quasi mirabundus, Post Macedonas, si Diis placet, Thracas rebellabant, ipsi quondam tributarii Macedonum. Sic infra 4. 2. Freinsh.

Socios hostium] Nam duobus potissimum modis ex obliquo pax laeditur; cum aut nostri socii infestantur, aut

hostes adjuvantur. Quod alicubi apud Livium Aetolis, an aliis quidam Romanus objicit. Ipseque Senatus legatus Philippi, apud eundem victorem 30. 42. Ita apud Tacum. 1. 6. Corcyrenes Cyllenen, ubi erant navalia Eleensium, incendunt, quod naves pennisque Corinthiis praebuissent. Idem.

Picentes] Hi populi quintam Italiae regionem occupabant: quondam uberissima multitudo, ut 360000. Picentium in P. R. potestatem aliquando venerint, si verus est Plinius, habitantque inter Rubiconem & Aufidum fluvios ad litora maris Adriatici. Sunt & Picentini Italiae populi, qui ab ortu Lucanos & Sibarim fluvium, a tergo Aufones & Sarnum habent, a latere mare Tyrrhenum. Suntque Picentium coloni, teste Strabone quorum isti Picentes, illi Picentini, frequentius dicuntur. De Picentibus triumphatum esse ab utroque Consule, Sempronio Sopho, & Appio Claudio, Triumphorum ferries prodit anno v. c. CDXXCV. Stadium. Asculum] Asculum Oppidum Picentium Apulorum, situm erat loco natura munitissimo, muro etiam & montibus vix ulli exercitui penetrabilibus inclusum, teste Strabone lib. 6. nobile etiam ob praelium Pyrrhi & Fabricii ibidem confertum. Idem.

Tellurem deam] Veritissimum Graecorum Melisseus, Jovis nutritor, Tellurem Vrani uxorem colere instituit. Lege Lactant. 1. 22. De ejus in urbe Rom. aede. Plin. 34. 9. Val. Max. 6. 3. 1. Multa Augustin. Civit. 4. Plura Macrobius Saturn. 1. Camers. Terram matrem etiam Persae colere, Herodot. in Clio. & Scythae, Idem in Melpomene. & sub nomine Herthi etiam Germani, esse Tacito Germ. 40. 3. Freinsh.

## Bellum Sallentinum.

**S**allentini Picentibus additi, caputque regionis Brundisium in clyto portu, Marco Atilio duce. Et in hoc certamine, victoria pretium templum sibi pastoris Pales ultro poposcit.

## C A P. XXI.

## Bellum Volsinense.

**P**ostremi Italicorum in fide mansere Volsini, populentissimi Etruscorum, implorantes opem adversus servos quondam suos: qui libertatem

**S**allentini.] Sallentini peninsulam illam incolebant, cujus Isthmū sinus Tarentinus & Brundisius ad occasum constringunt, ad latitudinem unius diei itineris, porrigitur; longa fronte in ortum: eam peninsulam confusus Messapiam, Iapygiam, Calabriam & Sallentinam ab auctoribus vocari Strabo auctor est, victos quoque Messapios esse proximo anno, Triumphorum ferias testatur. Quatuor quidem Coff. de Sallentinis triumpharunt, quod biennio fere hoc bellum fuisse prodit, nec Atilio Regulo & J. Libone Consulibus comdomitos esse: sed anno sequente quando Coff. Junius Pera. N. Fabius Pictor de Sallentinis & Messapiis triumphum egerunt, in deditionem fuisse receptos, anno V. condita cōlxxxvii. Causam quoque hujus belli non invenio, nisi Tarentini etiam istos in societatem receperint, & hoc armis vindicatum populus Romanus jusserit.

Zonaras populum Romanum opinatur invitatum esse ad causas belli, ut portus Brundisini commoditate potiretur. *Stadius.*

**Brundisii.]** Brundisii portum elegantissime Strabo lib. 6. describit. dicitur à Roma in ortum æstivum millia passuum trecenta sexaginta, estque ex Brundisio navigatio commodissima ad transmarina loca, Epirum, Græciam totam, ad Epidamnum, Illyricas & Macedonicas gentes. Idem Strabo *Epitriçiov* Messapiorum vocabulo cornu cervinum significare asserit, & *Epitriçiov* quod Latini Brudisium, à sitis, quam habet cum cornu cervini figura similitudine, appellatum esse. *Stadius.*

**Pastoria Pales.]** De Pale Dea abunde omnes. Lege tamen Ovid. *Fast.* 4. 719. Plura Servius *Georg.* 3. in pr. & Solinus circa princ. *Camers.*

tem à dominis datum, in ipsos erexerant: translataque in se republica, dominabantur. Sed hi quoque, duce Fabio Gurgite, pœnas dederunt.

## C A P. XXII.

## De Seditioibus.

**H**ec est secunda etas populi Romani, & quasi Adolescentia, qua maxime viruit. & quodam flore virtutis exarsit, ac serbuit. Ita, que inerat quaedam adhuc ex pastoribus

**I**n fide mansere] At quando victi aut adeo amici Romanis? nihil certius est, quam sequendum Jordanem Bibliothecæ in fidei venire pro quo hæcenus vulgata: in fide munere, corruptæ quidem sed propià à vero quam Annæana. *Gruterus.* Livius tamen lib. 5. & 10. & Zonaras *Annal.* tom. 2. (ubi tamen *ἐλαττις* legitur, pro *ὀλοτατις*) bellorum cum iis & fœderis memiverunt: Quo tamen non obstante Gruteri iudicium sequor: ideo, quod in fidei venire, idem est quod in ditionem, potestatem, nec de iis qui fœdere tantum juncti sunt, apte dicitur, sicut in fidei accipere; præterea putida foret oratio, postremi in fide mansere, significaret enim omnes Italos descivisse à Romanis ante Volsinios. *Freinshemius.*

**Ibid. Translatæque in se Rep.]** quod fere accidere solet, ubi diversi ordinis aut religionis adeo, viri, magistratus irrepunt. Sensim enim alios aliosque suæ factionis adlegendo, cum vires adquisiverit, oppressis diversis sentientibus, suæ potestatis Rempubl. faciunt. *Idem.*

**Duce Fabio Gurgite]** Duce belli Vulsiniensis Fabium Gurgitem fuisse, præterquam apud Florum, nusquam me legere memini: nam Fabii etiam quem sine cognomine Zonaras prodit, in oppugnatione urbis Vulsiniorum occisum esse refert. Consulem deinde qui Vulsiniensium mancipia expugnata in potestatem redegit, non nominat, eum verisimile est fuisse M. Fulvium, qui consul de Vulsiniensibus triumphum egit, anno Urbis conditæ cōxxxix. Scriptor de viris illustribus cap. 36. imperatorem hujus belli Decium Muræm vocat: prælio victus, inde obseffos, expugnatos, & summo cruciatu enecatos esse, urbemque everfam, idem Zonaras prodit. *Stadius.* Civitas everfa fuit, servi non sine cruciatu, occisi. Sed an non Vulsiniensibus qui opem Romanorum implorantibus urbs integra debuisset restitui? Is certe qui alterius auxilium petit, non ideo transit in alterius potestatem. Aliud est, se dedere omnino, aliud amicorum aut Sociorum opera se restituere velle in integrum. *Zeyecotius.*

**Seditioibus]** Laboravit etiam inestimo malo Romanus populus, seditioesque domi forisq; concitavit. Fo-

ris, quando P. Postumum Tribunum consulari potestate ob crudelitatem lapidibus obruit. Iterum, quando Ap-

*bus feritas, quiddam spirabat indomitum. Inde est, quod exercitus Posthumium Imperatorem, inficiantem, quas promiserat prædas, facta in castris seditio, ne, lapidavit: quod sub Appio Claudio noluit vincere hostem, quum posset: quod duce Volerone, detrectantibus plerisque militiam, fracti consulis fasces: inde, quod clarissimos principes, quum adversaren-*

prii Claudii Consulis ferocia miles irritatus vinci a Volscis voluit. sed Appius consulari imperio in legiones animadmittit, & decimum quemque fulte, centuriones qui ordines deieruissent, securi percussit. Domi quidem Volero Pubilius in delectu citatus, quia ordines duxisset, negabat se militem fieri debere. Coss. licitore missio hominem spoliari, virgasque expediti jubent: ille ad populum provocat, crescente deinceps certamine, violantur licitores, facibusque fractis è foro in curiam compelluntur. Volero anno sequente Tribunus plebis creatus est. *Stadius.*

*Ita que inerat &c.* Quod auctor seditionem harum causam facit, aggresses populi novi mores, nec satis adhuc subactos & mitis; resutant illæ, quæ ferocissimis temporibus accidere, nec pauciores istis, & asperiores multo, quarum ipse Florus infra 3. 14. &c. meminit, & Val. Max. l. 9. toto c. 7. *Freinsh.*

*Posthumium*] Vide Livium 4. 50. Idem postea accidit. Q. Pompeio, testes Valer. Max. citato loco, Velleius 2. 20. Liv. epit. 77. 2. *Idem.*

*Noluit vincere*] Immo non vincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus, sed vinci voluit. Livius 2. 59. 2. Adde Dionysium 9. 60. & Val. Max. 9. 3. 5. *Idem.*

*Volerone*] Historiam habet Livius 2. 55. & seqq. Dionys. 9. 47. Sed hoc etiam postea accidit, cum jam longe abessent à pastoribus; nam & Pisonis Cos. fasces fracti sunt, Dio lib. 36. & Bibuli. Appian, de bell. Civil. 2. *Freinsh.*

Libri omnes scriptum habent: *Volero Nerone.* Haud scio utrum ab antiquario an ab auctore hic error. Potuit sane in hoc nomine aliter concipiendo memoria labi auctor ut sæpe in aliis lapsus deprehendi. Volero autem Pubilius hic Tribunus plebis vocabatur. Sed Florum absolvit & culpam in librarium transfert, quod moris ei non est pluribus aliquem nominare nominibus. Aliquando solo nomine utitur, interdum vel prænominem ut in hoc Volerone, & infra cum *Spurium* tantum nominat ex solo prænominem qui Spurius Malius erat. *Salmastus.*

Is quia ordines ante duxerat, negabat se militem esse debere: cumque Consules virgas expediti iussissent, à populo, ad quem provocabat Volero, fasces fracti fuere, ipse anno sequenti tribunus plebis creatus. At Voleronis facinus & tuentis eum populi laudare non possum. Vere scribit Aristot. civium quemque se non suum sed civitatis esse putare debere. Bono nempe civi id imprimis incumbit ut sciat ac possit & parere & imperare. Boni igitur civis nomen non meretur, qui dum secundo vento res feruntur, semper paratus, adversis Reip. se subtrahit. & parere vel imperare detrectat. Si enim verum est quod Aristoteles ait, non volenti modo sed nolenti quoque atque invito munus, modo non indignus sit, esse committendum, idque istud è re Reip. (cujus salus suprema lex est) esse creditur, ægre ferre non debent ulli si post

majo-

*tur voluntati suæ, exultatione multavit. Ut Coriolanum colere agros jubentem: nec minus ille ferociter injuriam armis vindicasset, nisi quod jam inferentem signa filium, mater Veturia lacrimis suis exarmavit. ut ipsum Camillum, quod inique inter plebem & exercitum divisisse Vejentem prædam videretur. Sed hic melior obsessis in capta Vrbe consenuit; & mox supplices de hoste Gallo vindicavit. Cum Senatu quoque vehementius a quo bonoque certatum est; adeo, ut re-*

*lictis*

maorem dignitatem, otium iterum suum cum minori commutare jubeantur. Romani aliquando Consules, magistratu defuncti, successores suos sequebantur, & in eadem provincia aliorum Legati erant, in qua ipsi antefuerant Imperatores: Sic victor Carthaginis Scipio voluntaria legatione comitatus fuit fratrem cum Antiocho pugnaturus. *Zerocotius.*

*Ut Coriolanum colere agros jubentem*] Opinor hoc illum velle. Per secessionem plebis agri inculti manserant. Inde nonnihil caritas. Cujus levandæ gratia frumentum primo ex Etruria veniit quo plebs sustentata est. Deinde & ex Sicilia magna vis frumenti advecta. Quo tempore agitatum in senatu dicitur, quanti plebi daretur frumentum. Hoc faciebant ad plebem premendam ut hac injuria coacta jus patrum patribus redderet, quod secessionem extorserant conditione oblata laxandæ annonam. Tum plebis inimicus Coriolanus in oratione quam habuit in senatu inter alia hæc verba fecit: *Audete dicere hoc malo domitos ipsos potius cultores agrorum fore, quam ut armati per secessionem coliprobibent.* Inde noliter hoc loco, posuit: *Coriolanum colere agros jubentem.* Salmast. Cultura agrorum per seditiones primo, mox frumentarias largitiones omittebatur. Cui po-

steriori causam neglectæ agriculturæ Tacitus etiam imputat, & Augustus apud Sueton. in vita cap. 42. *Freinsh.* Coriolanus Marcus contumacia quadam plebis judicium contemnens, exsilio multatur, quam injuriam ulturus Volscorum exercitu usus patrum bellum infert gravissimum, à cujus oppugnatione matris suæ pietate & lacrymis deterritus est, ipse sibi mortem tandem adfert; vel, ut ab aliis proditum, in insidiis Tulli Volscorum ducis occiditur, quia adiutorem contra patriam inveniret neminem. Hujus casum cum Themistocle Cicero comparat. *Stad.*

*Nec minus &c.*] Historiam lege apud Liv. 2. 31. &c. Dionys. 3. 12. &c. Val. Max. 5. 4. 1. Ad hujus sorte exemplum *Populus Mutiam Sex. Pompeii matrem minus adegit, ut legationem ad eum susceperet.* App. de bell. Civil. l. 5. *Freinsh.*

*Camillum.*] Furius Camillus in iuste & per civium suorum ingratum in iuste, die ipsi dicta à L. Appulejo Trib. pl. ob prædam Vejentanam non satis æque distributam, in exsilium Ardeam abiit: absens quindecim millibus gravis aris damnatus est; ipse tamen hujus injuriz oblitus, patriam è Gallorum manibus eripuit, Urbemque liberavit: uti jam de bello Gallico dictum est. *Stad.*

*Sed hic melior obsessis in capta vrbe consenuit.*] In quibusdam reperitur *consenuit,*

*consenuit,*



*lictis sedibus solitudinem & interitum patria suamimaretur.*

## C A P. XXIII.

**P**rima discordia ob impotentiam sæeneratorum: quibus in terga quoque serviliter sevientibus in Sacrum montem plebs armata secessit:

*fulsit, sed inepte. Non enim consuluit obfessis Camillus, sed cum jam auro recessum suū venditasset barbari, jamque Romani obsidione liberati essent ex pacto quod cum Gallis pepigerant, supervenit Camillus aurum adpendentibus & statim occasione data in barbaros irruit, et eosque urbe expulit. Sed demus cum obfessos aliquatenus adjuvissit, quid illis fiet aut quo referentur, que sequuntur, & mox supplices de hoste Gallo vindicavit. Quomodo hæc exponemus? Quid igitur vult scripta lectione auctor? Hoc nisi fallor. Dixit principes clarissimos aliquot, qui adversari erant voluntati plebis, exilio multatos esse. Duos recenset nominatim Coriolanum & Camillum qui id passi sint. Et Coriolanum quidem ut injuriam vindicaret, arma patris intulisse, quem vix mater lacrimis exarmaverit. At Camillum meliorem, confensuisse in capta a se urbe, Vejis nempe, quo exulatum concesserat, unde postea tamen ultor suis civibus advenit quos de hoste Gallo vindicavit. Ceterum quod ait in capta urbe confensuisse, non ad moram aut longum tempus exultationis referendum est, sed ad mælitiam, tædium languoremque, & iners otium, que senio afficiebant hunc*

**P**rima discordia. ] Primam plebis secessionem ex dominatione nimia patriciorum proritatam fuisse, & pro libertate, ut cives ob æs alienum nexos

virum. Præterea hoc sumptum è Livio qui lib. V. de Camillo exule cum audisset Romanos intra Capitolium à Gallis compulsos, ita scribit: *Qui messim ibi fortuna publica quam sua, cum diis hominibusque accusandis senesceret, indignando mirandoque ubi illi viri essent qui secum Vejios Faleriosque capissent.* Inde igitur sumpsit Annus quod hic ait Camillum in urbe capta confensuisse, mærore nempe, ac tædio & indignatione, non ætatis exactæ vitio. Hinc Senium sæpe Latini pro re ingrata & odiosa dicunt. Fatendum tamen est non idem dicere Horum etsi idem fortasse dicere voluit. Nam cum dicat Camillum in capta urbe confensuisse, quis non intelligat ibi extremum ætatis tempus consumpsisse ac senectutem exegisse? At qui falsum est tantum temporis in exilii loco contrivisse Camillum ut dici queat ibidem confensuisse. At recte Livius, cum inquit ibi Camillus mærore ac tædio, Diis hominibusque accusandis ob res patris afflictas senesceret. Senescebat inquam: ibi Camillus cum illa pateretur que homines ante diem senio mature afficiunt, aut ut Græci Ποῦτῆρ loquuntur *ἀπὸ τῆς γῆς αἰ δὲ δῆσος*, at non confensuit. *Salm-*

assererent invenio: qui enim creditoribus solvendo non erant, ipsis addicebantur, ut in nervo & compedibus vitæ cti essent, quousque apud credentes

*ægreque, nec nisi Tribunos impetrasset, Menenii Agrippæ sacundi & sapientis viri auctoritate, revocata est. Extat orationis antiquæ satis efficax ad concordiam fabula, qua diffedisse inter se quondam humanos dixit artus, quod omnibus opere fun-*

gen-  
serviando nomina liberaissent. Atque cū in addictos etiam crudelior creditorum dominatio serviret, Patresq; de nexis liberandis expectationem plebis sæpius frustrati essent, plebs armata a Coss. decessit duce Sicinio in montem Sacrum, (qui trans Anienem distabat ab Urbe ad tertium milliari) ibiq; hæsit anno fere uno, quousq; à Patribus sacratam legē extorqueret. h. e. ut ipsis è plebe magistratum suum creare Tribunus pl. liceret, qui plebē ab injuria Patriciorum defenderet: ut nemini patricio eum magistratum capere liceret: ut ipse magistratus sacrosanctus esset, h. e. si quis Tribunum pleb. verbo aut factō violaret, ipsum impune occidit posse, ac sacrum esse. idque accidit anno post exactos reges, ut testatur Ciceronis Brutus decimosexto. De numero Tribunorum plebis statim ab initio creatorum sibi non constant auctores, ut nec etiam de nomine apud Livium. Piso testatur primum duos creatos esse: quinque autem creati corpore anno Urbis conditæ, c. l. x. x. x. i. factis constat. Decem vero an. v. c. cævi. ad quem numerum deinceps semper stante Republica creati sunt. Quod ad nexum attinet, deserunt necti cives Romani ob æs alienum anno v. c. c. x. x. v. i. idque ob L. Papirii libidinem & contumeliam in C. Publilium: bonaque debitoris tantum creditoribus obnoxia erant, corpus à nexu liberabatur. *Stadius.*

**Ob impotentiam sæeneratorum.** ] Tacit. graviter scribit. *Vetus urbi senebre malum, & seditionum discordiarumque, creberrima causa.* Pauperes enim id ple-

rumque affligit, ideoque usuras divino jure prohibitas esse, civili tantum permitti multi existimant. Ego sic puto: pro sæeneratoribus habendos non esse qui quod honeste lucrati sunt, sub modico lucro alteri utendum concedunt: non enim alia mutui ratio esse debet, quam commodati; pro usu autem rei pretium exigere, nullo jure est illicitum, aliud tantum nomen induit contractus. Verum ista in re loci, ubi agimus, consuetudo servanda est: que, si compensatio ejus quod abest aut abesse potest spectetur, cum naturali aut divino jure non pugnat. At si modus excedatur, vel imputantur usuræ in fortem; vel ut aliquarum provinciarum mos est, nihil exigi potest. *Lepecol.*

**Sacrum.** ] Quoniam Jovi fuerat consecratus. Trans Anienem fuit tribus milliibus passuum ab Urbe.

**Tribunos.** ] Tribunatus est plebejus Magistratus in Rep. Romana, quovis alio major, & sacrosanctus, cum in finem institutus, ut plebes tutior esset contra vim & injurias Consulium, ac Senatorum horum decretis, legibus & consultis intercedendi, ac injuriam plebi inferentesprehendendi, inque carcerem mittendi, invictam habens auctoritatem. *Boxhornius.*

**Fabula.** ] Hanc narrat Val. Max. 8. 9. 1. & Auctor de vir. Illustr. cap. 18. Livius ubi supra. Val. autem Max. vocat hunc *Valerium*, non *Menenium*, *Agrippam*. Meminit Agell. 17. 21. *Camers.* Huc etiam respexisse videtur Antoninus Imp. de vita sua lib. 1. *et unus alterum juraret in suo opere, eo nati sumus, ut manus, ut pedes, &c.* *Freinsli.*

gentibus, solus venter immunis ageret: deinde moribundos à sejunctione rediisse in gratiam, quando sensissent, quod ejus opera redactis in sanguinem cibus irrigarentur.

## C A P. XXIV.

**S**ecundam in Vrbe media, decemviratus libido conflagavit. Allatas à Græcia leges, decem principes lecti, jubente populo conscripserant: ordinataq; erat in duodecim tabulis tota justitia: quum tamen traditos fasces regio quodam furore retinebant. Ante ceteros Appius eo insolentia elatus est, ut ingenuam virginem stupro destinaret, oblitus

& Lu-

**S**ecundam. Altera secessio pro pudicitia fuit. Decemviri legum scribendarum causa creati erant cum imperio consulari & sine provocatione. ut ipsi ex patrii moribus, peregrinisque legibus jus populi Romani selectum conscriberent, quæque ii scripissent, si Patres auctores fierent, & populus juberet, ea populum semper tenerent. Decemviri autem semel ita occupatam Rempublicam prætextu scribendarum adhuc legum, dominatione regia ad biennium mutua etiam conspuratione oppræsserant. sed Appii Claudii libido istam quoque servitutem excussit: dum enim ille exarsit in Virginiam plebejam puellam, omniaque clausa & obseptâ pudore experiretur, conatur etiam in servitute spe ipsius poriondæ asserere per Claudium clientem suum: sed L. Virginii pater filiam suam manu occidit potius, quam ea Appii libidini dederetur: ejus atrocitate plebs commota, castris relictis in Aventinum, mox in Sacrum montem secessit anno post reges exactos, sexa-

gesimo v. c. ccc. xv. Plebs autem paulo post placata est iis conditionibus, quod Tribuni plebis ipsi restituerent, abdicatisque Decemviri iterum Consules crearentur. Appius vero Decemvir sibi manus in carcere intulisse dicitur. *Stadius.*

*Decemviratus.* Decemviratus est summus, sed extraordinarius & annuo spatio definitus, in Romana Republ. magistratus, quo Senatorii ordinis nobilissimi viri decem, Legum scribendarum causa, donati, cæteris omnibus Magistratibus interea abrogatis, donec dein ex legibus restituerentur, Consularem & vere regiam, adeoque maximam, omnem Rempub. administrandi, deque privatorum contractibus ac causis omnibus cognoscendi, habebant potestatem *Boxhornius.*

*Duodecim tab.* De duod. tab. quando, & a quo editæ, Dionys. ubi supr. Agell. lib. 17. cap. ult. & lib. 20. cap. 1. Sæpissime habetur earum mentio in libris Digestorum, signanter tit. de O. l. Plura in fenestella tit. 29. Scriptæ autem fuerunt

& Lucretia, & regum, & juris quod ipse composuerat. Itaque quum oppressam judicio filiam trahi in servitutem videret Virginii pater, nihil cunctatus, in medio foro manu sua interfecit: admotisque signis commilitonum, totam eam dominationem obsessam armis, in carcerem & catenas ab Aventino monte detraxit.

## C A P. XXV.

**T**ertiam seditionem excitavit matrimoniorum dignitas; ut plebes cum patriciis jungerentur: qui tumultus in monte Janiculo, duce Canuleio Tribuno plebis, exarsit.

C A P.

fuerunt ab Hermodoro Epheso, cujus statua fuit Romæ in comitio. Auctor Plinius 34. 5. *Camers.*

*Juris quod ipse composuerat* ] Ita Pompejus apud Tacit. 3. 28. *suarum legum auctor idem ac subversor.* Contra consilium Lævini apud Liv. 26. 36. *Si quid injungere inferiori velis, id prius in te actuos si ipse juris statueris, facilius omnes o-*

*bedientes habeas.* & monitum Claudiani: *In commune jubet si quid, cense/re tenen- Primus jussa subi. &c.* (*dum,* Verum oppido pauci sunt, quibus vel aliorum consensus, (ut Lycurgo apud Justin. 3. 2.) vel ipsorum conscientia testimonio sit, (ut Cæcine apud Tacit. 3. 33.) *se que in publicum statuerent, domi servasse.* Freinshemius.

**T**ertiam seditionem. ] Legè à Decemviris quoque in xli. tabulis relatum esse ex Livio conitat, & Dionysius testatur: *Ne patriciis promiscua cum plebe connubia sunt,* idque ipsius Claudii decemviri odio in plebem factum fuisse: quam legem C. Canulejus Tribunus plebis non sine magnis Reipubl. motibus abrogavit, tulitque novam legem, ut patriciorum & plebejorum connubia promiscua essent: utcunque fremerent patricii, qui sanguinem suum contaminari, confundi jura gentium ea rogatione vociferabantur, qua tamen ad concordiam civium nihil devinctius esset. atque illa connubiorum communicatio plebi ad

honores aditum sua occasione aperuit, uti proximo capite notabimus. *Stad.*

*In monte Janiculo* ] In Janiculo connubiorum promiscuorum causa tumultum fuisse Canuleio duce, auctorem præter Florum haud facile invenias. Cerratam quidem eam ob causam seditione inter patricios & Trib. pl. contentionibus variis ex Livio constat: secessisse autem plebem in Janiculam propter æs alienum, post graves & longas seditiones anno v. c. c. l. x. vii. invenio, atq; a Q. Hortensio dictatore inde deductam, eumque legem tulisse in Esculetis: ut quod plebs jussisset, omnes Quirites teneret, nec aliâ tertie secessionis causam auctores recenserent. *Stad.*



*Quartam honorum cupido, ut plebeii quoque magistratus crearentur. Fabius Ambustus duarum pater, alteram Sulpicio patricii*

**Q**uartam, &c. ] Canuleii Tribuni plebiscitum primū lex de altero Consule è plebe creando promulgata est anno Urbis conditæ cccviii. idque ut dominationem patriciorum infringeret; tenuitque; ea contentio Patres plebemque annos fere octoginta, resque semper magnis motibus acta est. Patres autem statim lege promulgata. metuentes ne perferretur, C. Claudii auctoritate in eam sententiam ierunt, quod tres Tribuni militum consulari potestate ex patriciis, totidem communicatione honoris crearentur, facile plebs patrum auctoritatem iussit; sperabat namque fore, quia tot plebeii sese candidatos profiterentur, quod aliquorum ratio haberetur, & magistratum caperent: sed id frustra fuit, quia tres tantum & patricii omnes creati sunt; ipsæ plebs contenta fuit, propterea quod sui ratio in comitiis habita videretur, anno v.c. cccix. atque variis deinceps patrum cum plebe contentioibus, iterum consules è patriciis quadriennio sequenti creantur. Mox iterum evicit Trib. plebis contentio, quod Tribuni militum sex crearentur, atque spe iterum communicandi honoris magistratus istius cum plebe frustrati sunt: suntque proximo quadriennio, quæta plebe Tribuni que ejus, cons. è patriciis creati: sed assidue Trib. pl. conciones obunuerunt, ut Tribuni militum anno Urbis conditæ cccx. crearentur. petebant autem ex plebeis tres, totidem ex patriciis designarentur, sed patricii tres tantum creati sunt. quod & proximo etiam

anno usu venit, quibus cons. per quinquennium successere; inde Tribunos militum plebis certatio, vario & alternante cum cons. successu obtrinit, accrescente sensim. Tribunorum militum numero ad senarium, quorum terri patricii, totidem plebeii essent, idque; quindecim fere annis, ab Urbe condita ccciv. ad ccclix. Sed biennium proximum consulari fuit, cui successerunt sedecim annis Tribuni militum Cons. potestate, atque tunc mutata quoque Reipublicæ forma Tribuni plebis per quinquennium scditiose, in extero-rum magistratum solitudine dominati sunt. sed iis contentioem tandem de plebeio consule remittentibus, per comitia iterum creati sunt Tribuni militum; tenuitque is magistratus annos quatuor, quousque Tribuni plebis evicerunt, ut per comitia alter cons. è plebe fieret anno v.c. cccxvii. creatusque est primus è plebe consul L. Sextius Lateranus, huiusque legis patres auctores fuerunt, idque pro concessio ipsi alio magistratu, qui in civitate jus diceret, atque is è patriciis tantum creatus, prætor diceretur. creatusque fuit primus Sp. Furius Camillus filius, & ut Curules ædiles patricii tantum designarentur, convenerat. Iamque ordines in concordiam conciliati, honorumque communicatione moderata erat respublica, quia patebat vitæ nitenti per virtutem ad magistratus capiendos patricio æque atque plebeio, promiscuique deinceps plebi cum Patribus honores fuerunt. Dictator enim primus è plebe dictus est à ple-

*sanguinis dederat, alteram plebeio Stoloni. quæ quodam tempore, quod licitoria virgæ sonum ignotum pernatibus suis expaverat, à sorore satis insolenter irrisa, injuriam non tulit. Itaque nactus tribunatum, honorum & magistratum consortium, quamvis invito senatui extorsit. Verum in his ipsis scditionibus, principem populum non immerito suspexeris. Siquidem nunc libertatem, nunc pudicitiam, tum natalium dignitatem, honorum decora & insignia vindicavit; interque hæc omnia, nullius acrior cu-*

*stos,*

à plebeo consule Popillio Lenate, C. Marcus Rutulus ann. Urbis conditæ cccxviii. isque de plebe sibi equitum Magistrum cooperavit C. Plaurium; est tamen hic primus è plebe Magister equitum non fuerit, sed C. Licinius Stolo anno Urbis conditæ cccxxxv. à Dictatore C. Manlio primus è plebe dictus fuit, non sine gravissima Patrum in Manlium offensione, quod Manlius patricius certamina plebis cum Patribus tali occasione prajudicasse videbatur. Censorum Magistratus cum plebe evulgari cepit anno Urbis conditæ cdi. primusque Censor plebeius fuit C. Marcus Rutilus, qui primus è plebe Dictator fuerat, Prætura etiam plebeja facta est. Primumque Prætor è plebe creatus. Q. Publilius Philo an. v. c. dxvii. *Stadins.*

*Plebeii Magistratus*] Tribunatus militum consulari potestate extraordinarius est in Romana Republ. Magistratus, quem, quo Consulatus honos plebeiorum consortio non contaminaretur, & nihilominus satis fieret desiderii plebis, præcipuam dignitatem secum communicandam urgentis. pacis causa plures, tam patriciorum quam plebeiorum ordinis, consulari potestate donati, Tribunorum militum, non consulum nomine, nullis interim Gon-

fulibus creatis, gerere potuerunt. *Exhorn.* *Creantur*] Apud majores cunctis civium, si bonis artibus siderent, licitum fuisse Magistratus petere ait Tacitus. Et revera cur certis tantum familiis concedi illi debeant, non video: Tamen quia plures sunt Reip. differentia, quarum singula alios ad munera admittunt, alios ab iis excludunt, suadeo, ut totius rei caput nunquam mittatur, sed id curetur maxime, ut multitudo quæ presentis Reip. statu contenta est & delectatur, plussemper possit quam quæ non est contenta, *Zevæ.*

*A sorore*] Sorores Fabia in domo Sulpicii consabantur. redit domum Sulpicius, licitor forem percutiebat, expavit ad infernum morem uxor Stoloni, & risu fuit sorori miranti id ab ea ignorari, itaque accensa, patrem maricumque impulit, ut honores & magistratus. etiam in Stolone conculerint. Factus enim Stolo Tribunus plebis cum L. Sextio, honorum evulgationem à Patribus extorsit primusque Magister equitum è Plebe dictus est, & binos gessit consulatus. *Stad.*

*Nunc pudicitiam*] Vera est altera Cæmæris explicatio, de Virginia hoc accipiendum. Nam ad pœnam Vestalium quod attinet, eam propter nulla unquam scditio fuit. *Idem.*

stos, quam Libertatis fuit, nullaque in pretium ejus potuit largitione corrumpi; quum, ut in magno, & in dies majore populo interim perniciosi cives esserent.

*Interque hæc omnia nullius acrior custos quam libertatis fuit; nullaque in pretium ejus largitione potuit corrumpi;* Jēgo intestinas urbium aut regionum discordias adeo abhorreo, ut quibuscumque tandem remediis aut præveniri eas, aut sopiri debere existimem. Et cum Cicerone ad pacem hortari non desino, quæ vel injusta utilior est, quam justissimum bellum. Nunquam mihi Florus aut quicumque alius persuadere debet, civiles illas urbis discordias parum libertati nocuisse. Primo icū arbor non cadit, primo tamen icū eam ruinæ suæ causam debere quis nescit? Cum illud semel arcanum detectum est, posse Status alicujus fundamenta convelli, facile convelluntur. Multi ideo non vincuntur, quia vinci non posse putantur, ac si civiles forte eorum discordiæ terga occasione patefecerint; vel se sua ipsi sponte consumunt, vel nullo aut levi negotio superantur ab aliis. *Levecotius.*

*Ut in magno*] Livius 45. 24. *Nulla est civitas, quæ non & improbos cives aliquando, & imperitam multitudinem semper habeat.* Sallust. Cat. 51. 30. *In magna civitate multa & varia ingenia sunt &c.*  
*Spurium &c.*] Ita scriptum non Florus ipse, sed rescriptere correctores. Indiciū facit primum vetus omnis lectio quæ aliter habet. Deinde mos perpetuus Flori homines unico nomine appellantis. Sic igitur Nazarianus: *Largitione Cassium agraria lege suspectum regie dominationis præsentis morte multavit.* Nec aliter exhibet posterior Cælinus. At in prioribus scribitur: *Sp. Cassium agraria lege suspectum regie dominationis.* Quæ scriptura corruptissima est. Altera illa minus vitiosa, Non tamen in ea comparat Mælii nomen quod

hæc locum habere debet. Jam illud certum est Florum hæc distinguere Cassium à Spurio. Sic enim paulo post insert: *Ac de Spurio quidem supplicium pater ipsius sumpsit.* Ergo spurius illi proprie dicitur qui Spurius Mælius prænomine ac nomine dictus. Atqui non de hoc supplicium pater suus sumpsit, sed de Cassio, cui Spurio etiam prænomen fuit. Male itaque Florus noster cum uterque Spurii prænomen habuerit, alterum tantum hæc nota significat. Quod ad lectionem quidem ejus integrandam attinet, oratio quo usus est, & præter lectionis vestigium ita eum scripsisse ostendunt: *Spurium largitione, Cassium agraria lege suspectum regie dominationis præsentis morte multavit.* *Ac de Spurio quidem supplicium pater ipsius sumpsit.* Hinc Quintii dictatoris imperio in medio suo magister equitum Servilius Ahala confodit. Nihil verius hæc lectione. In qua tamen duplex hallucinatio Flori notanda est. Prima quod unum ex his Spurii prænomine insigne proprie appellat, cum uterque fide vocatus sit. Altera quod Mælio tribuit quod Cassio competebar. Non enim de Mælio sed de Cassio supplicium patrem sumpsisse memoratum est. *Salmajus.* Sp. Cassius elatior factus tribus consularibus triumphisque duobus, in regni affectati suspicionem ideo venit, quod legem promulgaverit de agro Hernicorum Latinis sociis & civibus Romanis dividendo: sed ista Cassii largitio apud cives evilescerat, quia sociis civibusque distributionem comparandam censuræ, qui ut alio munere sibi cives reconciliaret, jubebat pro Siculo frumento acceptam pecuniam populo retribui, id vero non aliter pater spernata,

rent. *Spurium Cassium, Agraria lege; Mælium, largitione suspectum regie dominationis, præsentis morte multavit.* *Ac de Spurio quidem supplicium pater ipsius*

spernata, quam præsentem regni mercedem: quare simulatque magistratu abiisser, damnatus necatusque est. Auctores habeo qui domi à patre damnatum, verberatum, necatum referant, sed populi judicio damnatum esse, Livius ut probabilius, sequitur. *Stadius.*  
*Agraria lege*] Livius 32. 38. legem hanc numerat in *faces novantibus res, ad plebem in optimates accedendam.* Freinshemius.

*Mælium, &c.*] Sp. Mælius Eques Romanus dum frumenti largitione, quod sua pecunia comparaverat, regnum à plebe eferente emerari videtur, affectare ipsum tyrannidem defertur à L. Minucio annonæ præfecto. Senatus tanta rei novitate commotus, ex sententia T. Quintii consulis Dictatorem dici jubet. L. Quinctius Cincinnatus jam octogenarius dicitur seditionis sedandæ causa, atque is equitum Magistrum sibi cooptat C. Servilium Ahalam. Servilius Mælium jussu Dictatoris in jus vocatum, quia dicto non parebat, obruncat, anno v. c. cccxlv. Dictator jussu factum esse pronunciat, nihilque postea egisse Tribunum plebis, ubi rogationem tulerit de publicandis Ahalæ bonis, quia civem indemnatum occidisset, Livius restatur. Contra Cicero & Valerius auctores sunt, exilio postea multatum Ahalam populi incitati iracundia. *Id.* Nulla re magis pellici posse populum quam annona suo satis exemplo docuit Augustus. *Tac. An. 1.* & præter eum plures Imp. Adeo ut etiam pessimos ideo facilius tulerint Romani: & jam liberi à jugo Ægyptiorum Hebræi, ollas tamen carnum optare non desierint. Ideo cum in Rep. maxima equalitatis ratio esse debeat, mirum non

est Mælium, cum emptum à se frumentum populo distribueret, & quod Reipublicæ esse debebat, suum beneficium faceret, in regni affectati suspicionem incidisse. Non tamen is jussu populi, sed dictatoris Cincinnati occisus fuit; qui cum salutem Reipub. supremam legem esse sciret; hominem populi favore sultum subito ab Ahala perimi jussit, quia is, si periculum præsensisset, omnia potius permiscere tentasset quam se sistere, aut dicere causam. Nempe non semper expedit reorum supplicium differre, ideoque tres qui in Lucensi Republica de Majestatis crimine cognoscunt, quamvis ad Concilium omnia ante referre jubeantur, subinde, cum id expedire existimant, animadvertunt statim in fontes, & post Senatui reddunt rationem, Nimiam tamen illam potentiam: more insolito animadvertendi in reos periculosam esse nemo sanus negabit. Certe nova illa exempla ab dignis & idoneis ad indignos & non idoneos transferri posse & Atheniensium & ipsorum Romanorum exemplo docet apud Salustium in Cat. Cæsar, neque utendum esse imperio ubi legibus agi possit apud Tacitum Tiberius ait: Et ideo ob hoc facinus Ahalam exulare jussit populus, uti etiam post ob eadem Lentuli, ac aliorum qui Cælii: ad hæserant, Ciceronem. Verum seductæ & ideo tantum furenti plebi adscribendum id fuisse, tanto, brevi post, favore restitutus Cicero satis demonstrat. *Vevecotius.*

*Supplicium.*] Pro vero adfirmat, de quo adeo dubitatum est ut alteram opinionem certiore adstruat Livius. Postquam enim meminim auctorem istius supplicii fuisse patrem, statim addit invenisse apud quosdam, idque

*ipſius ſumpſit. Hunc Quinctii dictatoris imperio in medio foro magiſter equitum ſervilius Abala conſodit. Manlium vero Capitolii vindicem, quia pleros-*

propius fidem eſſe quaſtoribus Fabio & Valerio diem illi dictum perduellionis, & iudicio potius publico populi quam patris privato damnatum. *Salmaſius.* Variant auctores. Vide Livium 2. 41. & Dionyſ. 8. 91. Florum autem verum dicere, aut veri certe ſimile, credam, nota patriæ poteſtatis ſeveritate, quam etiam Brutus ſupr. 1. 9. Torquatus. 1. 14. Aulus Fulvius apud Saluſt. Cat. 39. alique de quibus Val. Max. toto cap. 8. lib. 5. in filiis exercuere. Sed & alias tali ex cauſa, ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet ſine ſcelere, etiam præmio adficiendum omnes conſtituerunt, ait Iſtus in l. 35. de religioſ. Nimirum altiffime inſederat animis eorum, quod Juſtinus 41. 5. ait; *Patria potius quam liberis (aut parentibus) conſulendum.* Freinſhemius.

*Quinctii dictatoris imperio* Vide Liv. 4. 14. Valerius Max. 6. 3. 1. & Cicero pro domo cap. 38. addunt; etiam domum ejus dirutam, areamque *Æquimeli* appellationem traxiſſe. *Idem.*

*Servilius Abala* ] Quem pro præmio liberatæ Reip. exilium ab ingratis civibus tuſiſſe ſcribit Val. Max. 5. 3. *Idem.*

*Manlium.* ] M. Manlius, dictus Capitolinus, ob Capitolium à Senonibus Gallis, qui noctu obreperant, deſenſum anno Urbis conditæ ccc. lxxi. qui rerum geſtarum magnitudine gloriaque immoderatus ſeſe eſſerens, civium quoque patronum ſeſe profeſſus, addiſtos creditoribus ſua pecunia redimebat: cepitque domi agitare regni conſilia: quare ipſi à Trib. pleb. M. Manio & Q. Publilio dies eſt dicta. Aulus & Titus fratres in ejus iudicio veſtem non mutarunt, quod ad eum diem uſu non venerat, quin tanto in diſcrimine proximi quoque ſorditati

que ad movendam populi iudicis miſericordiam comparuiſſent. Damnatuſ è ſaxo Tarpejo quod in Capitolio erat, quodque à Gallis vindicaverat, præceps datus eſt, anno ſeptimo poſt Urbem à Gallis receptam. Gellius Nepotem laudat auctorem, qui Manlium verberando necatum ſcripſerit. Adjectas mortuo notas, Livius, Sex. Pom. Herodes Atticus apud. Gellium, auctores ſunt: *alteram publicam, quod cum domus ejus ex populis juſſu ob deſenſum Capitolium in arce fuiſſet: ubi poſtea ad eaſ officina Monetæ, latum ad populum eſt, ut quis patricius in arce aut Capitolio habitaret, domusque ejus diruta eſt, bona publicata, Gentilicium alteram, ne quis ex ea gente Marci prænomine vocaretur, ita ut vocabulum quoque illud cum ipſo deformatum atque ſepitium videretur. Nam quod ille, qui de viris illuſtribus Plinii Secundi titulo circumfertur, ſcripſit, gentilitatem Manlii ejuratſe, ne quis poſtea cognomine Capitolio uteretur, *ſiſtore* eſt: conſtat enim ex conſulibus Annalibus, Capitolinorum cognomina in Manliana deinceps frequentiffima fuiſſe. *Stadius* Olim apud Perſas *Diodor.* 1. 1. & 15. criminis alicujus convicti non ante damnabantur quam prior eorum vita diligenter eſſet excuſſa, ut qui hæctenus bene ſe geſſerant, veniam obtinerent; qui male, tanquam non caſu ſed habitu tales plecterentur. Accuſant ideo, & neſcio an non ſummo jure Romanorum ſeveritatem aliqui, qui Manlio, id quod illi omnes debebant, vitam nempè, eripuerunt. An non præſtituiſſet tam bene meritum de patria civem alicubi potius in vinculis honeſte habere, quam ob cogitatum, ut ajunt, nunquam certe tentatum facinus ſupplicio*

*que debitorum libera verat, altius ſe & incivilius efferentem, ab illa quam defenderat, arce deiecit. Talis domi ac foris; talis pace belloque Populus Romanus, fretum illud Adoleſcentiæ, id eſt, ſecundam imperii atatem habuit; in qua totam inter Alpes fretumque Italiam armis ſubegit.*

## LI

tam infami aſſicere? Si populum ille ad res novas incitarit, miror ab eodem damnatum eum potius quam deſenſum fuiſſe. Verum ut poſtea Patres Tiberium Gracchum, cum plebem ad deſenſionem ſaluſtis fuiſſet, manu caput tangens, horetaret; præbuiſſe ſpeciem regnum ſibi & diadema poſcentis mentiti, duce Scipione Naſica oppreſſere. Flor. 111. 14. Sic occiderunt etiam per invidiam Manlium, odio partim popularis favoris, quo ille cæteros omnes longe antecedeat: partim ob acceptorum ab eo beneficiorum magnitudinem; quæ eoſque læta ſunt, dum videntur exſolvi poſſe; ubi multum antevenerit, pro gratia odium redditur: quod vel ſolum magni illius Narſetis exemplum demonſtrat, qui poſt occiſum Torilam, & ſuſos omnino Gotos, aulica invidia gravatus, à Sophia Auguſta mandatum accepit, ut ad partiendam inter puellas pentæ Conſtantinopolim rediret, qua ille contumelia irritatus Longobardos in Italiam atraxit. Alio plane & laudando magis exemplo Henricus IV. Galliarum Rex, Bironio (quem ſecreta & Regi ejuſque familiæ ac Regno exitioſa conſilia cum Hiſpaniis iniſſe conſtabat) quia optime ante de ſe meritum fuerat, illuſque virtuti non victorias tantum multas, ſed ſuam pæne coronam debebat, veniam obulit; & vere dedidit, ſi tam dirum & abominandum facinus, ipſe maluiſſet fateri, quam illius convinci. *Zevecotius.*

*Capitolii vindicem, &c.* Egredie Ci-

tero: Chari ſunt liberi, propinſi, familiares; ſed omnes omnium charitates patria una complexa eſt. *Quamvis* igitur more apud Romanos utitato, non rei tantum, ſed & cognati eorum ac affines, veſtem mutare & rogam ſordidam ſumere conſueverant, ut major in veſte plebeja excitarent commiſerationem: in hoc iudicio, quia privatis affectibus patriam anteponebant, nec Aulus & Titius duo Manlii fratres, nec patrum ullus aut affinium ſordidari viſi fuerunt. Quo maxime ſpectaculo converſa & irritata plebs, eum, cui Reſpublica tam multum debebat, tam male tractavit. *Zevecot.*

*Fretum* ] Adoleſcentes concito mari comparat, quorum, ut ait Laſtantius, cum ſit ætas lubrica, frenari ac regi debet. *Tempus* enim ab Bruto Collatinoque Coſſi. in Appium Claudium Q. Fulvium Coſſi, *viris armisque incitatiſſimum*, in libri exordio adoleſcentiæ comparavit. Et iſta quidem *Camæra*. Mihi vero ſemper ſuſpecta fuit iſta lectio. nec enim qui cohæreat apte, video, nec qui bonus exinde ſenſus enaſci poſſit. Si liceret mutare; *Tale domi ac foris, tale pace belloque. P. R. ſeratum illud adoleſcentiæ habuit.* lam commodior ſenſus eſt, *tali fortuna dum adoleſcit P. R. domi militiaque uſus eſt.* Videtur præterea duriuſcula illa repetitio *reſ fretum;* & illa, non nimis apta hæc loco comparatio, quam *Camæra* aſſert. Cur enim fretum adoleſcentiæ Romanæ conferre libeat, quæ non ita ut ſingularum hominum, viſitiis obnoxia ſuit, nec eo reſpexit au-

## LIBER SECUNDUS.

## CAP. I.

## PROOEMIUM.

**D**omita subactaque Italia, Populus Romanus prope quingentesimum annum agens, quum bona fide adolevisset; si quod est robur, si quæ juvenitas; tum ille vere robustus, & juvenis, & par orbi terrarum esse cepit. Ita, (mirum, & incredibile dictu) qui prope quingentis annis domi luctatus est (adeo difficile fuerat dare Ita-

flor, cum istam comparationem inlitteret; sed ad illud tantum, quod istæ ætate hominis robur, & corporis firmitas convalescit, & animus insuper

rerum gerendarum cupientissimus est. Fretum autem si comparare potuisset voluisset Florus, rectius infantiam Pop. Rom. tribuisset. Freinshemius.

**D**omita Pro noticia hujus primi capituli, quod locum proœmii obtinet, lege Appianum in operis prologo, qui post enumerationem terrarum, quas Romani subegerunt, sic inquit: *Hærum tantarum unum numerarumque nationum, quum tanta sit magnitudo, Italiam tamen magno labore, ac vix quingentis annis stabilis sibi reddidit* &c. Ibidem præterea enumerat fere nationes omnes quæ Rom. paruerunt. Lege Dionys. in princ. prim. antiq. Roman. Camers.

Prope quingentesimum] ideo scripsit, quia ab v. c. ad primum bellum Punicum anni tantum sunt c. d. i. x. c. rotundiore itaque numero usurus undecim annos, qui ad quingentesimum usque desiderabantur, unica dictione, prope, inclusit.

Mirum & incredibile] Nec mirum nec incredibile semper enim facilius cre-

scit dignitas (aut potentia) quam incipit &c. Seneca epist. 107. *Prima enim lûminandi spes in arduo: ubi ingressus fueris, adsunt studia & ministri.* Tacit. 4. 7. Hoc etiam ubi privatis artibus imperia moluntur; multo magis cum manu agi ceptum est, ubi prima gloria solet instrumentum esse sequentis, ut bene Justinus 1. 1. Pertinet huc quod apud Plut. An seni sit ger. Resp. cap. 13. *Lampis navicularius interrogatus, quomodo divitias consecutus esset? respondit: Magnas non difficulter, parvas cum ærumna & tarde, & quæ ibi lequuntur.* Verbis istis, mirum atque incredibile, utitur etiam Sulpitius Severus Hist. sacr. lib. 2. fortassis hinc mutuo sumptis, ut solet. Freinsh. Omnia principia ardua sunt, & apud Poetam legitur:

*Dimidium facti qui bene cepit habet.* Majore cum difficultate Græciam domuerunt Macedones, quam post illam tot in Asia regiones. Primæ nempe

liæ caput) his ducentis annis, qui sequuntur, Africam, Europam, totum denique orbem terrarum bellis victorius que peragravit.

## CAP. II.

## Primum bellum Punicum.

**R**egitur victor Italiae Populus, quum à terra fretum usq; venisset, more ignis, qui obvias populatus incendio silvas, interveniente flumine abruptitur, paullisper substitit.

Mox

pe Principum victoria, plerumque sequentes intruunt, & earum sunt cause: dum victores non suis tantum, sed eorum etiam, quos vicerunt, armis, reliquos invadunt. Fecerunt hoc olim passim Romani. Nec minus Italicis contra eos viribus pugnavit Annibal. Flor. 11. 6. Zevencotius.

Ducentis annis.] Hanc juventam & robustam populi Romani ætatem hoc loco ducentis annis determinat, ad Cæsarem usque Augustum. At in prologo operis huic robur ætatis imperii maturitati ducentos quinquaginta annos assignat. Et certe à Romulo ad Cæsarem Augustum septingentos annos numerat. Ex his ducentos quinquaginta annos ætati dat quæ sub regibus, quam infantiam imperii ponit. Deinde à primis consulibus usque ad Appium Claudium & Quintum Fulvium consules ejusdem adolescentiam per ducentos annos patere facit. Sic anni quadringenti & quinquaginta exeunt. Restant ducenti quinquaginta usque ad Augustum quibus totum orbem pacasse

dicit, ut septingenti fiant. Nec scio cur hic ducentos tantum assignet. Quod tamen etiam infra reperit in Anacephalæsi libri tertii ubi tertiam hanc ætatem populi Romani transmarinam, qua Italia progressus arma toto orbe circumtulit, ducentis annis rotundis definit. Horum quippe superiores centum sanctos, pios & aureos sine scelere ac flagitio fuisse dicit. Postremos alios centum in Cæsarem & Pompejum sequutumque hos Augustum ut claritate rerum bellicarum magnificis ita domesticis cladibus miseris & erubescendos. Ita parum sibi constar debuit. Certe idem utrobique dicere non solet. Simile porro est quod heic perhibet, quingentis prope annis domi luctatum esse populum Romanum. At in prologo dixerat prope ducentos quinquaginta per annos circa ipsam matrem cum finitimis luctatum fuisse. Hoc est domi. Nam tota Italia quam intra illos quingentos annos subegerunt Romani, non ipsorum proprie domus fuit. Salmasius.

Punicum.] Primi belli Punici causas varie referunt auctores, nonnulli referunt quod Pæni five Carthaginenses classe Tarentinos contra fœdus

cum populo R. ictum adjuvissent. Fœdera autem Carthaginensium cum Romanis inde à primis cons. reperit libro tertio Polybius: sed tamen ille bellii

*Mox quum videret opulentissimam in proximo prædam, quodammodo Italiae suæ abscisam ac revulsam, adeo cupiditate ejus exarsit, ut quatenus mari nec mole jungi nec portibus posset, armis belloque jungenda, & ad continentem suam revocanda bello videretur. Et ecce ultro ipsis viam pandentibus fati, nec occasio defuit, quum de Pænorum impotentia, se-*

iftius causas fere cum Floro eandem referent, referet Plutar. Pyrrhum à Sicilia recedentem respexisse, si quisque dixisset: O qualem nos, & amici Carthaginensibus & Roman. palæstram relinquimus? idque, ut is conjecerat, haud diu post ita evenisse; cætera Florus. *Stadius.* Punicum bellum primum inceptum est anno tertio cxxviii. Olymp. Dionys. 1. 8. Manifestus error in omnibus Solini codicibus impressis hucusque, quibus asseritur Punicum bellum primum fuisse anno cccxxix. ab V. C. Melius Agell. cap. ult. lib. 17. *Anno,* inquit, *post Romam conditam CD. ferme & XC. Coss. Appio Claudio cui cognomentum Caudex, Appii illius Cæci fratres, & M. Fulvii Flacco, bellum adversus Pænos primum ceptum.* *Orosius* 4. 8. Livius in princ. tricentesimi primi, dicit primum bellum inceptum anno cdlxxxix. ab V. C. Plin. 33. 3. *Argentum,* inquit, *signatum est an. Urbis CCCXXCV. & c. Q. Fabio Cos. quinque annis ante primum bellum Punicum.* Freinshemius.

*Opulentissimam in proximo prædam, quodammodo Italiae suæ abscisam ac revulsam*] Hæc præda Sicilia est quam Italiae abscisam mari ac revulsam cum olim continens illa terra esset, inter omnes convenit. Nescio quomodo tamen haud satis concoquo prædam eam dicit abscisam ac revulsam Italiae, cum aut Siciliam nominari aut terram magis conveniret quæ revulsa & abrupta diceretur Italiae suæ. *Salm assini,*

*derata.* *Nec occasio defuit.*] Non est quod magnas sibi victorias sperent, qui occasionum sunt segnes. Maxima enim illis sunt bellorum momenta. Nullarum unquam negligendo rerum Domini facti sunt Romani. Nec tam potenteshodie essent Hispani & Turcæ, si illis defuissent. Et quidem hoc id bellicositatem contra Græciæ Principes vocavit Joannes Palæologus; malo plane consilio, & ut apparuit, infelice. Cum enim bello confecto vires etiam victoris afficitas esse notassent, Thraciam invasere, multaque non exigui momenti loca occuparunt: Ac ab eo semper tempore intestinis aliorum discordiis uti edocli, pro augendi imperii occasione; provincias, ob suas vel eorum, quorum auxiliis salvas esse & manere potuissent, dissentiones aut invidiam imbecilliores, atque adeo magis opportunas; & vinci faciles, jugum Othomannicum ferre coegerunt. Rhodum à Principibus, omnibus, & ipso Adriano pontifice fæde destitutum, insigne illud orbis Christiani propugnaculum, obtinuit tandem Solymanus. Et si verum fateri liceat nobilissima Hungariæ pars contrariis porcius Procerum in diversos Reges inclinantium studiis prodita fuit, quam ab hostibus expugnata. Gaudet ideo serio Turcæ Christianos Principes vel pre-textu religionis, vel odio aut ambitione commoros, & aliis deesse & sibi, nihilque communi Marte & viribus tentare. Anno 1607. ob excommunicatos à Paulo

*derata Sicilia civitas Messana quereretur. Affectabat autem ut Romanus, ita Pænus Siciliam; & eodem*

à Paulo V. Venetos publice gratiæ Deo acti sunt, & is simul rogatus, ut, quod Imperio Turcico bene vereretur, excitationem in Italia discordias sineret esse diuturnas. Et quid Hispani res occupatam, ut occupatam, quæ prodesse poterat, neglecta occasio? Excommunicat Navarræ Regem Julius II. Nec mora satis hoc vitium fuit, ut Optimi & consanguinei Regis patrimoniū, quod diu ambierat, invaderet Ferdinandus. Non alio postea jure Angliam cogitavit; Galliam (in qua rebelles fovebat) impudenter sibi aut filiaz petit Philippus II. Et cum Veneti dissentirent à Papa, bellum iis exercitū jam instructo minatus fuit illius filius: proculdubio, nisi plane composita fuissent, non episcopo Romano punnaturus, sed sibi. Cæsar proscriptio-nis titulo Palatinatum invasit, & ne id impediret magnæ Britannæ Rex, tam diu eum inani nuptiarum & pacis spe laetavit Hispanus, donec contra tentare nil posset. Nec est quod nimium indignetur Galli, Neapolis & Siciliæ regna sibi erepta: Tradidisse enim illa Ferdinando videtur mihi Ludovicus; cum ad ea occupanda illius imploravit auxilium. Præstat ut à cogitata expeditione omnino abstineat Princeps, si illi se parem esse posse diffidat, potius quam aut potentiorē se aut saltem non minorem trahat in societatem. *Zevreotius.*

*Messana*] Messanam Siciliæ qua Rhegio Italix oppido prætenditur, urbem nobilissimam, Campani Mamertini, qui sub Athoche Syracusano in Africa meruerant, reversi hostiliter occupaverant. Invaserat enim paulo post civibus ejectis, quibus præsidio missa erat Rhegium, Campana legio Rom. duce Jubellio: sed devicto Pyrrho & Tarentinis debellatis à L. Genucio cos.

Rhegium quoque expugnatum est: legio Romæ virgis cæsa & securi percussa est, an. v. c. cdlxxxii. atque cum simile supplicium metuerent Mamertini ob occupatam Messanam, essentq; adverso prælio ab Hierone fracti, alii ad Carthaginensium societatem, nonnihil ad Rom. auxilium respicere cœperunt. Carthaginenses præsidium miserunt, quod à Mamertinis receptum est. Rom. metuentes ne opportunitate ista usi Carthaginenses totam Siciliam occuparent, quam præter Messanam & Syracusas universam possidebant, Mamertinis opem petentibus serendum esse decreverunt. Appius Claudius cos. primum omnium cum exercitu in Siciliam missus est anno urbis conditæ cdlxxxix. invenitque cognomen Caudex, quo primum caudicem, hoc est navem belli gerendi in Siciliam causa confederit, cujus Senecam & Suetonium auctores habeo, Mamertini Claudium ad se vocant, præfecto Pænorum quem in arce receperant ejecto, qua indignitate Pæni irritati Messanam obsident, vocato in societatem obsidionis Hierone Syracusanorum rege: quibus cos. Appius primum pacis conditiones nonnihil consternatus hostium multitudinem proposuit, eas hostis rejcit. Invasit itaq; seorsum Appius Hieronem, eumque prælio fractum à Messana repulit, fugaque Syracusas petentem securus Appius, eas quoque obsedit. Proximo deinceps anno, qui erat annus v. c. cdx. M. Valerius & M. Otacilius coss. in Siciliam trajiciunt, pierque Carthaginensium urbes sine prælio ad Rom. desiciunt, pacem cum Hierone jam rebus suis dissidente iis legibus faciunt, ut captivos Romanorum sine pretio dimitteret, argenti talenta centum penderet, socius populi R. esset. atque

dem tempore, paribus uterque votis ac viribus, imperium orbis cogitabat. Igitur specie quidem socios

atque ita fere Polyb. ista prosequitur. Sed rem fortiter & prælio quoque ab istis colli. hoc anno gestam testantur Plin. Eutrop. Orof. Macrob. Eptome Liviana xvi. & Capitolini triumphi Tauromentanos, Catanenses, & quinquaginta civitates in fide acceptas, itidem Valerium deinceps Messallam à Messana expugnata cognominatū. *Stad.* *Affectabat ut Romanus, ita Pænis Siciliam, & eodem tempore, paribus uterque votis, ac viribus, imperium orbis cogitabat* ] In hoc viribus incumbunt plerique, ut vicinorum potentiam augeri non sinant. Adeo ut sæpe quibusdam diversarum omnino partium succurrere non dubitent, ne aliqui (quos amicos tamen habere se simulant) potentiores evadant. Ideo multo alterius societatem induunt, ad alterum per occulta inelinant, & secreta ei subsidia caute subministrant. non ut vincat, sed ne vincatur; quia in aliorum tumultibus quietem suam ac securitatem sitam esse non ignorant. Hodie, nihil est certius, quosdam subvenire aliquibus, non ut illis profint, sed ut noceant Hispano, vel alteri cujus nimiam potentiam habent suspectam. Et idcirco eos, quibus subveniunt, ut potentiores esse non volunt, ita vinci, ne sibi deinde periculum creent, quantum possibile est, non sinunt. Tam violenta sunt multorum studia, ut non tanti amicitiam faciant, quanti suam utilitatem. Unde, quia Austriacæ domus incrementa ægre ferunt Germani, scribere non veretur Buccalinus: Satius esse iis amittere Viennam, quam Budam recuperare. Cujus ego sententiæ libentius subscriberem, si de imbecilliore inimico ageretur. Ideo nihil mihi ista de re liquere pronuncio, donec edoceat, periculofius esse Cæsarem vicinum habere quam Turcam. Scio quidem misere

re & crudeliter in suos hodie subdito sævire Imperatorem; sed, uti diu ille victurus non est, succedet qui aut sponte sua melior erit, aut esse cogitur; & eos, quorum hic & corpora & conscientias servitute damnare conatur, debitæ illis libertati restituet. Verum omnes qui in Turcia agunt ferri sunt, &, quamdiu Ochomannida regent, erunt; non hujus tantum aut eorum qui postea succedent Tyrannorum imperio, sed & Janitarorum insolentia obnoxii. Nihil omnino possident quorquor ibi agunt Christiani, quod suum esse audent fateri. Omnia, etiam filios, vendicat Imperator. *Zerecotius, Siciliam*] Sicilia maxima in Tyrhena mari insula, Italiæ ad Bruttios immixta, Triquetra est dicta, Thucydidi Sicania, à Græcis etiam Trinacria, à tribus promontoriis quibus sese in mare protendit, quorum illud quod Cylleo sive Bruttio Italiæ adversum jacet, Pelorum vocatur, huic aliud prætenfum in meridiem desinens Pachynum dicitur. Tertium quod in occasum brumalem porrigitur, quasique verticem trianguli constringit, Lilybæam, dicitur, Africæ objectum. *Stad.*

Et eodem tempore, &c.] *In libri veteribus memoria extat, quod par fuit quondam vigor & acritudo amplius adque Pop. Romani atque Pæni: neque immeriti existimatum. Nam cum aliis quidem populis de minusculisq; Republica, cum Pænis autem, de omnium terrarum imperio decertatum est. Agellius 10. 27.*

*Specie quidem socios jurandi, re autem sollicitante præda.*] Multi ita arte multi occupantur. Philippus Macedo dum contentiones civitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter victoresque subire regiam servitutem cœgit. *Infin. l. 8.* Demetrius quoque invocatus ab Alexandri filio contra

jurandi, re autem sollicitante præda; quanquam terretaret novitas rei, (tanta in virtute fiducia est) ille rudis, ille pastorius populus vereque terrester ostendit nihil interesse virtutis, equis an navibus, terra an mari dimicaretur, Appio Claudio consule. Primum fretum tum ingressus est, fabulosis infame monstris, astuque violentum: sed adeo non est exterritus, ut illam ipsam ruentis astus violentiam promunere amplecteretur: statimque ac sine mora Hieronem Syracusanum regem tanta celeritate vicit, ut ille

fratrem Antipatrum Macedoniam occupavit. *Infin. l. 6.* Et anno 1532. Pirata Horuc cum ob Algeri regnum duo inter se fratres certarent, uni succurrit, eaque occasione usus post occisum alterum, etiam illum regno & vita exiit. Sed quid exemplis opus est in re tam manifesta? Olim sic actum fuit, hodie sic agitur, & post nos sic agitur. *Zerecotius.*

*Vereque terrester*] τὸ ὄν ἡπειρώτης & ex illis populis Homericis οἱ δὲν ἵσταντο γαλακτων. Sic terrestem hic maritimo opponit. Ita *terrestre iter* dicitur quod terra fit non mari. Alias terrester etiam γῆνιν notat & terra natum quales se haberi volebant rudes & cæci populi illi quorum ignorabatur origo. *Salmasius*

*Appio Claudio*] Qui *Candex* inde appellatus. Vide Senec. de brev. vitæ c. 13. & ibi Lipsium. Meminit ejus Sueton. Tib. 2. 3. *Freinsh.*

*Primum fretum tum ingressus est*] Appio inquit Claudio consule ille antea terrester tantum populus nihil interesse virtutis terræ an mari dimicaretur. Tum primum fretum quippe ingressus est. Appii Claudii consulatum quasi principium firmatæ ætatis ac robustæ maturitatis in populo Romano nota-

vit, quo Italia progredi ausus & è terra sua exire, maritimus repente factus cum transmarinis provinciis domandis toto orbe arma circumferre cepit, *Salmasius.*

*Fabulosus inf. monstris*] De Scylla & Charybdi intelligit. Charybdi fretum inter Rhegium & Messanam vocari Thucydides lib. 4. scripsit: alii Charybdi vorticum & altissimum mare ante Messanam tradunt, quod suis vorticibus naves in gyrum tractas absorbeat, & tabulata attrita partesque navium ad Tauromentanum litus evomat. Scyllam vero juxta Rhegium immanem & cavernosum scopulum esse, qui anfractibus suis undas receptas & collisas veluti canum latratus & ululatus referat: estque Scylla ob saxa & scopulos infamis naufragio. De fabulosis in hoc freto monstris Virgil. lib. 3. Homer. Odyssea M. & ipsorum commentatores lectoris desiderio satisfaciant. Distabat Messana à Rhegionum urbe in Brutiis intervallo stadiorum sexaginta. *Stadius.*

*Hieronem Syracusanum Regem tanta celeritate vicit, ut ille ipse se primum vidium, quam hostem videret, fateretur*] Non hoc est mirum, Pacis mentionem iniecerat & leges propofuerat Appius; Ignarus hinc Hiero, nunquam Imperatorem ita paci



ille ipse se prius victum, quam hostem videret, fate- retur. Duillio Cornelioque consulibus, etiam mari congregari ausus est. Cum quidem velocitas classis comparata, auspiciū fuit. Intra enim sexagesimum diem quam caesa silva fuerat, centum sexaginta navium classis in anchoris stetit; ut non arte facta, sed quoddam munere deorum conversa in naves, atque mutata arbores viderentur. Prælii vero forma mirabilis: quum illas celeres volucresque hostium naves, hæ graves tarda que comprehenderent. Longe illis nautica artes, detorquere remos, & ludificari suga rostra. Injunctæ enim ferrea manus, machinaeque aliæ,

paci credere debere, ut non se bello præparet; quod etiam dum non geritur pro indicto habendum est, Seneca de vita beata, c. 26. cum timentem sibi Claudium nihil ausurum putaret, terga patefecit occasioni. Monet Thucydides ut cura geratur, ne colloquium de pace prætexto, insidias aut conditiones velentur, vel rei tantum suæ ac temporis studeat inimicus. Perit sic olim Troja, & id pœne semper agunt Turcæ & Hispani. Certe cum Belgio pro Rege præfesset Parmæ Dux, serio de pace agi omnes existimantur; sed classis illius, quam stulte invincibilem vocant, adventus, malignum Regis animum, sub optatæ, ut fingebat, pacis larva latentem, abunde detexit. Zevecotius.

Sexagesimum diem] Non minus admirabilis Scipionis celeritas, in eadem te, qui ita institit operi; ut die quadragesimo quinto, quam ex silvis detracta materia erat, naves instructæ ornatae in aquam deductæ sint. Livius 28. 45. Freinshemius.

Prælii forma mirabilis, cum istas celeres, volucresque hostium naves, hæ graves tarda que comprehenderent.] Duo omni-

no contraria hoc capite Florus proponit. Carthaginensibus nempe nec celeres prius & expeditas naves quippiam contra Romanos gravioribus instructos profuisse, nec postea graviores, cum promptas & leves haberent: Romani. Unde quod navium genus præferendum sit, dubitari merito posset, nisi litem illam solvissent jam Belgæ. Qui licet minores levioresque naves habeant, immania illa Hispanorum monstra, adeo non verentur, ut sæpe ante interceperint. Duce certe Heemkerckio 1607. piscatoria Batavorum naves (sic insolenter eos per ludibrium appellat, periturus brevi post Avibus numerosam & tam instructam, atque vicinis arcibus defensam Philippi classem in ipso sinu Gaditano, non aggredi tantum, sed etiam delere ausus fuerunt. Post etiam, iidem liberi Belgæ grande illud arcanum detexisse videntur, posse & in Europa superari Hispanum, nullasque veræ virtuti resistere mutationes. Utinam adhuc hodie eo animo quo terra, etiam mari res gererent! sed vovere ego possum, aliorum est id curare. Zevecot.

Ferrea manus] Afferre ferreo nuncio præfixi,

ante certamen multum ab hoste derisa, coactiq; hostes quasi in solido decernere. Victor ergo apud Liparas, mersa & fugata hostium classe, primum illum maritimum egit triumphum. Cujus quod gaudium fuit? quum Duilius Imperator, non contentus unius diei triumphum-

fixi, harpagones vocant milites. Liv. 30. 10. Ferrea manus, harpagones vocat Curt. 4. 2. Manifesta autem est utriusque appellationis ratio, manus àprehendendo, harpagones à rapiendo. attrahendo, quo nomine etiam appellatur uncus, quo è puteo quid extrahitur. qua de re loqui autumo l. 12 §. 21. de instruct. leg. Freinsb. Ferreas manus vocat, quas ut agilitatem Punicarum mole suarum navium retardaret, Duilius consul exco-

gitaverat. Stad. Machinaeque aliæ] His verbis circumseribit corvos, quos depingit Polyb. 1. 22. Non enim ferrea manus & corvi idem sunt, quod vel ex Curtio intelligere liceret, citato modo loco 4. 2. ferrea manus, corvique; & alia tuendis verbis excoactata. iterum 4. 3. Corvi vero, & ferrea manus. Machinarum autem talium inventionem Tyrii videtur tribuere Curtius citatis locis, Plinius tamen harpagones Periclis inventum esse scribit. 7. 46. Inconsideranter Appianus, de bel. civ. lib. 5. pag. 739. Agrippam inventorem facit. Freinsb. Corvi sunt pontes quidam novem pedum, in gradus secundum longitudinem digesti, qui circa navium proras erecti stabant: ij libramentis quibusdam remissi, & præcipiti rotæ volubilitate pondereque impetum adjuvantes, quacumque parte in adversam navim iruebant, eam manu ferrea sive harpagone altringebant, militibusque per subitratum ita pontem via in hostium naves patebat. Cū Pœni Romanos ut rei navalis imperitos duce Annibale temerario impetu invaderent, implicatis e- jus machinæ usu à prora & ex obliquo

quacumque irruerent navibus, vincuntur a Duillio, capitur; & Septemim Annibalis, que Pyrrhi regis fuerat: ipse dux ægre elapsus Carthaginem fugit. Stad. Ante certamen multum ab hoste derisa.] Egregii Ducis est nulla hostium consilia ridere, sed quacumque tandem suspecta habere, & diligenter inquirere in omnia, ac operam dare, nequid inde patiatur detrimenti. Scribit Keydanus multos risisse Guilielmum rixæ præfectum, cum plura ex veteri Romanorum disciplina, iterum revocaret in usum, sed illi ipsi poitea risum suum verterunt in admirationem. Nihil nempe exiguum aut contemnendum videri debet in bello. Minima sæpe partes erigent aut assurgunt. Zevecot. Ita cum Annibal omne serpentium genus in fictiles lagenas conieci, casque in hostiles Eumenis naves mitti iussisset; ridicula ea res hostibus visa, fictilibus dimicari, sed mox senserunt, quam sine causa riserint. Vide sustin. 32. 4. Eo modo perhibentur etiam Americani fictile armaturam Hispanorum; cum scelopeta non nisi cominus usui esse crederent. Freinshemius.

Apud Liparas.] Pœnos primū classe à C. Duillio eos, ad Liparas insulam esse victos, primumque eum egisse navalem triumphum anno v. c. cpxcxi. prisci testantur, & eam ob causam ei perpetuum honorem habitū, ut revertenti à cœna, tibicine canente funale præferretur, & columnam ipsi publico in foro erectā esse hujus victoriæ causa Plin. l. 34. c. 5. testatur. Lipara insulæ & urbis in eadem nomen, estq; una ex Æoliis septem: dicta Lipara à Liparo

*triumpho, per vitam omnem, ubi à cœna rediret, præ-  
lucere funalia, præcinere sibi tibias iussit, quasi quo-  
tidie triumpharet. Præ tanta hujus victoria leve  
prælii damnum fuit, alter consulum intercepit Asina  
Cornelius: qui simulato colloquio evocatus, atque ita  
oppressus fuit; perfidie Punicæ documentum. Cala-  
tino*

rege qui Æolo successit, abestque ab Italia in meridie x l i. mil. passuum, ipsaq; circuitu paulo minori. Vide Plin. libr. 3. cap. 9. Strab. lib. 6. *Stadius.*

*Per vitam omnem &c.]* Cato apud Cicer. de Senect. cap. 13. *C. Duilius M. F. qui Pœnis primus classis devicerat, redeuntem à cœna senem sæpe vidi puer; delectabatur cereo funali, & tibicine, que sibi nullo exemplo privatus sumpsisset &c.* vide etiam Val. Max. 6. 3. 4. Plin. 34. 5. Tacit. 2. 49. Porro de vocabulo *iussit*, quo Florus hoc loco utitur, est qui dubitat vir non obscurus, putatque legendum *senferi*. Sed vulgata lectio satis firmatur Ciceronis loco. Præterea novum non est, ut qui præclare quid gesserat, aliquem honorem suo arbitrio sibi sumeret; ita *Cornificius tantum sibi observatos à se milites tribuit, ut Romæ, quatuor foris deinde cenaret, elephantum domum revectus sit.* Auctor Dio lib. 49. paulo post princ. *Freinsb.*

*Prælucere funalia, præcinere sibi tibias iussit.]* Quia Romani omnia quæ in imperio aut itatu civitatis erant, ab iis defendi & firmari putabant qui militari virtute antecellebant; tam variaz honorum species excogitatz fuerunt, quibus bene de Republica meriti ornabantur; ut alii pulchra æmulatione accensu ad virtutem etiam niterentur, & ipsi victoriarum suarum præmia & fructum perciperent, quibus etiam modestissimi delectari consueverunt. *Tribuntur nempe omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur. Est argus animi atque demissi, triumpho*

*honorem atque dignitatem contemneret;* nam ut levitatis est inanem occuparumorem, & omnes umbras etiam false gloriæ consecrari: sic levis est animi, lucem splendoremque fugientis, justitiam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare. *Zeyher.*  
*Asina Cornelius]* Amant scriptores cognomen præponere. n. hil frequenter Tacito, nihil Vellejo, n. nihil aliis. *Græmus.* Unde autem cognomen illud Corneliaz genti hæserit, vide apud Macro. Saturn. 1. 6. *Freinsbœnius.*

*Simulat colloquio]* Qua ratione plures etiam decepti. Ariarathes Cappadociaz apud Justin. 38. 1. Artavafdes Armenus apud Plutarch. Anton. 67. Tyranni Athenienses apud eundem Justin. 5. 10. *Idem.* Cn. Cornelius Asina C. Duilii collega dum Liparas cum xv l i. navibus contendisset, opportunitate aliqua invitatus, tamen aliquanto quam necesse erat celerius, ab Annibale Pœnorum duce velut indagine cinctus capitur, teste Polyb. libr. 1. Ceteri auctores cum Floro de Punicæ fraude & jurejurando deceptum consulem consentiunt: dum enim eum adduxerunt ad suum ducem, quasi visendi agrotum gratia, mox captivum abriperunt in Africam æ Sicilia cum x x l i. navibus, ut Appian. in Lybiis scribit, idem Cornelius sexennio postquam captus fuerat, de Pœnis pro consule triumphavit, ujus & Val. l. 6. & Capitolini scriptores meminerunt. *Stadius.*

*Perfidie Punicæ]* Quæ in proverbium abiit, quod recenset Erasmus 1. 8.

*tino dictatore, fere omnia præsidia Pœnorum, Agrigento, Drepanis, Panormo, Eryce, Lilybæo detraxit. Trepidatum est semel circa Camerinensium saltum: sed eximia virtute Calpurnii Flammeæ tribuni mili-*

*tum*

1. 8. 28. & Gilbertus Cognatus in append. adagio 35. simile ei est *Græcæ fides*, de quo Erasmus 1. 8. 27. *Freinsb.*

*Dictatore]* Temere hic à Floro adscribitur dictaturæ A. Attilii Calatini, quod consulatui ipsius tribuendum erat anno v. c. d x c i v. Dictator enim ipse Calatinus suffectus est, in locum M. Claudii Gliciaz. [sive potius Ilyciæ, ut hodie apud Sueton. Tib. 2. 8. legitur] qui scriba fuerat, coactusque abdicaverat, anno v. c. d v. atque in ipsius dictatura nihil memorabile gestum invenio, etsi primus dictator fuerit, qui extratraliam imperium habuerit. *Stadius.*

*Agrigento]* Agrigentum Siciliæ oppidum medio fere inter Pachynum & Lilybæum promontoria spatio: eoque latere Sicilia Africæ littoribus prætenditur. *Ægæyos* Græcè dictum, biennio prius quam consul esset Calatinus, in potestatem P. R. venit per obsidionem Coss. L. Postumio, Q. Mamilio, anno v. c. d x c i. describit. Agrigentum à Polyb. lib. 9. *Stadius.*

*Drepanis.]* Drepanum à Lilybæo in Septentrionem distabat, teste Polybio, stadiis fere viginti: nomen habet ab incurvato sinu instar falcis: *δρεπανος* enim Græcis falcem significat, nunc Trapani dicitur. *Idem.*

*Panormo, Eryce]* Panormus ultra Drepanum in Septentrionem sita est, distatque à Lilybæo 48. mill. p. *Eryx* mons est inter Drepanum & Panormum mari imminens, sed Panormo quam Drepano vicinior, qui magnitudine ab Ætna secundus est: in ejus vertice planities erat, ubi Veneris Erycinez templum; paulo infra verticem Urbes erat ejusdem cum monte nomi-

nis, erat & in eodem monte Anehifis sepulchrum. *Idem.*

*Lilybæo.]* Lilybæum extremum Siciliæ in brumalem occasum promontorium, à Roma in Euronotum, à Carthagine in Hellepontum porrectum jacebat, distabatque ab Africæ littoribus mille stadiis, ut Polyb. ut Strab. testatur, mille quingentes. Sed Plin. ad Mercurii promontorium à Lilybæo centum & octoginta millia passuum mensurat. Strabo etiam auctor est, quandam acutissimi visus, cum in speculam ascendisset, naves Carthaginensium portum egredientes Lilybetanis numero renuntiasse, quod sane sphaerica ratio ob maris convexitatem interca ad tria mill. p. turgescentem non patitur. aut oportuit trium millium p. altitudinis eam speculam habuisse. Erat in hoc quoque promontorio Lilybæum urbis firmissima & Carthaginensium præsidio munita. De qua hic loquitur Florus. ea hodie Marala dicitur. *Stadius.*

*Camerinensium.]* Camarina urbs Siciliæ, Syracusanorum colonia in latere Lybici maris a Pachyno in occasum distabat 50. mill. pass. teste Strabone: ad hujus urbis saltum, cum temeritate consulis Calatini exercitus in vallem (cujus colles undique hostes insedissent) demissus esset, Calpurnii stratagemata consuli occasionem dedit, ad exercitum inde extrahendum, aliter ista quam Florus narrat Frontinus lib. 1. c. 5. & lib. 4. cap. 5. itidem Gellius 3. cap. 7. & varia huic Tribuno nomina adscribunt. *Idem.*

*Calpurnii Flammeæ]* De hoc Plin. 2. 2. 6. Livius, 22. 60. & ejus Epit. 17. M.

*tum evasimus, qui lecta trecentorum manu, infestum & infestum ab hostibus tumultum occupavit, adeoque moratus hostem, dum exercitus omnis evaderet: ac sic pulcherrimo exitu, Thermopylarum & Leonidæ famam adequavit: hoc illi superior noster, quod expeditioni tanta superstit & supervixit, licet nihil scripserit sanguine. Lucio Cornelio Scipio-*

Caro apud Agell. 3. 7. *Q. Cadium* vocat; C. L. *Quadrigarius Labeium*. Caute igitur Frontin. Strateg. 4. 5. 10. *Is, cuius varie tradidere nomen*. Dissentiunt etiam in militum numero. Ceterum ante hunc salvis etiam militibus suis exercitum Rom. Decius liberavit. Liv. 7. 34. &c. Plin. 22. 5. *Freinsh.*

Non tantum infestus ab hostibus ille tumultus, sed etiam infestus & iniquus fuit Romano. Epitomes Livianæ auctor lib. xvii. eandem hanc rem narrans: *Atilius Calatinus consul cum in locum iniquum Pænis circumfessum temere duxisset exercitum M. Calpurnii tribuni militum virtute & opera evasit*. Notandum porro non infestum ab hostibus dicere illum tumultum, sed circumfessum. In medio quippe hostium situs, ad quem eruptione per medios hostes facta capiendum contendit Calpurnius, ut Pænos in se converteret & spatium daret cetero exercitui evadendi. Quod non solum ex illo Epitomes loco noscimus, sed etiam ex altero Livii lib. xxxi. ex oratione Manlii Torquati, ubi hæc verba: *Sicut nobis adolescentibus priore Punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, cum ad cumulum eos capiendum situm inter medios hostes duceret, dixit, Moriatur milites, & morte nostra eripiamus ex obfisione circumventas legiones*. Non igitur infestus ab hostibus ille tumultus, ut hęc vult Florus, sed circumfessus, nec deturbandi hostes ex eo loco fuere quem non occupaverant, sed his perruptis

vacuus fuit capiendus. Ideo infestum & iniquum dixit illum tumultum, quia eum hostes circumfedeabant. *Salm.* Thermopylarum] Thermopylarum angustium montium atq; saltuum sunt in Thessalia, qua in Maliacum sinum orientemque vergit, ad Sperchii fluminis ostia lulentia admodum & limosa via, & non nisi sexaginta passuum patens, quæ via militaris via est, & quæ traduci exercitus, si non arceatur possit, eam Leonides Spartanorum rex contraheretur ingentem multitudinem cum trecentis Spartanis occupaverat, magnamque barbarorum per vim nitentium partem occiderat, nec superatus foret, nisi per proditorem Epialtem circumductus Trachinium hostis, eos à tergo oppressisset. Variant admodum in huius historiae traditione auctores, Cicero ecc. Spartanos, itidem Frontinus & Herodotus numerant, Gellius ex Catonis Originibus eccc. in idem Justinus D C. qui eruptione in hostes, & eadibus fatigatos, à multitudine barbarorum obrutos scribit. Thermopylarum situs venuste à Eliano lib. 3. Variarum hist. describitur. *Stadius.*

*Licet nihil scripserit sanguine*] Collectum ab Atilio Calatino Cos. adhuc inter cadavera suorum spirantem Calpurnium flammam, eumque convulsisse, & itrenuam deinceps P. R. adhuc novasse operam, M. Cato apud Gell. auctor est lib. 3. cap. 7. comparatque Leonidæ cum Calpurnii fortitudinem. Sed quod noster subindicare videtur sangu-

*ne quum jam Sicilia suburbana esset populi Romani provincia, serpente latius bello, Sardiniam annexamque Corsicam transit: Olbia hic, ibi Aleria urbis excidio*

sanguine scripsisse Leonidam, memoria lapsus est, utpote confundentis Othryadis stratagema cum Leonidæ. Cum namque de Thyrea agro inter Spartanos & Argivos controversia esset, ita prælio convenerat inter utroque populos, ut lis ea armatis utrimque trecentis prælio decerneretur. Otriyades Spartanorum dux erat, suisque caelis ipse vulneratus interque cadavera neglectus, hallæ fragmentis inmixtus, occisum Argivorum scuta collegit, erexitque Jovi Troæum quod proprio sanguine inscripsit, suisque ea ratione agrum asseruit, ut in Parallelis Ptolearchus narrat. *Idem.* Camers & Stadius putant Leonidæ tribui, quod Othryadis proprium erat. *Græterus.* Me quod atinet, nunquam adduci possum, ut credam ab auctore potius esse quatuor illa verba quam ab insulso glossatore. Demus enim potuisse errare in historia Florum, demus etiam voluisse, ut supra 1. 10. ubi Aruntem Tarquinium videretur adulterum facere, ut melius quadret illud: *quasi adulterum ad inferos usque sequeretur*; at largiri nunquam poterò, adeo insulam sententiam fuisse subjecturum, egregium enim acumen illud & dignum propter quod mutetur in historia aliquid, licet nihil scripserit sanguine! quasi hoc novum esset aut insolens, supervivere expeditioni hominem, qui sanguine nihil scripserit. *Freinshemius.*

L. C. Scip. ] Cornelium Scipionem Cos. de Pænis, Sardinia, & Corsica triumphasse an. v. c. dxxciv. in Capitolinos triumphos relatum est, de Pænis quidem, quia Annibalem à C. Duilio prius victum & nunc hoc anno classe Punica in Sardiniam revectum ex improvviso circumfedit, clas-

semque ejus cepit. Annibal domum reverfus ob rem toties male gestam in cruce sublatu est. Anno ejus successor, fortissimo pro Olbia Sardinia urbe pugnans, à Scipione quoque victus & occisus est. De Sardinia, ob Carallin (ita enim apud probatos auctores nomen habet) Sardinia nobilissimam urbem ab ipso expugnatam triumphasse; Corsicos etiam utcumque armis fuisse edomitos ipse triumphus ostendit, est scriptores, quid à Cornelio in Corsica gestum sit, discrete non referant. *Stad.*

*Olbia hic, ibi Aleria urbis excidio*] *Hic*, in Sardinia nimirum, Olbiam urbem expugnavit: *Ibi*, nempe in Corsica Aleriam excidit. Ait Romanos serpente latius bello ex suburbana tum provincia in Sardiniam eique adnexam Corsicam transisse, & in hac insula Olbiam, in illa Aleriam cepisse. Olbia Sardinia urbs. Stephanus varias urbes hoc nomine recensens, *ἐπι* inquit *Σααρδῖς*. At Aleria Corsicæ. In Corsica à Ptolemaeo recensetur *Ἀλεῖα ἠελωνία*. Apparet colonos in eam urbem à Romanis deductos postquam à Lucio Cornelio expugnata fuit. Notat Epitomes Livianæ auctor L. *Cornelium consulem contra Sardos & Corsos & Hannonem Pænorum ducenti feliciter pugnavisse*. Quod de hac victoria & urbium in Sardinia, Corsicaque supra scriptarum excidio intelligendum. Vide quanti sit momenti bonos & fideles libros inspexisse. Absque illo Nazariano foret, æternum hic locus in mendo jacuisset. Nam ceteri omnes libri hac parte profligatissimi nihil fere opis dabant ad extricandam veritatem. In priore Palatino legitur: *Ibi & hic Halcut urbis*. Posterior ita

*cidio incolas terruit; adeoque omnibus terra, mari Pœnos expugnavit, ut jam victoriæ nihil nisi Africa ipsa restaret. Marco Attilio Regulo duce jam in Africam navigabat bellum. nec deerant qui ipso Punici maris*

scriptura præfert : *Vbi & hic Baleria urbis. Vetus editio : Vbi & hic Halena. Correctores porro ex his fecerunt: Vbi & sic Cavala urbis. Proclivius erat facere: Vbi & sic Valeria urbis. Nam Valeria urbs in Sardinia. Ptolemæo Οὐαλεῖα πόλις in ea insula ponitur. Sed omnino vera lectio quam supra reposuimus. Flori codices etiam corrupti fuisse videntur ætate Jordanis in cuius libris ita descriptum offendit : *Olibiam ibi Aleria urbis. Verius puto cum sanam in his lectionem reperisset nec intellexisset, ita mutasse. Salmassius.**

*Mari Pœnos expugnavit.]* Dicitur cum suspectum habeo hoc verbum, *expugnavit. Quid enim est, mari Pœnos expugnare? Nec Latina est, nec proba locutio. Nazarianus non plana via veritatem ostendit, sed digitum ad eam præterit scribendo, repugnavit. Quod ego statim arripui, ac scripti, repurgavit. Elegans porro nec protritum loquendi genus, Pœnos mari & terræ repurgare, cum tamen potius dicendum videretur, mare ac terram Pœnis repurgavit. Sic libro quarto et in re dissimili ac diversa, aurum venis repurgare dixit. Hæc scripseram cum & veteres Jordanis Codices consulendos duxi, in quibus plane reperi: *adeoque omni terra & mari Pœnos purgavit. Quæ scriptura vehementer sententiam meam stabilivit. Sed purgavit in Jordane salsum est. Nā repurgavit omnino scribendum, i. e. tanquā purgamenta rejecit. Id.**

*M. Attilio Regulo.]* M. Attilius Regulus, L. Manli. Vulso Coss. an v. c. c. x. c. i. parabant, ut bellum in Africam transferrent: Pœni id pro viribus impedire conati prælium ineunt

ducibus Annone & Amilcare: victoria navalis penes Romanos. fuit, qui reparatis etiam quas ceperant navibus. ad Mercurii promontorium (quod in Africa est) inde Aspidem Græcis. Latini Clypeam dictam, quæ a littore prima est, veniunt, eaque in dedicationem acceptam, in agrum Carthaginiensem impetum faciunt. *Stadius.*

*Nec deerant qui ipso Punici maris nomine ac terrore deficerent, augente insuper Tribuno Mannio metum: in quem, nisi paruisset, securi districta Imperator metu mortis navigandi fecit audaciam.]* Ita se habet, divisa inter Imperatorem & milites munia sunt. Vobis dicitur apud Tacitum Romanus Imperator *Hist. l. i. arma & animus sit, mihi consilium & virtutis vestræ regimen relinquite. Mali illi sunt & nequaquam ferendi, qui iussu ducum interpretari malunt quam exsequi. Parendo potius quam imperia sciscitando res militaris continentur. Tria apud Livium militem curare vult Æmylius Paulus; ut corpus quam validissimum & perniciosissimum habeat; arma apta; animum ad subita semper imperia paratum. Jure igitur in Mannio, ni parceret, securim frangi iussit Regulus, ne is pernicioso suo exemplo ceteris, minoribus maxime, præiens, eos corrumperet, & vim disciplinæ, sine qua nec olim gerebatur, nec hodie, uti oportet bellum geri potest, labefactaret. Posthumii & Torquati meminerat Imperator, qui ne filiis quidem, quamquam victoribus, quia injussu pugnarant, pepercere, satius esse judicantes se fortissimis & dilectissimis filiis, quam patriam militari disciplina carere. Nec oblitus erat*

*maris nomine ac terrore deficerent, augente insuper Tribuno Mannio metum: in quem, nisi paruisset, securi districta, Imperator metu mortis navigandi fecit audaciam. Mox ventis remisque properatum est: tantusque terror hostici adventus Pœnis fuit, ut apertis pæne portis Carthago caperetur. Prima belli præmium fuit civitas Clypea: prima enim à Punico littore quasi arx & specula procurrit. Et hæc, & trecenta amplius castella vastata sunt. Nec cum hominibus; sed cum monstris quoque dimicatum est, quum quasi in vindictam Africa nata, miræ magnitudinis serpens, posita apud Bragadam castra vexaret. Sed omnium victor Regulus, quum terrorem nominis sui late circumtulisset; quumque magnam vim juvenutis, ducesque ipsos, aut cecidisset, aut haberet in vinculis; classemque ingenti præda onustam, & triumpho gravem, in Urbem præmisisset; jam ipsam belli caput.*

erat vix Fabio Rulliano, cum universi pro eo cives ac tribuni ipsi supplicarent, neglecto imperii poenam remisisset Papirius. *Val. Max. l. 7. Apud Gellium lib. 1. cap. 13. legimus, Crassum cum architecto è duobus quos viderat malis, ut majorem miseret, imperasset; & is minorem, non sine causa tamen, cum magis idoneus & aptior esset, misisset: virgis in illum animadvertisse: cum corrumpi atque dissolvi officium omne Imperantis existimaret, si quis ad id, quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non desiderato responderet. Zevencolus.*

*Miræ magnitudinis serpens.]* De qua Agell. 6. 3. Val. Max. l. 1. 8. 19. ext. Plin. 8. 1. 4. c. x. pedum longitudinis fuisse; pellemque ejus & maxillas usque ad bellum Numantinum, hoc est, c. xv.

annis Romæ in templo durasse testantur, eamque balistis tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnaram. *Stad. Vide Livium epit. 18. Obsequent. cap. 29. Adonis Chronicon sub anno 4446. Bragadam.]* Bigrada fluvius Africae inter Uticam & Carthag. in mare labitur. *Stadius.*

*Aut cecidisset, aut hab. in vin.]* Non dubito quin verior sit lectio, *cepisset.* Sic enim hæc procedunt. *cum magnam vim juvenutis ducesque ipsos aut cepisset aut haberet in vinculis.* Prius ad prius refertur, secundum secundo convenit. Ita enim accipiendum ac si scripisset: *cū magnā vim juvenutis cepisset, ducesque ipsos haberet in vinculis. Multos ex juvenile captivos abduxerit, ducesque habebat in vinculis. Solos duces in vinculis habitos significat. Salmassius. Circum-*

caput Carthaginem urgebat obsidio, ipsisque portis inhabitabat. Hic paullulum circumacta fortuna est; tantum, ut plura essent Romane virtutis insignia: cujus fere magnitudo calamitatibus approbatur. Nam conversas ad externa auxilia hostibus; quum Xanthippum illis ducem Lacedæmon misisset, à viro militia peritissimo vincimur. Tum facta clade, Romanisque usu

*Circumacta fort.]* Cum Carthaginenses paulo ante mari, jam etiam terra remale gestia, non ignavia tamen militum, sed imprudentia Ducum omnibus modis impeditas consiliorum suorum rationes haberent, Polyb. lib. 1. à Regulo anxie sollicito, ne cum comitia jam instarent, mitendos Roma successores, confecti belli titulum sibi interverteret; ad incedendam pacem invitati fuerant. Verum cum missis ad se primariis Reipublicæ viris, tam graves & iniquas conditiones proposuisset, ut plane etiam expugnatis difficultiores vix præscribi posse viderentur; Carthaginenses insolenti ac inhumana Reguliduritia non mediocriter, ut generosus decebat, offensus, cuiuscumque tandem quæ evenire posset fortunæ securi, omnia potius experiri decreverunt, quam pati aliquid nobilitate sua & gloria rerum gestarum indignum. Xanthippum igitur, virum disciplina Lacedæmonica imbutum exercitui præfecerunt; qui superiorum Ducum imperitiam corrigens, non ut ante per abrupta, sed per plana copias ducere cepit, quia equis ac elephantis Pœni longe superabant Romanos. Et res successit ex voto. Toties ante victores victi fuerunt, ipse Regulus captus cum quintentis. Nobili exemplo demonstrans fortunæ, maxime lætæ, non nimis esse fidendum. Labet cum Laberio dicere; *Summum ad gradum cum claritatis generis,*

*Consistes ægre, & quam descendis, decides:*

*Cecidi ego, cadet qui sequitur.*

Cum Totilas post occupatam bis Romanam de fortuna nil dubitans, Narsetem qui transactione, non armis finire bellum maluisset, contemneret; neculam admitteret pacis mentionem, ab eo victus & in fuga occisus fuit. Zeno.

*Cum Xanthippum illis ducem Lacedæmon misisset, à viro militia peritissimo vincimur.]* Late docet Polybius l. 1. de viis tunc Carthaginensibus Imperatores, idæoque necesse fuisse ut alibi quærerent. Alioquin nisi forte periculose inter Proceres argumulationes timeantur, malo ego indigenam Imperatorem designari, quam peti aliunde. Spes enim est fideliorum cum operam patriæ navaturum, & militibus ac subditis fore acceptiorem, tum quia alienigenam Dominum nemo patitur libens, Curt. l. 7. tum quia jucundius est suis parere. Interim Xanthippus, cuius hic fit mentio, restitutis Carthaginensium rebus paulo post in patriam rediit, optime sibi consulens. Nam egregie gestæ & præclara facinora invidiam & calumnias gignere confueverunt, quas cives quidem aut indignæ, amicorum & affinium numero ac opera repellere subinde & vitare possunt; ac externi amicorum ac affinium auxilio aut copia destituti, vincuntur facile & periclitantur. Zevecotius.

usu incognita, vivus in manus hostium venit fortissimus imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitatis fuit. Nam nec Punico carcere infractus est, nec legatione suscepta. quippe diversa, quam hostes mandaverant, censuit; ne pax fieret, ne commutatio captivorum reciperetur. Sed nec illo voluntario ad hostes suos reditu, nec ultimo, sive carceris, sive crucis supplicio deformata majestas, imo his omnibus admirabilior,

Carthag. utcunque cladibus fracti viderentur, tamen acerbiores Reguli pacis conditiones repudiarunt, acciperentque; externum ducem Xanthippum Spartanum, cuius militari peritia, & sua clarione confidentiaque victi sunt Rom. qui dum crebra victoria inflorescerent, Græculum hominem ut imbellem contempserunt, quæ temeritas ipsis cladem attulit, quam ab elephantis acceptam esse Polyb. auctor est: eam tamen Frontin. peritæ Xanthippi in intruenda acie lib. 3. Stratagem. ascribit. Appianus confidentiam Artillii accusat, dum æstuoso die, gravibus armis, siti æstuque confectum exercitum, varieque fatigatum & iniquissimo loco in hostem ducit; atque ex triginta millibus quibus præerat, paucos Clypeam evasisse, reliquos caesos, aut cum duce captos fuisse: auctores in captorum, & caëorum, & fuga elapsum numero fere omnes variant. Eutrop. numerum habet præ cæteris amplissimum. Xanthippus victoria potius, mox in Græciam prudenter cogitabat, ne apud Carthaginenses barbaros sese æmulationi aut invidiæ objiceret: ipse donis & muneribus benigne à Carthaginensibus ad suspicionem dimovendam habitus, Punica fraude quæ gloriam ejus belli ad se traherat, in mari dum navigat, oppressus & submersus esse creditur, teste Appiano in Lybico. Stad.

*Quam hostes mandaverant.]* Pœni à Metello Cos. ad Panormum victi, Regulum jam quadriennio captivum Romanum de pace aut de captivis commutandis una cum suis legatis miserunt, ille utrumque in Senatu dissuasit, & Carth. rediit, etsi ad crudelissimum hostem & exquisita supplicia proficisci sese non ignorabat; tamen jusjurandum, quo se reverfurum atrinxerat, nisi utrumque impetraret, conservandum putabat. Latius ista Eutrop. Oros. Gell. lib. 6. cap. 4. Stad.

*Sed nec illo voluntario ad hostes suos reditu, nec ultimo sive carceris sive crucis supplicio deformatam majestas.]* Multis herouicum hoc Reguli factum commendat Cicero off. 3. ubi non paucis argumentis nervose demonstrat, fidem hosti datam servandum esse, eosque qui putant nullam esse fidem quæ infideli data sit, quærere latebram perjurio; adeoque, id non probasse Romanos ut cum post Cannensem pugnam decem ad Senatum misisset Annibal juratos, nisi, quod volebat, impetrassent in occupata à se castra redituros, & ex iis unus juramenti fe religione solum ut periret quia digressus ab Annibale, quasi oblitus aliquid iterum brevi post in castra redierat, eum quasi veteratorem & stulte callidum vincitum ad Annibalem remitti curaret Senatus. Frans enim distringit non dissolvit perjurium. Zevecotius.

*rabilior, quid aliud quam victus de victoribus, atque etiam, quia Carthago non cesserat, de fortuna triumphavit? Populus autem Romanus multo acrior infestiorque pro ultione Reguli, quam pro victoria fuit, Metello igitur consule spirantibus altius Pœnis, & reverso in Siciliam bello, apud Panormum sic hostes cecidit, ut ne amplius eam insulam cogitarent. Argumentum ingentis victoriae, centum circiter ele-*

*phan-*

De supplicio Reguli variant script. Cicer. in Pisonianâ, Regulum in machina relegatum scribit, & resectis palpebris in vigilando enecatam: eam machinam Appianus cavcam vocat stimulis intus exstantibus, necubi sine corporis laceratione proclinare possent. Tubero apud Gel. l. 8. aliud & inauditum tradit, talionemque nobilissimis Pœnorum captivis repensum esse à Reguli liberis, eosque in armario muricibus præfixo inclusos, infamniaque excruciatos interiisse. Flor. crucis supplicio enecatam, ceteri omnes infomniâ, etsi alio atque alio cruciatu genere tradant, laudatè constanter ab omnibus Reguli in adversis animi fortitudo, in patriam pietas vitæ prodiga, & hosti ad internecionem usque fides servata. *Stad.*

Reducenda primum versus lectio quæ habet: *Nec ultimo sine carcere seu crucis supplicio deformata majestas.* Deinde lector admonendus ultimo heic adverbiale esse. Nec enim ultimum carceris aut crucis supplicium hoc loco intelligendum. Dixit non carcere Punico infractum esse Regulum cum primum in carcerem conjectus est, non deinde legatione suscepta, qua diversum censuit quam hostes mandaverant, ne pax feret, ac ne captivorum commutatio admitteretur. Sed nec illo voluntario ad hostes reditu infractus est. Nec ultimo aut

carcere in quem reclusus est cum rediit, nec crucis supplicio deformata majestas. Sic ultimo Suetonius usurpat, item Arnobius, ut alibi pluribus ostendimus. *Salmasius.*

*Metello*] Post devictum in Africa Regulum, & sævissima aliquot naufragia, Romani à mari abstinerebant: Pœni ex ea occasione spem recuperandæ Siciliæ capiunt, Afrubalemque cum exercitu in insulam mittunt, qui cum C. Furium Metelli collegam cum mediâ parte copiarum Romam esse reversum ex transfugis didicisset, movit versus Panormum, ut Metellum opprimeret: ille ut hosti confidentiam confirmaret, intra mœnia continuit exercitum, atque traicententium flumen adortus, elephantiisque, quos in R. impulerat, vulneribus telisque irritatis, atque in hostium agmen conversis, belluarum impetu percurbat aciem Pœnorum, turbatosque ex obliquo invadit, & magno prælio vincit: duxit enim in triumphum xiiii. duces hostium, & cxx. elephantos, quibus Eutropius x. elephantos, Plin. xxi. addit. at Orosius xv. noster Florus xx. ab ea summa deducit. Pro consule triumphasse L. Cæciliam Metellum de Pœnis vii. Idus Septembris, anno dñi. Triumphi Capitolini testantur, quo præterea consilio elephantos in Italiam Metellus trajecerit, docet lib. i. Front. cap. 7. & Plin. lib. 8. *Stadius.*

*Clau-*

*phantorum captivitas: sic quoque magna præda ac si gregem illum non bello, sed venatione cepisset. Appio Claudio consule, non ab hostibus, sed à diis ipsis superatus est, quorum auspicia contempserat; ibi statim classe demersa, ubi ille precipitari pullos jufferat, quod pugnare ab his vetaretur. Marco Fabio Buteone consule, classem hostium in Africo mari apud Egimurum, jam in Italiam ultro navigantem cecidit. Quantus ô tunc triumphus tempestate intercidit, quum*

delictorum: Exempla sunt compluria, quæ tamen omnia intelligas ex uno isto apud Joseph. 1. 3. 19. ubi languis Aristobuli fortuito effunditur loco eodem, qui fraterno cruore rubebat. *Freinsh.*

*Præc. pullos.*] Per jocum Deos irridebat, teste Cicerone, P. Claudius: cum enim cavea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam jussit ut biberent, quando esse nolent: superatusque navali prælio, cum Dictatorum dicere à Senatu juberentur, velut iterum illudens discrimini publico, Gliciam viatorem suum dixit, ultimæ fortis hominem, ut habet Suetonius & Epitoma Livii. L. Junius Bullus P. Claudii collega tempestate classem amisit, cum auspiciis etiam non paruisset, itaque necem sibi ipse conscivit, teste Cicerone. Romani tunc naufragis afflicti per quinquennium, mari abstinerunt. Classis Punica insequentibus post Claudio annis. Italia oram infestavit, eamque longe lateque vastavit. *Id.*

*M. Fab. apud Egimurum.*] M. Fabium Buteonem, qui consul fuit, cum C. Atilio Bulbo, an. dñi. navali prælio vicisse Pœnos, nullum quidem præter Florum auctorem habeo. *Egimurus* vero insula est in mari Africano, quæ sinum à mari claudit, in quo sita est Carthago xxx. M. fere passuum ab urbe, teste Livio lib. 30. *Idem.*

*Trium-*

quum opulenta præda clâssis, adversis acta ventis, naufragio suo Africam & Syrtes, omnium imperia gentium, insularum littora, implevit! Magna clades, sed non sine aliqua principis populi dignitate, interceptam tempestate victoriam, & triumphum perisse naufragio; & tamen, quum Punicæ prædæ omnibus promontoriis insulisque frustarentur & fluitarent, P. R. & sic triumphavit, Lutatio Catulo con-

Triumphus intercudit. ] Regulo capto, & exercitu Romanorum à Pœnis cæso, duce Xantippo, Æmilium Paulus & Fulvius Nobilior consules anno c d x c v i i i. in Africam cum c. c. navium classe navigare iussi, Clypeam perunt. Eo Carthaginienses cum pari classe confestim occurrunt: navale prelium, quod differri non poterat, committitur, in quo Romani superiores sunt, c i v. Carthaginiensium naves demergunt, x x x. cum pugnatoribus capiunt, triginta quinque millia militum cæsa sunt. Post autem cum Romana classis ad Italiam prædis onusta remearet, deformi naufragio everfa est, nam ex trecentis navibus c c x x. perierunt, l x x x. vix abjectis oneribus liberatæ sunt. Consules utrosque pro Cos. de Cossurentibus & Pœnis triumphasse, anno v. c. d x c i x. Triumpho Capitolini testantur, ita ut calamitas ista Cos. quo minus victoriæ honorem meriti adepti sint, impedimentum fuisse non videatur, Cossura autem insula in mari Africo sita est. *Stadius.*

Syrtes ] Anno D. Consules, Cneus Servilius Cæpio, C. Sempronius Blæsus c. l x. navibus Africam trajecerunt, universam oram maritimam, quæ circa Syrtes est, depopulati sunt; ignari autem locorum in Syrtium vada brevique impulsî, onera abjicere omnia ut naves sublevarent coacti: cum retro in Siciliam, atque ex Sicilia in Ita-

liam redirent: coorta tempestate centum quinquaginta naves onerarias & prædam amiserunt. Triumphasse tantum Consulem Sempronium Blæsum de Pœnis anno D. testantur Capitolinæ Tabulæ. Idem.

Lutatio ] C. Lutatius Consul anno d x i. reparata classe, adversus Pœnos ineunte vere missus est, isque adiutor datus est Q. Valerius Flaccus, quia collegam ipsius A. postumium Albinum, flaminem Martialem Metellum Pontifex Max. in urbe tenuit. nec passus est ipsum ad bellum proficisci, ne à Sacris recederet. Itaque hoc anno primum duo prætores creati sunt; alter urbanus juris dicendi, alter qui rei gerendæ causa Consuli adesset, C. Lutatius Carulus rebus adversus Pœnos à pluribus ducibus prospere gestis, summam victoriæ sua celeritate imposuit, eo quod prospero die, hoc est, vi. Idus Martias, quam hostem vidisset, classem ipsius gravem commeatibus, suo apparatu & instrumento impeditam, oppresserit. Carthaginienses ea clade victi fractique coacti sunt x x i v. anno, postquam bellum istud primum Punicum coepum est, pacis conditiones accipere; factique sunt Pœni P. R. veltigales & stipendiarii. Leges autem pacis recte Polybio tales lætæ sunt. *Pœni Sicilia & omnibus insulis qua in Italia & Africam sunt excedunt, duo millia & ducenta talenta Euboica* (Eu-

boicum

sule tandem bello finis impositus, apud insulas, quibus nomen Egates. Nec major alias in mari pugna; quippe commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis gravis hostium clâssis, & in ea quasi tota Carthago: quod ipsum exitio fuit. Romana clâssis prompta, levis, expedita, & quodam genere castrensium: ad similitudinem pugnae equestris, sic remis, quasi habenis agebatur: & in hos vel in illos mobilia rostra, speciem viventium præferbant. Itaque momento temporis lace-

boicum talentum, ut nunc pecuniæ ratio est, quadringentorum coronarum erat) in annos xx. pendunt, in præfens mille Captivos Romanos sine pretio reddunt. Pirinque populi socii apud utrumque populum tuti sunt. Alterius socios neuter in amicitiam recipit, neuter in alieno imperio imperato, neve milites conducit. Livius libro vigesimo primo ait, Pœnos Sicilia & Sardinia hac in pace cessisse; quod tamen paulo post infirmare videtur, dum scribit, Sardiniam inter motum Africæ, (quem mercenarii milites ob stipendia non soluta in Africa moverant) fraude Romanorum, stipendio etiam superimposito interceptam, quod etiam Polybio testatur, idque factum esse observo, anno d x v i i. Imperatore T. Manlio Torquato consule, Orofius auctoribus Pœnis Sardiniam rebellasse, mox à Romanis subactam, pacemque supplicibus datam refert. Facta itaq; prima P. Romani provincia est Sardinia ann. d x x. Consule M. Pomponio Mathone de Sardinis triumphante, nam Sicilia etiam si hoc tempore à Pop. Romano administrari in formam provinciæ coeperit, tamen illa non est universa redacta in provinciæ formam ante Marcelli victoriam captis Syracusis secundo bello Punico anno d x l i i. teste Velleio: sunt etiam Corsi subacti à Popul. Romano

imperatore C. Papirio Masone, qui primo in monte Albano, quia à Senatu non impetrasset, triumphavit, anno d x x i i. atque deinceps ab uno prætore utraque provincia & Sardinia & Corsica administrata est; ter autem de Sardinis triumphatum esse Capitolini triumpho auctores sunt. Cætera quæ de provinciis istis recensenda erant, & ut iterum armis Romanorum recuperata sint post bellum Punicum secundum, suo loco prosequemur. *Stadius.* Quod ipsum exitio fuit ] Adde Livium 22. 14. Polyb. 1. 60. Ceterum classem expeditam, levem, promptam, utiliore esse, quam quæ armis, commeatibus, exercitu, propugnaculis nemis onusta est; notat Stevvechius ad Vegetium 5. 7. Sic infra 11. 8. Antiochi apparatus præpeditus magnitudine sua, & 4. 11. 5. Antonianis navibus ipsa moles exitio fuit. Freinsh.

Ad similitudinem equestris pugnae ] Homerus naves vocat equos marinos ἀλῖς ἵππους, Odys. d. vers. 708. Nautam aurigam vocat auctor veteris verus apud Charisium:

Typhim aurigam celeris fecere carina. Sic Varro Marcipore. *Hic in ambivio navem conscendimus palustrem quam nautici equifones per viam conducerent loco.* Idem.

*lacerata hostium rates, totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, ut de excidendis hostium mœnibus non quaereretur. Supervacuum visum est, in arcem murosque sevirè, quum jam in mari esset deleta Carthago.*

## C A P. III.

## Bellum Ligusticum.

**P***Eracto Punico bello, sequuta est brevis sane, & quasi ad recipiendum spiritum requies. argumentumque pacis, & bona fide cessantium armorum, tunc primum post Numam clausa porta Iani fuit: sed statim ac sine mo-*

ra

**B***ellum Ligusticum] Optima Nazarii membrana habent: Bellum Ligurim. Sic sane & Ligurinus lapis à Liguribus dictus apud quos inveniebatur Theophrasto teste. λιγυρίων Græci vocant, quod aliis λυγυρίων quasi sit Lyncis urina. Josepho & aliis vetustissimis auctoribus vocatur λιγυρίων à Liguribus populis. Potest & legi Bellum Ligurim. Nam & Liguris infra dixit pro Liguribus. Salmastius.*

Numa Pompilio regnante Janum Gævium belli pacisque indicem clausum fuisse primum omnes consentiunt; iterumque pace terra marique parva post Punicum bellum primum, Q. Atilio Bulbo, & T. Manlio Coss. anno v. c. d. x. v. i. i. clausum fuisse testantur Plutarch. in Numa. Livius lib. 1. Vellejus. Orof. & alii. Orofius toto anno clausum fuisse Janum, D. August. aetatem solum unam, Varro quidem libro 4. de lingua latina co-

dem anno & clausum & patet factum fuisse. Ligures longo & difficili bello post centesimum & vicesimum secundum annum, in provincia formam redactos demum esse, ex triumphis Capitolinis colligitur, de iis quindecies triumphatum esse, primum autem egisse. Conf. Cornelium Lentulum anno d. c. x. v. i. postremum egisse Aemilium Scaurum Consulem anno d. c. x. x. v. i. i. Belli causam Ligustinorum atrocina excitarunt, quibus Etruriam populi Romani provinciam infestabant. *Stadius.*

*Porta Iani] T. Manlium Torquatium, C. Atilium Coss. nominat Cassiodorus; Torquatium & Bulbum, tabulae Græcæ. Qui posterior in Orofio perperam Bulbicus, ut in Eutropio Balbus appellatur. Ambo enim adducunt hos Coss. veluti etiam Plutarchus Numa cap. 35. & libro de fortuna populi Romani cap. 16. scribunt enim, his Coss.*

*rapatuit. Quippe jam Ligures, jam Insuabres Galli, nec non & Illyrii laceffebant. sic desub Alpibus, id est, desub ipsis Italiae faucibus, gentes, deo quodam assidue incitante, ne rubiginem ac situm scilicet arma sentirent. denique utrique cotidiani,*

*Coss. templum Jani Romæ clausum fuisse; id quod post Numæ tempora non contigerat. Adstipulantur Livius 1. 19. 3. Vellejus 2. 38. 4. & D. Augustinus Civit. 3. 9. annotantes etiam, quam brevis illa a bello quies & pausa malorum fuerit. Hæc ex Annalibus Vianandi Pighii sub Ann. Urbis d. c. x. v. i. i.*

*Sic de sub Alpibus] Legendum unica voce: Desub Alpibus, id est desub ipsis Italiae faucibus gentes. Non alium memini antiquiorem hoc Floro auctorem in quo desub reperitur, compositum pro simplici sub. Frequens hujus præpositionis sic compositæ mentio occurrit in fragmentis agrimenorum veterum. Desub monte, Desub lapide & similia. Sic Desuburp dixerunt pro super. Salmastius.*

*Ne rubiginem &c.] Livius 39. 1. 1. de Liguribus: Is hostis velut natus ad continentiam inter magnorum intervalla bellorum Romanam militarem disciplinam erat: nec alia provincia militem magis ad virtutem acuebat, &c. Adde Justinum. 7. 2. Freinshemius.*

*Denique ita cotid.] Vetus lectio tam excusorum quam scriptorum repouenda: denique utrique quotidiani hostes. Emendatores rogarem quid eos moverit, ut ex utriusque ita subliterent. Vestigia nempe scripturæ rectæ illos duxerunt ad hanc tam felicem conjecturam? Utrique hostes, pene cotidiani, sunt Ligures, (sive Insuabres Galli) & Illyrii. Eant nunc & egregia sua commenta nobis probent: satis fane fecerint. Sequitur ad conjecturæ nostræ, & veteris scripturæ confirmationem: nec aliter utraque gente quam quasi cote qua-*

*dam populus Romanus ferrum suæ acuebat virtutis. Duos igitur hic tantum populos designat quos quasi quotidianos ac domesticos hostes Populi Romani fuisse dicit. Atqui tres gentes nominat, Ligures, Gallos Insuabres & Illyrios. An Ligures & Insuabres Gallos pro uno numerat populo? Hoc sane dici non potest. Nam expresse ac distincte hos tres diversos recenset populos. Ligures inquit, imis Alpium jugis adhaerent. At capite sequenti scorsim de Insuabribus Gallis agit cui capiti & titulum fecit, de bello Gallico. Mox altero capite se præpositam tractat de Illyriis sive Liburnis, cui titulus Bellum Illyricum. Non potest igitur effugere quin utroque de tribus usurparit. Quod vix credi posset si uno hoc tantum loco id fecisset. Nam ecce hoc eodem libro cap. xi. cum tres Galatix populos nominasset, Tolistobogos Trocmos & Tectosagas, itam in. c. x. Utrique sandis sagittisque acti in perpetuum se pacem dediderunt. Pertiosissime etiam talem hujus pronominis usum apud cum animadvertere licet lib. 4. cap. 12. ubi hæc verba habentur: Pannonii duobus saltibus ac tribus fluviiis Dravo, Savo Histroque vallantur. Sequitur deinde itam: In hos domandos Tribum misit. Cæsi sunt in utriusque fluminibus. Hæc magis possum mirari quam rationem reddere cur contra communem Latinitatis usum ac consuetudinem, utroque non de duobus sed de tribus dixerit. Salmastius.*

*Denique utrique quotidiani, & quasi domesticæ hostes, atrocina militum imbebant, nec aliter utraque gente, quam quasi cote quadam populus Romanus fer-*



*diani, & quasi domestici hostes tirocinia militum im-  
buebant. nec aliter utraque gente quam si cote qua-  
dam, populus Romanus ferrum suæ acuebat virtutis.  
Ligures imis Alpium jugis adherentes inter Varum  
& Macram flumen, implicitosque dumis silvestri-  
bus, major aliquanto labor erat invenire, quam vin-  
cere. Tuti locis & fuga, durum atque velox genus, ex  
occasione latrocinia magis, quam bella faciebat. Ita-  
que quum diu multumque eluderet Salyus, Deciatus,  
Oxybius, Euburiates, Ingaunus, tandem Fulvius la-*

*tebras*

rum suæ acuebat virtutis.] Prudenter prohibuit Lycurgus eosdem sæpe hostes bello repeti, ne nempe tentati frequentius redderent bellicosi. Quo postea nomine reprehensus maxime fuit Agesilaus, cum nimium sæpe Bæotiam invaderet: Thebani enim necessitate versa in occasionem amplectenda virtutis, tantam bellandi peritiam per quotidianam exercitia hauserat, ut Lacedæmonis æquales esse brevi caperint, & post superiores se ad Mantineam probarint. *Plut. in Lycurg.* Unde cum saucium forte Agesilaum vidisset Antalcidas, dixisse fertur, præclarum eum à Thebanis retulisse mercedem, qui rudes & ignavos ut pugnare discerent crebris irruptionibus invitos pæne coëgisset *ib.* Longa pax plurimos emollit, & multos olim populos in bellis floruisse accepimus, quos mox segnitia cum otio invasit, & virtute pariter ac libertate privavit. *Zerecot.*

*Ligures*] Hos trans Alpes ad Rhodanum usque occupasse olim Galliam Narbonensem, itidem ut à Varo, qui Galliarum & Italiæ terminus erat, ad Arnunum Italianam constat; quare impeditæ admodum nostræ & obscuræ de bello Ligustino tradidit, dum scribit bellatum cum Liguribus qui in Italia inter Varum & Macram flumen habitabant,

quo loco Ingauni & Intemeliæ ab aliis censentur; utpote qui maritima à Nicæa ad vada Sabatia habitaverunt, quando paullo post dum enumerat, quantos bello subactos, eos quoque cum istis confundit, qui trans Alpes ultra Varum partim mediterranea, partim maritima in Gallia Narbonensi habitabant; *Decentes* enim ad Vari ostia, *Oxybi* istis orientales, ad oram Galliarum maris habitabant; estque ibidem peritus *Oxybius* à vicina ejusdem nominis gente dictus Straboni lib. 4. *Euburiates* autem Plinius citra Alpes in Liguria numerat. nam quod *Salyes* sive *Salyus* hic etiam aliquot exemplaria recentent; mendum esse credibile est. *Salyos* enim bello Allobrogico, & primos trans Alpes arma Romanorum expertos, & tunc primum in ditionem à C. Sextio Calvino redactos, Florus 3. 2. Strabo libro 4. pag. 140. testantur. *Epitoma Livii* 61. addit: victa Salviatorum gente C. Sextium coloniam *Æguas Sextias* condidisse; triumphasse autem constat de Salviis, anno dcccxxi. *Stad.*

*Fulvius.*] Æque impeditum hoc est de Fulvio atque præcedentia, nec enim satis liquet quænam Fulviorum, de quo loquitur, fuerit. Varii enim Fulvii cum Liguribus bella gesserunt. Propior est conjectura, (est enim divi-

nandum,

*tebras eorum ignibus sepsit: Babius in plana deduxit: Posthumius ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum quo terra coleretur.*

CAP.

nandum; quia rerum cum Ligustinis gestarum historia apud nostrum Florum impeditissima est, & ab aliis scriptoribus diversa.) *Q. Fulvium Flac-* cum fuisse de quo loquitur, qui anno d l x x i v. Consul de Liguribus triumphaverit; etiam triumphum magis gratiæ, quam rerum gestarum magnitudini datum fuisse Livius testatur: tamen ipsum per devios saltus, per invios montes, impeditas valles cum exercitu transgressum, acie hostem vicisse, castris exfuisse, ex collibus in campetrem agrum deduxisse, præfidiæque montibus imposuisse idem auctor est. Apuanos etiam Ligures, qui ad Macram flumen habitabant, in deditionem acceptos, ad septem milia hominum in naves imposita præter oram Etrusci maris Neapolim transmisit, indeque agrum ipsius inter populares in Sannio dedit. Victos etiam fuisse à Fulvio Nobiliore Alpinos & Veleates in Capitolinis Triumphis exstat. Veleates autem inter Cisalpinos Ligures numerat Plin. 111. 5. & 15. *Stad.*

*Babius in plana deduxit.*] Ne locorum opportunitas iterum eos ad rebellandum excitaret. Sic superatos à se piratas longe à conspectu maris removit & mediterraneis agris quasi obligavit Pompejus. Augustus Cæsar Astures, fiduciam montium timens in quos se recipiebant, castra sua (quæ in plano erant) habitare & incolere iussit, quod ingentis consilii esse, observatum postea semper fuisse Florum affirmat l. 3. c. 6. *Zerecot.* Cn. & M. Bæbii Tamphilos [aut Pamphilos] fratres cum Liguribus rem gessisse in Consulatu, quorum iste collegam Corn. Cethegum anno d l x x i i i. ille anno superiore Æmilium Paullum ha-

buerit ex prisceorum monumentis colligo, & M. de Liguribus triumphasse. Apuanos autem Ligures Cornelius & M. Bæbii victos, & in deditionem acceptos, è montibus in campetres agros cogunt; traductique sunt ex Liguria in Sannium (eo consilio ne latebræ, quam rerum gestarum repereret rebellionem) 40000. liberorum capitum cum feminis puerisque publico sumptu, in agrum Taurasinorum quem de Sannitibus Romani ceperant, vocati que sunt à ducibus illi Ligures Bæbii & Corneliani, qui in hoc Sannitium tractu à Plinio recententur. quare de hoc Bæbio loqui Florum verisimile est. Cn. namque Bæbium ad comitia Romam reversum, cum L. Æmilius interea cum Liguribus Ingaunis prospere dimicaverit testatur Livius 40. 17. & 40. 28. & Æmilium de istodem triumphasse Capitolinæ tabulæ produnt, anno d l x x i i. *Stadius.*

*Posthumius*] Postumium hunc collegam intelligit Calpurnii Pisonis, qui vitricus fuit Fulvio Flacco; quique Pisoni in magistratu mortuo successit, anno d l x x i i i. et si tres fuisse Consules. L. A. SP. Postumios, qui bellum Ligustinum sortiti fuerint; tamen Livius de isto diferte refert quæ ad Flori relationem conveniunt, cum ita inquit; *26 A. Postumio Montanorum Ligurum vinctæ cæsa sunt, frumenta deusta, donec claudibus omnibus belli coacti ad deditionem venerunt, armaque tradiderunt.* *Stadius.*

*Et vix reliquerit ferrum &c.*] Intet cetera continendis gentibus inventa, hoc etiam fuit, ut ferro privarentur, nisi quantum agrorum cultus posceret. Ita Philistim cura effectum est, ut non inveniretur ensis & lancea in manu totius populi qui erat cum Saul & Iona-

## Bellum Gallicum.



*Allis Insubribus, & his accolis Alpium, animi ferarum, corpora plusquam humana erant: sed experimento deprehensum est, quippe,*

*tha, excepto Saul & Ionatha. 1. Samuel 13. 22. Etiam inter condiciones pacis cum Porfena hanc fuisse ex Plin. 34.*

*14. supra 1. 10. notatum est. Vide etiam infra 2. 18. Freinshemius.*

**B**ellum Gallicum] Cisalpini Galli, Boii & Insubres, cum lege Flaminia latum esset de agro Piceno & Gallico, unde Senones pulsi erant, viritum dividendo, suis etiam rebus ab injuria proximi metuere incipiebant: quare Boii Senonibus vicini, cum Insubribus ineunt societatem; & evocant etiam Gallos eos qui trans Alpes ad Rhodanum accolebant quos, Gessatas à mercede qua conducti militabant, Polybios vocari: alii à Gessa telo, quo in bello utebantur, dictos esse malunt. Reges eorum Congolitanus & Aneroëstus magnis invitati pecuniis cum ingentibus copiis, per Alpes in Italiam transeunt, atque cum se Boijs & Insubribus Transalpini conjunxissent, ipsi tunc peditum quinquaginta millia, equitum viginti millia exercitum adducetes in Etruriam irrumpunt. L. Aemilio Papo, C. Atilio Regulo Cos. anno DCCXVIII. Stad.

De hoc bello scribunt Epit. Liv. 20. Eutrop. 3. 1. Orof. 4. 13. Auctor de vir. illustr. cap. 45. Euseb. lib. temp. Plura Plut. Marcello cap. 7. &c. Sane in hoc bello P. R. sociorum Latinique nominis 30000. armorum habuisse dicitur. Epit. Liv. 20. Plin. 3. 20. dicit equitum 80000. peditum 700000. sine externis ullis auxiliis, atque etiam

sine transpadanis. Camers. Lege Polyb. 2. 24.

Insubribus] Insubres Galli ab oriente Carnomanis (qui hoc bello quieverunt) proximi erant, atque inter Osilium & Ticinum flumina, Alpes & Padum habitabant. Coluerunt autem hæc oppida, Cremonam, Bergomum, Mediolanum, Ticinum, Acerras, Novariam. Boii ab ortu Senonibus, teste Polybio, ad Rubiconem flumen ab occasu Liguribus Cispadanis ad Træbejam annem proximi erant, sed à meridie Apennino, à Septentrione Padò includebantur. Stad.

Sed experimento deprehensum est, quippe sicut primus eis impetus] Hæc invicem non coherent. Et turbant hoc loco verba ista, sed experimento deprehensum est. Quæ nec cum præcedentibus nec cum sequentibus convenienti sensu necesse possunt. Gallis, inquit, Insubribus & his Alpium accolis, animi ferarum, corpora plusquam humana erant, hoc est ultra staturam hominum enormia. Addit statim: Sed experimento deprehensum est, quippe sicut primus impetus eis major quam virorum est, ita sequens minor quam seminarum. Hoc nempe experimento deprehensum est, eos primum impetum habere majorem virili, secundum minorem mulie-

*quippe, sicut primus impetus eis major quam virorum est, ita sequens minor quam seminarum. Alpina corpora humenti cælo educata, habent quiddam simile nivibus suis: quæ mox ut caluere pugna, statim in sudorem eunt, & levi motu, quasi sole*

muliebri. Sic sane intelligendum. Sed ipsa constructio factis sana non est. Hæc motus vir eruditus quatuor illa verba turbantia tollebat. Sed experimento deprehensum est. Quod si feceris, verba tum coherent, sententia ipsa discrepabit. Gallis, inquit, corpora plusquam humana, animi vero ferarum. Causam deinde subjunget: Quippe primus impetus eis major quam virorum, sequens minor quam seminarum. Hoc nihil jam ad bestias, cum ejusmodi feris non solum primi impetus ferocissimi sint, sed etiam sequentes, sed etiam ultimi. Immo multæ ex his in ferrum sponte sua ruunt, nec ante ferociam animorum deponunt aut impetum ardorem quam exspiraverint. Non propterea igitur hoc illis accidit ut postprimos impetus clanguecant quod animos ferarum habeant. Nam pleræque feræ tales non sunt. Ceterum placebat etiam eidem viro docto verba hæc quatuor retinere scribere: Id experimento deprehensum est. Sed res eodem recideret. Hic nempe sensus esset: Gallis animos ferarum esse experientia comprobatum. Quippe primum impetum eis esse majorem virili, sequentem minorē femineo. Inde semper concluderetur tales feris animos esse. Quod non de omnibus verum est. Immo falsum in plurimis. Putem ego potius una syllaba addita quæ exolevit ob similitudinem præcedentis, scribendum: Sed id experimento deprehensum est: Sicut sicut primus impetus eis major quam virorum est, ita sequens minor quam seminarum. Sequens periosus non reddit causam ejus rei quæ in

præcedente continetur, sed eam potius corrigat ab experientia documento. Gallis dixerat animos ferarum esse ac corpora majora humanis. Mox se corrigens experimento deprehensum esse dicit ex bellis plurimis quæ cum eis Romani gessere, primos quidem impetus habere belluarum & majores quam virorum, sequentes vero minores quam seminarum. Hoc igitur non habuere ferarum quæ ad extremum spiritum eundem servant ferocia & immanitatis tenorem, haud minus concitata secundo impetu quam primo. Salmastius.

Primus impetus eis major quam virorum est] Hoc habet ex Livio lib. 10. qui non de Gallis Insubribus id dictum memorat, sed de Senonibus. De his enim ibi loquitur, prima eorum prælia plusquam virorum, postrema minus quam seminarum esse. Item ibidem: Gallis primo impetus feroces esse, quos sustineri satis sit. In eandem sententiam lib. v. de Gallis in universum pronunciat, naturam eis animos & corpora magis magis dedisse quam firma. Salmast.

Alpina corpora &c.] Docent Philosophi locatum consequi locorum conditiones. Hinc ait Porphyrius locum esse generationis principium, quemadmodum & patrem. Lege Cicer. lib. de fato cap. 4. Plin. 8. 58. Serv. Æn. 6. 724. Propert. 2. 3. Virg. Georg. 1. 57. Camers.

Ut caluere pugna statim in sudorem eunt] Sic Livius lib. 34. mollia & fluida Gallorum corpora esse dicit, eoque ætus ac laboris intolerantissima. Idem lib. 10. Gallorum corpora intol-

*sole, laxantur. Hisæpe & alias, sed Britomaro duce, non prius soluturos se baltea, quam Capitolium ascendissent, juraverant. Factum est. victos enim Æmilius in Capitolio discinxit. Mox Ariovisto duce vovere de nostrorum militum præda Marti suo torquem. Intercepit Iuppiter votum. nam de torqui-*

*verantissima laboris atque æstus fuisse. Quod Florus hic interpretatur in sudorem ire, hoc est, sudore diffuere. Nam fluida & mollia corpora levi labore atque æstu facile in sudorem eunt. In sudorem ire, ut apud Melam, in maciem ire, hoc est macescere: priusquam in maciem eant. Apuleius de Deo Socratis: Ibit in Senectutem, id est senescet. Sic ibi legendum nos alio loco docemus. Salmastius.*

*Britomaro duce] Britamaro quidam antiqui codd. Hoc ego nomen apud Polybium legere non memini, sed alios istorum Gallorum Reges Concolitanum & Aneroëstum à L. Æmilio victos. Vinetus.*

*Non prius soluturos se baltea] Usitatum veteribus ubi quid efficiendum suscipissent, obstringere se tali voto, tanquam assiduo monitore urgerentur ad maturandam rem quam proposuerant. Germani veteres crimem barbarumque submittebant, ut ex Tacitò H. 4. 61. & G. 31. liquet. contrarium Argivorum votum, comam non alere, apud Herodot. 1. 82. Similia sunt indusum non mutare &c. Freinsh.*

*Factum est] Simile quiddam accidit Amilicari Pæno Syracusas obsidenti apud Diod. 20. 49. Cic. de Divin. 1. 24. & Val. Max. 1. 7. 8. Idem.*

*Æmilius.]* Aimilio Papo, & Atilio Regulo Coss. Italianum nuntio Gallicorum ultus allato solam, sine externis auxiliis, equitum LXXX. millia, peditem DEC. millia armafæ Plinius lib. 3. auctor est: ad hæc etiam Polybius eundem numerum, sociorum Ita-

licorum exercitu nuncupato conficit. Aimilius cum parte copiarum Ariminum ad arcendos à trantitu Gallos profectus, prætorem ad Fæfulas acie victum & circumfessum liberat. Gallos inde cum præda in Etruriam abeuntes, à tergo Aimilius, à fronte Atilius ex Sardinia revocatus adorti: ita ad Talamonem, Etrurie maritimam urbem, pugnarunt, ut Gallorum x. millia occiderint, x. millia cum Congolirano rege ceperint. Aneroëstus femetipsum in fuga interemit; Consul Atilius in prælio occisus est. Aimilius vasto Bajorum agro Romam triumphans rediit, ac Capitolium armis & torquibus Gallorum exornavit: ita fere Polybius. Zonaras addit *ὁ ἀνεροῆστος* ipsis, cum risus acerbitate ut exfuerent in Capitolio Aimilium iussisse: Britomari ducis nomen, cujus hic Florus meminit, apud alios non legi, ut nec sequens Afrionici. *Stadius.*

*In Capitolio discinxit] Lege historiz veritatem apud Polyb. 2. 34. Multa namque poetica hic homo interfecit & gnificet. Vinetus. Stat tamen à nostro Zonaras tomo 2. pag. 68. Æmilius Boii superatis triumphans, captivorum principes armatos in Capitolium perduxit: insolentiam eorum irridens, quod se thyraces non prius excuturos iurassent, quam in Capitolium venissent. Freinsh.*

*Marti suo] Docet Cæsar de bell. Gall. 6. 17. Gallos quinque potissimum deos coluisse, Mercurium, Apollinem, Iovem, Martem, atque Minervam. Causam lege ibidem. Camers.*

*Torquem*

*torquibus eorum aureum trophæum Iovi Flaminius erexit. Viridomaro rege Romana arma Vulcano promiserant. aliorum vota ceciderunt. occiso enim rege, Marcellus tertia post Romulum patrem Fere-*  
*trio Iovi arma suspendit.*

C A P.

*Torquem.] Gallos cum auro (quod in torquibus habebant) pugnare solitos, Torquatus iudicio est. Plin. 33. 1. Idque tangit Varro citatus à Nonio in Torquis. Ita pratio, quo Marcellus, qui A. V. MIV. Cos. fuit, Gallos cecidit, inter alia etiam aureos torques multos captos Valerius Antias scribit apud Livium 33. 40. Cornelius Cos. in triumpho de Boiis, aureos torques transfudit mille quadringentis septuaginta. Nam auctore Polyb. 2. 17. opes singulorum erant in pecore, vel auro. Ut nemini mirum videri debeat, aureum trophæum ex torquibus eorum statui potuisse. Freinsh.*

*Aureum trophæum Iovi Flaminius erexit.]* Is quia inauspicato creatus Consul erat, à Senatu redire statim iustus non obedivit, sed conflixit cum Gallis, & de superatis triumphavit. Nobilibus ante exemplis probatum est, plus olim in imperio quam in victoria fuisse. Verum non semper id servasse Romanos & hic Flaminius, & Cæsar & alii convincunt. Sæpe scilicet commodi magis sui quam disciplinæ & æquitatis studiosi fuerunt. *Zerocotius.* Hujus trophæi imaginem ac memoriam expressam pulcre videmus in argenteis nummis, ab uno latere representantibus in corona laurea caput Iovis Triumphatoris, laurea item obvinctum: & ab altero victoriam, alarum cò palmæ ramo in sinistra, quæ coronam extendit supra trophæum arboris trunco suspensum, quod galea pinnata, clipeo rotundo, gladio & fago Gallico vestitum & adornatum est, cui adscriptus est titulus: C. FLAMINI. G. F. ROMA. Nummi picturam habes in Festis Goltzianis, Pighius in Annalibus ad A. V. DXXX.

Simile trophæum devictis eidem Gallis erexisse postea Marium, ex Plutarchi Cæsare. 9. Rycquius commentario de Capitolio Romano notat. Freinsh.

*Flaminius] Temerarius ille, quem ad Trasimenum occidit Annibal. Et qui sicut ὁ σπαραγμός τὴν δόξαν ἔρρηξεν, idq; sæpe immerito, triumphum consecutus est industria tribunorum, cum imperitia sua victoriam pene prodidisset. Auctor Polyb. 2. 31. Idem. C. Flaminius & P. Furius Coss. anno DXXX. inauspicato creatos fuisse, ob prodigia quæ apparuerant, aurgens consulti renunciantes: quare ab exercitu subito litere à Senatu revocatus Flaminius, eas acceptas non prius aperuit, quam collatis signis Barbaros juxta Aduz fluminis ripam sudisset: in ea pugna octo millia Gallorum cæsa, XVII. millia capta sunt. Vicisse autem Flaminius Gallos maxima Tribunorum militum in acie instruenda prudentia, qua illorum primum impetum ardoremque fatigaverint, Polybius describit: ægre triumphum impetrasse à Senatu Plutarchus auctor est, quia ex ipsa acie diis atque hominibus cum revocantibus non paruisse. Capitolini triumphii auctores, eum Consullem hoc anno triumphasse v. 1. Idus Martias testantur. *Stadius.**

*Rom. arma Vulcano promiserant] Romanis id usitatum ex Livio 8. 30. 23. 41. 12. 45. 33. itemque nostro 4. 12. patet. De Barbaris tale votum mihi nunquam lectum, sævius apud Tacitum 13. 57. ubi victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere, quo voto, equis viri, cuncta viva occidioni dantur. Idem.*

*Marcellus] Pacem prestantibus Infubres fracti fessique frequentissima clade, sed*

## Bellum Illyricum.



*Illyrii, seu Liburni sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam, Titiumque flumen, longissime per totum Adriani ma-*

à Coss. M. Claudio Marcello, & Cn. Cornelio Scipione in ipsos anno DXXXI. moventibus, ad arma inviti cōpelluntur. Coss. Aceras ipsorum oppidum, Infubres: Clastidium Romanorum obsidebant, (erat enim Clastidium ad Padum, quantum observavi, modo Liguri, aliquando Infubrum oppidum) Marcellus eo ad focios obsidione liberandos cū equitatu profectus, cum in Gestataram obvium exercitū incidisset, eum, rege ipsorum Virдумaro (cujus spolia Feretrio Jovi voverat) interfecto, fudit fugavitque. Marcellus deinde Aceras cepit, cum ii, qui Aceris præsidio fuerant, Mediolanum, quod Infubrum caput erat, confugissent, Cn. Cornelius suspenderant; de quibus exacte Livius 1. 10. & Egit. 20. Vide etiam supra. 1. 1. Apparet hinc Obsequentem cap. 20. falsum in hac historia aut corruptum esse, legitur enim apud eum *capto Virдумaro rege cum scribendum fuisset, cæso*. Freinsh.

**[Illyricum.]** Nondum deprehendere potui, quos annales secutus fuerit Florus nosser, quod Illyricum bellum Gallico Cifalpino posterius faciat, neglecta serie & ordine temporum: cum Illyricis enim bellum initum est anno v. c. xxxiv. Cum namq; Phœnicem Epiri emporium Illyrii per vim occupassent, mercatores Italicos commerciorum causa eo navigantes, etiam Illyriam, prædationibus adfueti, de prædatis sunt, legatosque, qui res repetitum ve-

spolia opima retulit de duce hostium Virдумaro ad Clastidium interfecto, anno DXXXI. Kal. Mart. quod & Epitoma xx. & Virg. lib. 6. Æn. Frontinus lib. 4. Plut. in Mar. testantur. Bellum itaque cum Infubribus colligitur triennium. Bojorum gentem biennio prius devictam fuisse Q. Fulvio T. Manlio Coss. an. DXXXI. Polybius auctor est, atque iis Coss. primum exercitus Romanos trans Padum ductos Epitoma xx. & Orosius scribunt. *Stadius*.

*Tertia post Rom. &c. j* Ita Virg. Æn. 6. 869.

*Tertiaque arma patri sustinet capta Quirino.*

Nam prima Romulus. secunda Cossus suspenderant; de quibus exacte Livius 1. 10. & Egit. 20. Vide etiam supra. 1. 1. Apparet hinc Obsequentem cap. 20. falsum in hac historia aut corruptum esse, legitur enim apud eum *capto Virдумaro rege cum scribendum fuisset, cæso*. Freinsh.

niebant, injuria affecerunt: dum namque Teuta Illyriorum regina superbe cum legatis ageret, superbiusque alter respondisset, jussu reginæ retractus ex itinere, occisus est: ea de causa Romani classe comparata ad ulciscendam legati necem Fulvium Centumalium miserunt, qui Corcyram, quam Demetrius ab Illyriis captam regerat, recepit. Inde Apolloniam in potestatem redegit; secuti sunt & Dyrrachini hanc victoriam, atque alii etiam populi sese Roma-

*ris littus effusi. Hi regnante Teutana muliere, populationibus non contenti, licentia scelus addiderunt. Legatos quippe nostros, ob ea quæ deliquerant, jure agentes, ne gladio quidem, sed ut victimas, securi percipiunt. præfectos navium, igni comburunt, id-*

Romanis tradiderunt. Teuta tot adversis fracta pacem a populo Romanis conditionibus impetravit, ut quotannis tributum penderet, ac Illyrio fere omni excederet, neque ei extra Lissum urbem nisi cum duobus inermibus lembis navigare liceret: ita fere Polybius hanc historiam prosequitur: variat ab eo Appianus in Illyrico: sed Zonaras ab utriusque discedit. *Stadius*. De hoc bello, & aliis cum Illyriis gestis, extat liber Appiani, qui *Illyrius* inscribitur. Lege Livii Egit. 20. Eutrop. 3. 1. Oros. 4. 13. *Camers*. Vide etiam Polyb. 2. 8. & c. & Zonaram tom. 2. pag. 67. Quod autem hoc bellum, post illud Gallicum Arioviti desigibat auctor, cum tamen prius gestum sit; facit ne rerum Gallicarum seriem interrumpat, sicut perpetuo solet. Vide infra 2. 19. *Freinsh*.

**[Titium]** Antiqui libri *Ticinum* appellabant, ut Gallie Fluvium, apud quem cæsi primum ab Annibale Romani. Ptolemæi Græca *Τίτυν* vocant, id est *Titium*. Plinius in extremo libro tertio: *Asia, gens Liburnorum, jurgitur usque ad flumen Titium*. Vinctus.

**[Muliere]** Videtur abundare vox ista, præsertim cum statim repetatur, *idque mulier imperabat*. Nisi forte ideo expressit auctor, ut jungeret in tantum non modo à libertate, sed etiam à servitute degenerasse, quod de populis fœmineo dominantui subjectis Tacitus G. 45. 11. ait. *Quamvis & olim & hodie potentissimi fortissimique populi muliebrem in imperiis successionem admittant*. *Freinsh*. Teuta vidua erat Agronis regis Illyriorum, nonverca Pineos filii Agronis. *Stadius*.

**[Legatos &c.]** Legatorum istorum nomina variant apud scriprores. *Cajum & Lucium Coruncanos* Polyb. 2. 8. vocat. *Publium Iunium & Titium Coruncanium* Plinius 34. 6. Appianus Illyrico, unius *Coruncanii* meminit. Porro & de numero interfectorum controversa est; Plinio duos illos quorum nomen adnotavimus occisos adferente, aliis autem absolute legatos interfectos dicentibus, numero non addito, quos inter Livius epit. 20. Orosius 4. 13. Eutropius 3. 1. Polybius minore natu Coruncanium occisum ait, quod liberius locutus esset. Appianus Coruncanio cæso, ceteros sibi manus intulisse; idque vivo etiamnum Agrone Teutanae marito factum. *Freinsh*.

**[Sed ut victimas, securi percipiunt]** Ignominioso mortis genere. Tangit id Livius 7. 15. cccvii. *Milites Romanos captos Tarquinienfes immolavit: qua fœditate supplicii aliquanto ignominia populi Rom. insignitior fuit*. Plura Casaub. ad Sueton. Aug. 15. 2. *hostiarum more mactator*. quo tamen non pertinet illud ex Livio 25. 16. citatum. Victimam porro securi perculti solitas multis exemplis demonstrat Briffonius formulærum libro primo, & post eum Taubmannus ad Virg. Æn. 2. 224. *Fœditatem autem hujus supplicii in causa fuisse, ut in militem qui Papinianum mori jussum non gladio sed securi percusserat, animadverti jussit Caracallus apud Spartianum cap. 4. & Xiphilinum; consentiunt Briffonius in Lexico. Gothofred. ad l. 8. §. 1. de pœn. Casaub. d. loc. ad Tac. 15. 67. Freinshemius*.

que quo indignius foret, mulier imperabat. Itaque Cneo Fulvio Centimalo duce, late domantur. Strictæ in principum colla secures, legatorum Manibus litæ vere.

## C A P. VI.

## Bellum Punicum secundum.

**R**ost primum Punicum bellum vix quadriennii requies. ecce alterum bellum. minus quidem spatio (nec enim amplius quam decem & octo annos habet) sed adeo cladum

Idque, quo indignius foret, mulier imperabat ] Xiphilinus in Nerone de clade Roman. in Britannia : *Que clades à muliere illata est pop. Rom. ut majore ignominia afficeretur.* feminarum enim iussa pati, ignominiosum est. videt Tacitum 1. 2. 40. Ne quis autem miretur asperitatem imperii, audiat eundem Tac. 3. 33. notantem mulierum iussa, *pervicacia magis & impotentia esse. Freinsheimius.*

C. F. Centimalo. ] Cn. Fulvio Centimalo, qui prioris anni DCCCXIV. Consul cum Postumio Albino fuerat, imperium adversus Illyrios fuisse prorogatum in hunc annum, & pro Consule de Illyriis triumphasse, ex Eutropio & Orosio : & Triumphorum tabulis manifestum est. Iterum Illyrii cum rebellassent anno v. c. DCCCXIV. ab Aimilio Paullo & M. Livio Coff. edomiti sunt. Demetrius enim Pharius Illyriorum

**B**ellum Pun. sec. ] Annibal Amilcaris filius in odium Romanorum sacramento, ex patris auctoritate, à nono ætatis suæ anno obstructus, jam agens xxvi. & ab exercitu suo imperator salutaris, deleta Sagunto, fœdera Pœno-

rex, oblitus beneficiorum populi Romani, Illyrica oppida Romanis subiecta vastabat. & fines fœdæ designatos transcendebat : adversus quem Aimilius consul missus Dimalium urbem præsidio firmatam intra 11. dies expugnat. Demetrium in Pharum, insulae Phariæ urbem, cum 6000. veteranorum contententem Aimilius infestus profecit, oppidumque capit. Demetrio prius fuga ad Philippum Macedonum regem elapso, Illyrium reliquum occupat Aimilius, Pineoque Teutæ privigno Agronisque sitio stipendium ut daret impetravit, ita Polybius, & Justinus. *Stadius.*

Manibus ] Gentiles credebant dolere manes interfectorum, nisi vindicta levarentur. Ideoque hac quoque in causa principes Illyrios eadem ignominiosa morte consecerunt. *Freinsheimius.*

rum cum Rom. ista violat: ipse superato Pyrenæo per Gallias & Alpes in Italiam degressus, Scipionem consulem equestri prælio ad Ticinum fluvium superat; quem vulneratum, filius admodum adolescens, ( qui que postea

cladium atrocitate terribilius, ut si quis conferat damna utriusque populi, similior victo sit populus qui vicit. Vrebat nobilem populum ablatum mare, captæ

postea ab Africa devicta Africani cognomen invenit ) ne in manus hostium veniret protexit. Iterum calliditate Annibalis ad Trebiam flumen, Ti. Sempronius collega Scipionis, tormentibus præ rixore sub Brumæ tempus Romanis, acie funditur. Tertiam cladem, ad Trasimenum in agro Perusino lacum, Consul Flaminius accepit, cum ab Annibale jam lusco, veluti indagine, captus esset, una cum exercitu cæsus est. ( Quartam & maximam ) Varronis consulis temeritate, Annibalis insidiis & vafricie, ad Cannas perculit, quæ luctum & ultimum diem Romanis attulisset, si Annibal victoria uti scivisset. Nervatus inde Campanorum mollitie Annibalis exercitus, & Q. Fabii Dictatoris cunctatione fractus, Populo Roman. spatium respirandi & sese colligendi dedit : fatigatus deinceps frequenti impetu Marcelli, supplementis etiam, quæ ab Africa Aldrubale fratre Annibalis in Italiam mittebantur, à Salinatore & Nerone Coss. una cum Afrubale ad Senogalliam deletis. Scipio inde in Africam bellum transfert, Afrubalis & Syphacis castra incendio una nocte delet, cæsa aut flammis consumpta sunt quadraginta hostium millia, Syphacem per Massanisæ & Lælium capit : inde percussit Carthaginenses, cogunt per legatos Annibalem mœstum & dolentem ex Italia in Africam exercitum transportare, Scipio cum Annibale prælio congressus, eum acie fundit fugatque, & Carthaginensibus leges pacis imponit. *Stadius.*

Post primum Punicum bellum vix quadriennii requies ] Vult quatuor tantum annorum spatium intercessisse inter Punicum bellum primum & secun-

dum. Hoc falsissimum. Unde errore hauserit noster nescio, in Historia tam clara certaque. Fortean ex his Livii verbis : *His anxius curis ita se Africo bello quod fuit sub recentem Romanorum pacem, per quinque annos, ita deinde novem annis in Hispania augenda Punico imperio gessit ut appareret majus cum, quam quod everet, agitare in animo bellum.* De Amilcare hæc dicuntur Annibalis patre, non de Annibale, qui sub recentem pacem cum Romanis factam per quinque annos bellum Africum gessit, deinde Hispanicum per alios annos novem. Hi sunt anni quatuordecim. Mortuo Amilcare Afrubale Amilcaris gener octo annos imperium obtinuit, quod puer esset Annibal. Annos jam habemus viginti tres à sine Punico primi belli quo pax facta est usque ad initium imperii Annibalis. Quin & cum hoc Afrubale dum in imperio fuit, sedus renovarunt Romani. At ubi dux declaratus est Annibal, quasi si mandatum sibi esset bellum cum Romanis, statim ad id se comparavit ac Saguntum in causam belli arripuit. Fortasse noster quinque illos annos Africi belli somniabundus accepit pro intervallo quod fuit inter primum, ac secundum Punicum bellum, Quid enim hæc aliquid sibi volunt ? Post primum Punicum bellum vix quadriennii requies, Ecce alterum bellum. Certe post Africum bellum quod sub recentem pacem Romanorum ab illo susceptum est, & quinque annos gestum est, Hispanicis bellum adgressus est. Sed non cum Romanis istud, verum in ea Hispaniæ parte gestum quæ sub ditione Romanorum non erat. *Salm.*

Minus quidem spatio ] Primum Punicum bellum cepit anno DLXXXIX.

*capta insula, dare tributa, quæ jubere consueverat. In ultionem puer Annibal ad aram patri juraverat: nec morabatur. Igitur in causam belli Saguntus de-*  
*lecta*

pax Pœnis data est anno dxii. sunt itaque anni intermedii xxv. Initum est hoc bellum, P. Cornelio Scipione, Tib. Sempronio Longo Coss. anno dxxxv. finitum debellato in Africa Annibale. & pace Carthaginiensibus supplicibus data, Cn. Cornelio Lentulo, P. Aelio Pæto Coss. anno dlii. sunt itaque anni intermedii in hoc secundo bello Punico septemdecim, nec amplius. *Stadii.*

*Vrebat nobilem populum, ablatum mare, capta insula, dare tributa.]* Et hæc Livium imitatur, sed ad populum Carthagenensem transtulit quod ille de Annibalis patre Amilcare dixit: *Agebant ingentis spiritus virum Sicilia Sardiniaque amissa. Nam Sicilia nimis celeri desperatione rerum concessa, & Sardinia inter motum Africa fraude Romanorum stipendio etiam super imposito intercepto.* Hic habes omnia quæ expressit Florus, ablatum mare, insulas captas, tributum impostum. Scripsi autem libri Flori & Jordanis. hoc loco legunt, *vapta insule*, non ut est in vulgatis, *capta*. De Sicilia & Sardinia intelligit, quarum alteram concessam dicit ab ipsis Carthaginiensibus, alteram interceptam fraude Romanorum. Utraque certe erepta Carthaginiensibus. *Salmasius.*

*Ablatum mare.]* Hoc ad leges pacis à Romanis primo bello Punico datas, referendum est: quas ita fere Polyb. l. 62. refert. *Pœni Sicilia & omnibus insulis, quæ inter Italiam & Africam sunt, excedunt: MCC. talenta in annos xx. pendunt: &c.* Livius itidem lib. 21. Pœni, navali ad Ægeates clade accepta, Sicilia & Sardinia cedere, & se vectigales ac stipendiarios fieri passi sunt. *Stadii.*

*Dare tributa, quæ jubere consueverat.]* Eo pertinet illud Diviconis responsum, apud Cæs. de bell. Gall. l. 1. 14. *Ita Helveticus à majoribus suis institutus esse, nisi obseques accipere, non dare consueverint.* Stadius.

*Nec morabatur.]* Melius nostri libri, ac in his optimus Nazarianus: *Nec morabatur.* Puer Annibal novennis adhuc patri blandiens, altaribus ad motus tactis facris, juraverat, se cum primum posset, hostem fore populo Romano. *Nec morabatur.* Nec in mora erat Annibal. Obscura tamen hæc brevitas, qualis ferme compendiorum esse solet. Puer Annibal novem annos natus, juraverat ultionem patriæ suæ & bellum in Romanos. *Nec morabatur,* inquit. Atqui ab illo iurjurando Annibalis ad illum diem quo imperium accepit, & dux declaratus est, anni ferme cucurrerant septemdecim. Dicere sane debuit Florus ex quo die imperium & ducatum exercitus obtinuit Annibal, nullam moram interposuisse quin bellum Saguntinis iniret, & per hujus causam Romanis. Sic enim recte Livius quem & hæc adumbrare voluit Annaus noster, fed vitio brevittatis male expressit: *Ceterum ex quo die dux est declaratus, velut Italia ei provincia decreta, bellumque Romanorum mandatum esset, nihil prolatandum ratus, ne se quoque ut patrem Amilcarem, deinde Asdrubalem cunctantem casu aliquis opprimeret.* Saguntinis inferre bellum statuit, quibus oppugnandis haud dubie Romana arma movebantur. Non dubium est quin hæc insexerit Florus cum ita hoc loco scripsit: *In ultionem puer Annibal juraverat, nec morabatur. Igitur in causam belli Saguntinus delecta est.* Sic historiae luci ple-

*lecta est; vetus Hispania civitas & opulenta, fidei quæ erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum. quam in libertatem communi fœdere exceptam, Annibal causas novorum motuum querens, & suis, &*

*ipso-*  
rumque caliginem offundunt ista compendia quibus nimia brevitatis captatur. *Salmasius.*

*In causa belli Saguntus delecta est.]* Nulla causa hic fuit. Licet enim eo fœdere quod cum Romanis Carthagenenses fecerant, socii utrorumque excepti fuerint, non potuit id prodesse Saguntinis, quippe qui tantum postea in Romanorum amicitiam recepti fuerunt. Licuit igitur Carthaginiensibus, integro interim & non rupto fœdere arma, quæ iusta arbitrabantur, in Saguntinos movere, nec minus Romanis ex jure naturali licuit defendere eosdem. Quod autem Livius existimat lib. 21. quia additum in fœdere non fuit, excipit socios qui tunc essent, aut non licere post alios assumere, etiam Saguntinos comprehensos fuisse, Romanis plus æquo favore videtur, & ut invidiam male causæ rejiciat in Pœnos, argumentis illis, sed vere imbecillibus, uti. Quamvis enim sociorum nomen ad futuros etiam extendi aliquando possit, hoc in eo non potest: stricte enim de iis qui erant fœderis tempore sumendum est, quia agitur de fœdere rumpendo, quod est odiosum. *Zeyecotius.*

*Saguntus.]* Urbs Hispaniæ Tarracoenensis à Zazyntiis condita, distabat à mari Balearico septem stadiis, ut Polyb. l. 3. 17. & Livius 21. 7. 2. numerant. Stadius. Hodie putatur oppidum, quod *Morvedre* vocatur.

*Vetus Hispania civitas.]* Quippe c. c. ante excidium Troiæ annis condita. auctor Plinius 16. 40. *Freinsh.* Quidam libri ut, quidam velut habent, ut in velut mutavit Jordanes more suo, ut planius esset. Quantum illa habeant momenti, ut Hispania civitas, non ignora-

bunt, qui aliquid in libris aliquando legerunt, quique hanc historiam tenent. Quia tamen hoc obscurum est ex narratione Flori, dilucidius est explanandum. Ultimo fœdere cautum fuerat ut Iberus determinaret ditio-nem Romanorum & Carthagenensium. Saguntis ultra Iberum quidem, fœdere tamen cum Romanis juncta, & ideo excepta ne quid in eam liceret Carthageniensium armis, ut quæ libera maneret inter utriusque populi imperia. Annibal cui propositum erat bellum movere Romanis, ne fœdis fœderis palam videretur, non Saguntinis arma aperte nec statim intulit, sed in Occadum fines quæ gens ultra Iberum amnem in ea parte quam Romani non exceperant, exercitum induxit ut non recta petisse Saguntinos, sed rerum serie ducente, finitimis perdomitis, contentia jungendo, ad oppidum ejusdem regionis ultra Iberum sitæ oppugnandum quasi tractus videri posset. Ut Hispaniæ quoque urbem Saguntum in belli causam delegit, id est ejus Hispaniæ quæ ultra finem esset imperii Romani, hoc est ultra Iberum amnem. Quod non tacere debuit Florus: rem sane tanti momenti, ut sine ea vix intelligi queat quare dixerit *Saguntum ab Annibale delectam in causam belli, ut Hispania urbem.* Non admodum autem veterem fuisse urbem Saguntum ex Livio colligere est, qui scribit lib. 21. oriundum quidem à Zacyntho insula ejus incolas, mistis ab Ardea Rutulis brevique in eas opes crevisse quantæ tum fuerunt cum eos expugnare adortus esset. Annibal. *Salmasius.*

*Et suis & ipsorum manibus.]* Hæc non intelligebat Jordanes cum rescriberet:

*ipforum manibus evertit, ut Italiam sibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderum Romanis religio est: itaque ad auditum sociæ civitatis obsidium, memores icti cum Pœnis quoque fœderis, non statim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt. Interim jam novem mensibus fœsi fame, machinis, ferro, versa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogam: tum desuper se suosque cum omnibus opibus suis ferro corrumpunt. Hujus tantæ cla-*

*suis & suorum manibus. tam enim suis quam Annibalis manibus everti sunt Saguntini, qui se suaque omnia in pyram conjecerunt, nec arbitrium victoris expectarunt. Hoc voluit Florus, nec intellexit Jordanes. Salmastius.*

*Ut Italiam sibi rupto fœdere aperiret*] Ideo missus à Senatu ad Annibalem Legatus dixisse fertur, Carthaginenses, dum Saguntum oppugnant, ipsa Romæ mœnia pulsare. Zevectotius.

*Summa fœderum Romanis religio est*] Sextus Cæcilius Iustus apud Agell. 20. 1. Populus Romanus de parva origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit: sed omnium maxime atque præcipue fidem coluit, sanctamque habuit, tam privatim quam publice.

*Dum prius more legitimo queri malunt.*] Scæpius, ad Annibalem prius, postea ad Carthagin. missi fuerunt Legati, unde temporis ejus præcipue habenda fuisset ratio, jacturam passî Romani, longæ nimis procrastinatione fidelissimis sociis defuerunt, qui tamen ne in crudelissimi hostis potestatem incidere, potius quam iniquæ quæ proponebantur conditiones pacis, præteritæ vitæ gloriam offuscarent, honestam mortem prætulere exitio inglorio, nec tantum se ludibrio, sed & quidquid reum pretiosarum habebant hostium avaritiæ exemerunt, ferroque & igne

corruperunt. Errarunt autem graviter Romani, quod per tot menses speratæ pacis illecebris seducti, urbi tam constanti non subvenerint. Similis postea succurrendi dilatio Atherbalem Jugurthæ prodidit qui excruciatum necavit. Zevectotius.

*Novem mensibus*] Octavo mense quam captum oppugnari, captum Saguntum, ait Liv. 21. 15. 2. Polybius 3. 17. Stad.

*Hujus tantæ cladis auctor Annibal poscitur*] Qui delinqui scit, & prohibere potest ac debet, nisi prohibeat, aliæ culpæ sit reus. Hinc apud Livium, Tatius, cujus propinqui Laurentium legatos pulsarunt, illorum pœnam in se vertit, eos nec dedere volens nec punire. Hoc enim plerique Jure utuntur; & æquum revera est, ut pœnas luant commissorum criminum, non civitates aut provinciae, sed qui peccarunt; nec quicquam nocendum est iis, qui accusatos judicio sistant. Ideo Annibalem rupti, ut judicabant, fœderis reum merito supplicio affici, perit Fabius; ad puniendum permittit arbitrio Romanorum. Cæsarem hostibus dedendum esse, ob illatum injuste bellum sæpe in Senatu censuit Cato. Et Lacedæmonii ob non deditos qui missi ad sacrum virginibus vim intulerant, bellum Messeniis indixerunt. Zevectot.

*dis auctor Annibal poscitur. Tergiver santibus Pœnis, dux legationis, Quæ, inquit, mora est? Fabius. In hoc ego sinu bellū pacemque porto, utrum eligitis? Succlamantibus, Bellum. Bellum igitur, inquit, accipite: & excusso in media curia toga gremio, non sine horrore, quasi plane sinu bellum ferret, effudit. Similis exitus belli initio fuit. nam quasi has inferias sibi*

*Sagun-*

*Dux legationis*] Hi autem legati fuerunt Fabius Pamphilus, & Valerius Publicola. Lege Livium 21. 18. Eleganter hanc legationem canit Silius in principio secundi. Camers.

*In hoc ego sinu bellum pacemque porto.*] Sic omnes nostris. Et sic Livius unde hæc sumpta: *Tum Romanus sinu ex toga factus, Hic inquit, urbis bellum pacemque portamus.* Notandum in his Livii verbis quod ait *sinu ex toga factus.* Antiquæ & illorum temporum togæ sinus non habebant, qui postea duplices facti. Qui igitur sinum tum ex toga facere vellet, aut lacinia ejus in humerum rejicienda aut brachio subjicienda fuit, ut quoquo alio modo rogæ sinus non habebant, qui postea duplices facti. Qui igitur sinum tum ex toga facere vellet, aut lacinia ejus in humerum rejicienda aut brachio subjicienda fuit, ut quoquo alio modo rogæ sinus non habebant, qui postea duplices facti. Qui igitur sinum tum ex toga facere vellet, aut lacinia ejus in humerum rejicienda aut brachio subjicienda fuit, ut quoquo alio modo rogæ sinus non habebant, qui postea duplices facti.

*Antiquæ & illorum temporum togæ sinus non habebant, qui postea duplices facti. Qui igitur sinum tum ex toga facere vellet, aut lacinia ejus in humerum rejicienda aut brachio subjicienda fuit, ut quoquo alio modo rogæ sinus non habebant, qui postea duplices facti. Qui igitur sinum tum ex toga facere vellet, aut lacinia ejus in humerum rejicienda aut brachio subjicienda fuit, ut quoquo alio modo rogæ sinus non habebant, qui postea duplices facti.* Ideo Livius de toga illorum temporum dixit, *sinu ex toga factus.* Quod non opus habuisset dicere de suæ ætatis togis, ut nec Florus quidquam tale innuit. Nam sinum illæ duplicem habuerunt, de quibus nos affatim in Notis ad Tertulliani librum de Pallio. Quod ait mox Livius, *& cum is iterum effuso sinu bellum dare dixisset, per sinum effusum dimissam ac laxatam togæ laciniam intelligit quam in sinum contraxerat.* At Florus temporum suorum togas respiciens pro eo excussum in media curia toga gremium dixit. Id est excusso sinu, qui togis tunc temporis ad hærens & artificio factus, quomodo pœra aut marsupium excutitur, cum

evolvitur quod intus est repositum. Alicui tamen placere possit ut per excussum sinum accipiamus quasi excussum illam sinus quem ex toga formaverat capacitate ut effunderet bellum quod in eo Fabius se attulisse simulaverat. Ira sane accipit & interpretatus est hoc loco Florus his verbis: *excusso in media curia toga gremio non sine horrore, quasi plane sinu bellum ferret, effudit.* Melius quod prius. Salmastius.

*Bell. pac. &c.]* Ita restituo hunc locum, sua dente & persaudente non tam mea vet. ed. et si & ea quoque, quam ipso Iordanes, & ms. Vineri & membranis Palatinis, pluribus eam confirmavi in Suspicionibus. Gruterus. Ejusdem autem sententiæ est epitola Quæ Fabii apud Agell. 10. 27. similem quoque Quæ Mucii tessera apud Pompon. in l. 2. §. 37. vers. deinde. de O. I. quem quidam Fabium pro Mucio appellat, & eundem ducem hujus legationis Romanæ esse putant: sed nihil temere mutandum censet Andreas Alciatus pærez, 4. 17. Freinshemius.

*Succlamantibus bellum*] Diversus hic ab it Livio suo. Non enim ut bellum daret succlamasse Carthaginenses dicit, sed utrum vellet: *Sub hanc vocem haud minus serociter, daret utrum vellet succlamatum est.* Et cum is iterum sinu effuso bellum dare dixisset, accipere se omnes responderunt. Nihil tamen in Floro mutandum ut putavit Lipsius, nam omnes scripti ejus codices stant pro vulgata. Salmastius.

*Saguntinorum ultima diræ in illo publico parricidio incendioque mandassent, ita Manibus eorum, vastatione Italia, captivitate Africa, ducum & regum, qui id gessere bellum, exitio parentatum est. Igitur ubi semel se in Hispania movit illa gravis & lucifusa Punicæ belli vis atq; tempestas, destinatumq; Romanis jam diu fulmen, Saguntino igne conflagravit: statim quodam impetu raptâ, medias perfregit Alpes, & in Italiani ab illis fabulose altitudinis nivibus, velut cælo missa, descendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum & Ticinum valido statim fragore detonuit. Tunc Scipione duce fusus exercitus, saucius etiam ipse venisset in manus hostium imperator, nisi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipsa*

*Nam quasi has inferias &c.] Non leve momentum habere putabantur pereuntium imprecationes, adversus eos, qui salutem eorum, aut impugnaverant injuste, aut cum possent deberentque, opem ferre neglexerant. Ita & Saguntinis, cum à Pœnis quidem eversti, à Romanis autem destituti essent; hinc Italiae vallatione, illinc Africae captivitate, satissactum est. Similia exempla Drusi apud Tacit. 6. 24. Peratæ Nigri apud Ioseph. de bello Judaico 5. 1. Sic Eumenes ab exercitu proditus insit, apud Justinum 14. 4. Ultima nunc ego perfidiorum victima, his vobis divas atque inferias dico; ut inopes extorresque omne ævum in hoc castrensium exitio agatis, &c. Freinsh.*

*Medius perfregit Alpes] Sic post natum Servatorem anno MCDLXXV 11. Turci per abrupta & invia Alpium non sine admiratione eorum, qui postea illius itinere vestigia observarunt, in Germaniam irrupere. Sabellicus Ennead. 10. libr. 7. Et per eandem Franciscus I.*

*Gailorum Rex, inustatum iter cunctibus tormentis aperuit. Jovius in Leone 10. quo etiam nuper usus Ludovicus ille Justus Galliarum Rex. Eleganter autem utitur auctor voce perfregit; nam acceto maceratas rupes & igni domitas demum ferramentis amolitur est. prior modo (aceto) quidam proditores E-leutheram Crætarum urbem Metello expugnabilem reddiderunt, apud Dionem libro 36. pag. 9. Freinsh.*

*Nisi protectum patrem &c.] Egregio huic facto versum istum Virg. Æn. 10. 100. composuisse videri possit:*

*Dum genitor nati parma protectus abiret.*

*Porro fallitur forsan memoria Plinius 16. 4. qui apud Trebiam hunc accidisse scribit. nam pro nostro auctore est & Livius 21. 30. & seqq. capp. Polyb. 3. 64. &c. Silius 17. 318. Variat tamen inditum Polyb. 10. 3. ubi ad Padum ait hæc esse gesta. Idem.*

*Prætextatus admodum filius à morte rapuisse] Quasi prætextatus nomen sit*

*ipsa morte rapuisse. Hic erit Scipio, qui in exitium Africae crescit, nomen ex malis ejus habiturus. Ticino Trebia succedit. hic secunda belli Punicæ procella desat-*

*fit ætatis, ita dicit admodum prætextatus, sicut aliquis dicitur, admodum puer, admodum adolescens. Hoc sensu admodum prætextatus idem significaret quod admodum puer. Prætextator quippe is intelligitur qui ab hoc habitu deponendo per ætatem longius distat. Ut puer admodum is capiendus est qui longius abest ab egressu pueritiæ. At Livius hunc Scipionem qui patrem à morte servavit, tum primum pubertatis annos attingisse ostendit quo tempore toga virilis sumebatur deposita prætextata. Verba Livii: Anxique pavorem consulis vulnus, periculumque intercussit tum primum pubescentis filii propulsatum. Si tum primum pubescebat in exitu, utique erant prætextatæ ætatis, ac proinde non tam prætextatus videri poterit quam si ingressus videri poterit tum esse prætextatæ ætatis, ac proinde sine nota prætereundum est quod huic auctori in historia ita familiaris est, ut sit perpetuum. Ubi dux incidunt diversæ opiniones, alterius fere semper meminit tantum, eamque sequitur quæ minus certa est. Ut hoc loco de servato consule duplex fama ferebatur. Una à filio ereptum neci ferebat, altera à servo. Quæ decus in servum transitit, eam magis vulgatam fuisse Livius testatur his verbis quæ sic ex vetustissimo codice legenda sunt: Malim equidem de servo verum esse quod & plures tradidere auctores, sed fama obtinuit servum. Salmastius.*

*Prætextatus admodum] Hoc est, admodum puer. Livius juvenem vocat, & certe tum primum pubescebat, qui finis est prætextatæ ætatis. Nec admodum prætextatum fuisse oportet qui tum militabat in contubernio*

*patris. Salmastius.*

*Hic erit Scipio qui in exitium Africae crescit] Livium imitatur ne quis censetur ab alio auctore hæc accepisse, aut dum in his scribendis erat, alium consuluisse. Sic enim ille eadem re memorata: Hic erit juvenis penes quem perfregit hujusce belli laus est, Africanus ob egregiam victoriam de Annibale & de Pœnis appellatus. Ita enim ille scribendum ex auctoritate vetustissimi codicis. Nam vulgo est: Hic erat juvenis. Idem.*

*Hic secunda belli Punicæ procella desavit Sempronio Consule.] Is extra controversiam magnus Imperator est qui occasiones res bene gerendi intelligit. Annibal, cum Sempronium ferocem esse, & gaudio ob victoriam exultare cognovisset, ægotrare deinde Scipionem & id omni studio agere Sempronium ut, absente collega, & antequam, instante jam comitiorum tempore, novi Consules crearentur, per se ipse rerum summam cerneret, & solus confecti belli gloriam obtineret; acie dimicare quam primum cupiit, nam & primo & recenti adhuc Gallorum impetu uti volebat; tum quia cum inexercitatis tironibus, & nuper conscriptis militibus rem sibi sciebat fore. Tertio illud spectabat, ut dum adhuc æger esset & vulnere Scipio, cum minus perito Sempronio decertaret: postremo, quod plurimum sua interesse putaret, non frustra tempus tereret, sed egregie aliquid moliretur. Sciebat enim prudentissimus Imperator, illi, qui in alios fines cum exercitu venit, & res hominum opinione majores meditatur, unquam ad salutem patere viam; si spes faciorum aliis atque aliis subinde bellicis facinoribus editis quotidie exciter. Sempro-*



*desavit, Sempronio consule. tunc callidissimi hostes frigidum & nivalem nocti diem, quum se ignibus prius oleoque fovissent (horribile dictu) homines à meridie & sole venientes nostra nos hieme vicerunt. Trasimenus lacus tertium fulmen Annibalis, imperator*

Sempronius igitur in prælium simul & insidias ruens magnas temeritatis suæ pœnas dedit, cum disperſis aliquot ægre Placentiam fuga evadens. Sed & hic officio suo non satisfecit. Misit qui nuntiantur Senatui, conflictu habito, hiemem sibi victoriam eripuisse. Non nego multa sæpe tacenda & dissimulanda esse, quæ plebem aut milites scire non expedit. Neque enim ex dignitate aut commodo imperii, ut ad plebejas mentes arcanarum rerum notitia perveniat. Vnde apud Livium Scipio Syphacis legatos frustra à Rege suo auxilia expectari nuntiantes, eadem vultus alacritate dimisit qua ante exceperat, ut milites auxilia in propinquo esse existimarent. Alia plane conditio eorum est qui vel Republicæ præſunt, vel acceptis damnis debent & possunt mederi. Nihil enim est quod illi scire non debent. Consuluit sibi pessime Vitellius, qui fractis ad Cremonam suis partibus, nuncios cladis occultans, itulata dissimulatione remedia potius malorum quam mala distulit. Tac. Hist. 3. Et nullam hic laudem meretur Sempronius qui castra sua à Pœnis teneri, Gallos univerſos illorum partes amplexos esse, tam diu ignorare voluit Patres, dum id aliorum cognoscerent relatu. *Zevecotius.*

*Trasimenus lacus tertium fulmen Annibalis, Imperatore Flaminio.* Cum Flaminio non ante etiam certavit Annibal, quam naturam ejus & ingenium probe novisset. Postquam igitur inquirendo didicisset, Flaminium oratorem esse qui dicendo supra modum valebat, sed ad bellum gerendum ac vera

certamina ineptum, magna interim virium suarum fiducia ferocem; castra illius relinquere, & ulteriora petere decrevit; futurum omnino exitum eum, ut opulentissimæ simul ac amoenissimæ regionis vastationem prohiberet, & populi convitiis & suopte ingenio, non expectato Collegæ adventu ubique, si pugnandi copia daretur, descensurum ad certamen. Nec se fellic Annibalem spes: clausus per insidias ad Trasimenum lacum cum exercitu intra saltum Flaminius, ingenti prælio victus, & à Gallis occisus fuit; sic pluraquam triginta militum millia Imperatoris magis sui stoliditate, quam virtute hostium caesa aut capta fuerunt. Polyb. l. 3. Cujus quidem cladis nuntius Romæ acceptus adeo Senatorum animos consternavit, ut cum propter calamitatis magnitudinem, tantum casum mollire aut minuere non possent, rem omnem multitudini exponere coacti fuerint, & publice magna se pugna superatos fateri. Dixi hoc ipso capite sæpe expedire ut clades suas plebs nesciat; sed sæpe, non semper. Dum illi tantæ sunt ut dissimulari ac moliri non possint, præstat ut earum etiam magnitudinem sciat multitudo. Ne vel ex potentiorum silentio, deterrima colligat; & graviora, quam revera sunt, damna esse imaginetur, vel si leviora esse existimet ad ea, quæ adhibendo remedio sunt necessaria, tardior sit, vel minus proclivis. Decet & Magistratus & Imperatores quid factopus sit ex circumstantiis dijudicare. *Zevecotius.*

*ratore Flaminio. ibi quoque ars nova Punicæ fraudis. quippe nebula lacus, palustribusque virgultis tectus eques, terga subito pugnantium invasit. Nec de diis possumus queri. imminentem quippe temerario duci cladem prædixerant insidentia signis examina, & aquilæ prodire nolentes, & commissam aciem sequutus,*

*Palustribusque virgultis tectus eques* ] Hæc ars Punicæ fraudis qua palustribus virgultis tectus eques terga subito pugnantiū invasit, non est adhibita ab Annibale in hoc prælio ad Trasimenum lacum, sed in altero ad Trebiam flumen. In ea quippe pugna quæ ad Trasimenum pugna est, nihil aliud fraudis commentus est Pœnus, nec aliud curavit, quam ut clausum lacum haberet hostem. Eumque sic circumclusum militi suo ad satietatem præbuit exendum. Vide Livium eujus historiam qui cognovit, vix huic ignoverit. At ad Trebiam Magonem fratrem cum equitibus in insidiis locavit, inter vepres ac virgulta, qui in ardore medio pugne subito exorti terga præliantium ceciderunt. Erat, inquit, in medio rivus per altis utrimque clausus ripis, & circa obitus palustribus herbis & quibus inculta ferme vestiantur, virgultis vepribusque. Hæc palustres fortasse herbe fecerunt ut ad lacum Thrasimenum pugnam transferret nos. Idem Livius paulo post: *Et Mago Numidaeque simul latebras eorum improvida præterlata acies est, exorti à tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere. Nihil tale tentatum ad Thrasimenum memorat. Salmastius.*

*Insidentia signis examina, & Aquilæ prodire nolentes* ] Duplex prodigium cladem eam quæ consule Flaminio accepta est præcessisse ac prænuñtiasse vult, examen apum signis insidens, & aquilæ prodire nolentes. Duplici quo-

que prodigio prædictam eam cladem temerario duci prædixit Livius, sed per examine apum aliud haber, consulis nempe casum supra cepitantis equi caput evoluci cum in eum insulsi equi. At examen apum per malo omine fuit Scipioni in eo prælio quod commissum est inter Padum & Ticinum. Livius lib. 21. *Nam & lupus intraverat castra lamiatique obrivis ipse intrachus evaserat, & examen apum in arbore prætorio imminente confederat.* Sed hæc magni momenti non sunt, & habere potuit auctorem nosster qui sic prodiderit. Et examen istud apum signis ipsis insedis hoc loco dicit. Quod aliud est. *Idem.*

*Et aquilæ prodire nolentes* ] Qui Romani ac militaris moris rudis esset, & hospes in lectione auctorum præcipue historicorum, quamlibet alias sagax & acutus, vix divinando assequi possit quomodo hoc prodigium factum sit, ut aquilæ prodire noluerint, adeo impropriis & alio rem ducentibus verbis hoc expressit Florus. Conti quibus aquilæ sustinebantur, & alia militaria signa in imo ferrati, acuminatam habebant cuspidem. Græci in pillis & ἀρχὸν & στρογγύλη, appellant. Ea cuspidem in terram deligebantur eo loco castrorum ubi signa reponi solebant. Cum castra movebantur, aut alias è castris educebantur in aciem signa, convelli ea necesse erat ut resisterentur. Inter evellendum ab humo si sponte sequerentur & facile extraherentur,

*quantus ingens terra tremor: nisi illum horrorem solli, equitum virorumque discursus, & mota vehementius*

herentur, bonum omen habebatur. Si tenacius hærent & vis major esset adhibenda ut evelli possent, pro tristi omine res accipi solita. Flaminio pugnam ad Thrasymenum capeferre paranti hoc prodigium objectum. Livius rem sic narrat: *Territis omnibus qui circa erant, velut sædo omine incipiendæ rei insuper nuntiatur signum omni vi moliente signifero convelli nequire. At consilium non turbatus nec territus hoc prodigio, signum iussit effodi si convelli nequiret. Quæ convelluntur solo nisu vehementius agitata, & concussa extrahuntur, ut pali validius in terram impacti aut defixi. Arbores vero & virgulta quæ radice viva humo teneantur, convelli non possunt, ideo effodi oportet. Quod mirum non est si prodigii instar obtineat in conti cuspide in terram defixa, quæ effodienda est ut evellatur. Sic prodire nolentes aquilæ Flori nostri explicandæ fuerunt, non ut fecit Gallicus interpretis qui etiam pictas in tela aquilas illas imaginatus est. Salmasius.*

*Ingens terra tremor.]* Quippe qui multarum urbium Italiae magnas partes prostravit, advertit quæ, cursu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit. Liv. 2.2. 5. 10. Eum tamen neminem pugnantium sensit, testatur idem citato loco, & Plin. 2.8.4. Freinheimus.

*Nisi illum horrorem soli equitum virorumque discursus.]* Terræ tremorem qui contigit cum acies Romana & Punicæ ad Thrasymenum pugnaerent, ex equitum virorumque discursu & motis vehementius armis factum sibi videri ostendit his verbis Annæus. Quam ineptissimam ausim dicere animo ejus incidisse suspicionem. Nullus enim tam horribilis motus ac discursus in super-

ficie terræ fieri potest, qui ipsam à fundamentis concutiat ac tremefaciat. Præterea tremor ille terræ non in eo tantum loco factus ubi pugnam est, sed multas etiam Italiae urbes magna parte diruit, & cursum fluviorum pluribus locis retro abegit. Livius lib. 22, de hac pugna: *Tantusque fuit ardor animorum, adeo intentus pugna animus, ut eum terræ motum qui multarum Italiae urbium magnas partes prostravit, advertit quæ, cursu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit, neminem pugnantium sensit.* An verisimile est tantum terræ motum, & qui tanta terrarum spatia concussit, ex discursu militum ad Thrasymenum pugnantium, & armorum vibratione validiore causam & ortum habuisse? Nonne multo credibilis hæc mentis error fuisse totum Forum, cum hæc scripsit? Ne in verbis quidem satis sanus. Horror medicis in febre recte vocatur quo totum corpus fere concutitur, frigore sub cute ac per omnes venas didico, unde horror ille gignitur, qui proprie in pilis corporis erigentibus se ac capillis horrentibus perspicitur. *Φοβίλον* Græci appellant. Sed & *horrent coma* poetis quas magnus pavor & subitus erigit, ne solum censeas febrile frigus, aut brumale id facere. Quod & *Φόβος* Græci appellant. unde & *Φόβον* pro frigore & antiquum *Φόβον*, unde Latinum *frigus*. Quin & *horrente se* elegantèr poetis dicitur, cum vento impulsu nutantibus tremis cacuminibus. *Φόβον* λήϊον Græci poetæ similiter dicunt. At *horrorem soli* pro tremore terræ, aut *horrevere terram* cum movetur, qui dixerit neminem adhuc opinor inventum qui idoneus haberi possit Latinitatis auctor. Salmasius.

Quæ

*mentius arma fecerunt. Quartum, id est, pæne ultimum vulnus imperii Cannæ: ignobilis Apulia vicus: sed magnitudine cladis emerfit, & quadraginta millium*

*Quartum, id est pæne ultimum vulnus imperii.]* Quatuor has populi Romani bello Annibalis acceptas clades variis nominibus insignit. Quin & totum illud Punicum bellum gravem ac luctuosam tempestatem fuisse dicit. Hujus primi impetus turbinem inter Padum ac Ticinum valido fragore detinuisse scribit. Inde secundam belli Punici procellam ad Trebiam desævuisse. Mox Thrasymenum lacum tertium fuisse Annibalis fulmen. Non habuit quartum nomen quo in eadem metaphora perlans cladem exaggerare posset, ideo cæptam omisit translationem, & ad aliam tranfit, quæ cum rem augere deberet, plane diminuit. *Quartum, inquit, imperii vulnus Cannæ.* Voluit tamen jacentem figuram extollere addendo, & *pæne ultimum.* Atqui Cannensis hæc clades si cum præcedentibus comparetur, nullam relinquit hyperbole. Hic enim quadraginta hominum millia cæsa. Cui parem stragem ne tria quidem reliqua prælia quæ præcesserunt, dedere. Quæ singula tamen turbinibus, procellis ac fulminibus comparavit, hoc postremum quod omnium fuit gravissimum, vulneris nomine satis habuit amplificare. Nec satis est quod *pæne ultimum* dixit. Nam majora omnia verba quæ ex tollendis aliis ante consumpsit. Potuisset sane dicere, reliqua imperii vulnera non ad mortem fuisse, hoc ultimum ad Cannas acceptum, pæne mortiferum. Salmasius.

*Cannæ ignobilis Apuliae vicus.]* Vicus hic juxta Aufidum amnem. *Cannam* etiam ibi amnem fuisse ex carmine Marciæ vitus quod Livius recitat l. 25. colligitur, idemque ex verbis ipsius Livii discitur. In carmine sic habetur:

*Annem Trojuggena Cannam Romanæ fuge, note alienigena cogant in campo Diomedis conferere manum.* Subjicit post totum carmen recitatum Livius: *Et Diomedes Argivi campos & Cannam flumen qui militaverant in iis locis juxta atque ipsam cladem agnoscebant.* Ubi tamen Cannensem pugnam idem auctor describit, Cannæ fluminis nullus meminit. Forte ab illo amne nomen vico impositum. Nec dubia res est. *Cannas* quædam prope Carthaginem collocat Stephanus: *εἰς τὴν Κανναῖν Διὸς δῖοι παῖσιν καὶ ἀρχιδότῳ, τὸ ἐθνικὸν καὶ κανναῖον.* Nescio an has Cannas designare voluerit & per errorem ex Apulia in Africam transfulerit. Idem.

*Et quadraginta millium cæde parva nobilitas.]* Baud paulo elegantius mea quidem sententia quod in optimo habebatur Nazariano codice: *Et quadraginta millium cæde facta nobilitas.* Nobilis ille factus vicus quadraginta millium cæde. Sic loquitur & Livius l. 25. *Sed ad Capuam oppugnandam nobilem se consulatum tam opulente urbis excidiorati facturos.* Profecto nisi vetus illam lectionem prodidisset, controversiam vulgatæ non movisset. Livius: *Majoris partis sententia ad nobilitandam cladem Romana Cannæ profecti sunt.* Salmasius.

*Quadraginta millium cæde.]* Peditum tantum; eorumque Romani nominis. Nam equitum præterea duo millia cæsa, & septingenti. Sociorum vero æquæ cædes. Livius: *Quadraginta milia peditum, duo millia septingenti equites, & tanta prope civium sociorumque pars cæsi dicuntur.* Significat ex locis, & civibus æquam partem cecidisse. Romani tum exercitus ex civibus ac locis constabant. Auxilia ex sociis

*millium cæde parta nobilitas. Ibi in exitium infelicis exercitus, dux, terra, cælum, dies, tota denique rerum natura consensit. Siquidem non contentus simulatis transfugis Annibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt, insuper callidissimus imperator, patentibus in campis, observato loci ingenio, quod & solibi acerrimus, & plurimus pulvis, & Eurvs ab Oriente semper quasi ad constitutum, ita instruxit*

proprie dicebantur Legionis Romanorum civium. Exercitus sociorum plerumque numero æquabat legiones Romanas. Livius lib. 25. *Data pro quinque octo millia militum, pars dimidia civis, pars socii.* Utrum igitur verbis illis quæ supra posuimus quadraginta millia civium cæsa & totidem sociorum significat Livius, an ex quadraginta millibus quæ feruntur occisa, æquam partem civium & sociorum interemptam innuit? Hoc verius. *Idem.*

*Observato loci ingenio*] Bonum ducem convenit nosse, magnam partem victorie, ipsum locum, in quo dimicandum est, possidere. Vegetius 3, 13. Idque multis exemplis comprobatur Frontinus toto cap. sec. lib. sec. Inde est quod Darius ait: *Quod mearum fuit partium, &c. locum in quo acies explicari possent, elegi.* apud Curt. 4, 14, 12. & apud Tacit. H. 5, 17, 3. Civilis: *Quæ provideri astu ducis oportuerit, providisse: campos mactentes, & ipsis gnaros, paludes hostibus noxias.* Freinshemius.

*Et Eurvs ab oriente semper quasi ad constitutum*] Is Volturnus Livio dicitur, qui ab incolis ejus regionis ubi tum pugnatum est, ita vocari prodit. Ab amne Volturno qui venebat ventus, quod ab oriente his flaret, sic appellarent indigenæ. Hoc quoque nomine notus scriptoribus Romanis fuit. De sole quod air noster contrarium Romanis fuisse, id negat Livius qui utrique

parti æquum fuisse tradit, ex obliquo ambobus accidentem. *Sol*, inquit, *si de industria ita locatis seu forte ita stando per opportuno utrique parti obliquus erat, Romanis in meridiem, Pænis in septentrionem versis.* Luce prima acies instructas utrimque idem affirmat. Itaque utriusque Romanis in meridiem, Pænis in septentrionem, sol ab oriente accedens utrisque obliquus erat, & e transverso ingreuebat. Atqui in idem quoque Eurvs spirans neutri parti poterat contrarius esse, utpote ab eadem parte qua sol ipsis illatus, ex æquo favebat aut nocebat his & illis. Livius tamen qui solem ambobus æquum dicit, Romanis iniquum Volturnum fuisse ibidem refert: *Ventus quem Volturnum incolæ regionis vocant, adversus Romanos centus multo pulvere in ipsa ora volvendoprestitum admittit.* At Romanis in meridiem spectantibus, ita enim locatos in acie pugnasit testatur, haud alius ex adverso ventus flare potuit, & in ora pulverem ferre quam qui ab ipso meridie incideret, aut certe ab ea parte quæ inter meridiem & orientem, quem Greci Euronorum nominant. Qui tamen ventus non recta pulverem in oculos Romanorum importasset, sed ex obliquo. Aut igitur de Volturno falsa veterum Grammaticorum notatio qui Eurum Græcorum esse affirmarunt, aut ipse Livius fallus in notanda locacione utriusque aciei. *Salmastius.*

Intru-

*instruxit aciem, ut Romanis adversus hæc omnia obversis, quasi secundum cælum tenens, vento, pulvere,*

Instruxit Imperator, dum pugnatum est, quantum licet, studet, ut nec ventum nec Solem pariat iniquum. Hic enim fulgore excæcat, ille pulvere; & vi simul sua pugnantium telis, vel admittit impetu vel addit. In eo, quod ad Blancium commissum est, prælio; Maximiliani Imperatoris exercitus præcludia ante pugnam insaufa expertus, tam diu se convertit, dum à Sole injuriæ pati non posset, & eo pacto nobilem victoriam obtinuit. Eodem stratagemate Gandenses, quorum quinque tantum millia fuerunt, Ludovicum Comitem quadraginta millibus instructum superarunt, & Brugensem simul urbem sui Juris fecerunt. Olim cum Gamalam Judææ urbem invaderet Titus, turbine, qui obfessorum tela in mittentes reflectebat, adjutus maxime fuit. *Quam vere poetæ!*

*Omniùm dilecte Deo cui militat æther, Et conjurati veniunt ad classica venti!* Non est quod victorias adscribant sibi mortales; etiam tunc cum sapere se putant, plane sunt insani. Deus, Deus est qui illis dat aut eripit dum vult. *Zvecotius.*

*Et Romanis adversus hæc omnia obversis*] In Nazariano & Palarinis duobus constanter & plane habetur: *adversis.* Atque ita legendum. Indicat Romanos soli & vento adversos fuisse, Pænos averfos. De vento verum est, dum Volturnus non sit Eurvs, & ab oriente flans. De sole falsum esse ante ostendimus. Livius: *Prope cum vicum, Canas inrelligit, Annibal castra posuerat aversa Volturno vento qui campis torridis fecerat nubes pulveris vehit. Id cum ipsis castris percontandum fuit, tum scilicet aversæ præcipue futurum erat, cum aciem dirigentibus aversis terga tantum afflante ventum occæcatis pulvere offiso hostem pugnavit.* Idem situs castrorum Anniba-

lis, eademque locatio militum ab eo in acie instructorum. Ut illa averfa à Volturno vento, ita ab anteriori castrorum parte prodeuntes sic ordinati sunt ac locati ad pugnam, aut ventus Volturnus his terga afflaret. Atqui frontem ejus aciei directam in septentrionem idem Livius paulo post asserit, cum Pænos pugnanter in septentrionem versos ait. Necessè est itaque sic septentrioni adversis & a vento Volturno ita aversis ut terga eorum afflaret, in ora vero Romanis ingrueret, ab ipsa meridiei plaga ventum illum eis adspirasse. Inde pronuntiantium fidenter succurrit Volturnum non eundem cum Euro fuisse ventum, sed ipsissimum Notum, aut ab latere proximo Noti flantem. Legebam porro hic aliquando: *Et Romanis adversis, ac Pænis aversis quasi secundum cælum tenens vento, pulvere, sole pugnavit.* Nunc non sollicito scriptam fideliorum codicum lectionem: *Romanis adversis hæc omnia adversis.* Id est adversus solem, ventum & pulverem. *Salmastius.*

*Quasi secundum cælum tenens*] Hæc scriptura est omnium nostrorum codicum longe optima præ illa quam Venerus prætulit: *Quasi secum cælum tenens.* Eam etiam adstruit vetus editio. Non propterea autem nec vulgaris notæ hæc loquitur. Quasi secundum cælum tenebat Annibal, qui secundo sole juxta hunc nostrum, ac secundo vento pugnavat. Secundus porro ventus qui à tergo spirat euntis navis, ut adversus, qui contrarius. Ita secundo amne navigat, qui sequitur amnis cursum, nec contra quam rapit ille ac defluit. Sic secundo sole ventum flare Nigidius olim dixit, qui non contra solem, sed ab ea regione unde sol. Quod non intellexit Agellius ut pluribus ad Solinum dixi. *Idem.*

vere, sole pugnaret. Itaque duo maximi exercitus cæsi ad hostium satietatem, donec Annibal diceret militi suo: Parce ferro. Ducum effugit alter, alter occisus

Donec Annibal diceret militi suo, parce ferro] Nihil tale Livius. Nec vero de Annibale verisimile est. Quinimo, ut res fuit, & ridiculum est. Tempestive sane Annibal militem suum parcere ferro iussisset, interneccione delero tum exercitu Romano post quadraginta millium cædem, ad satietatem non magis quam ad lassitudinem usque caesorum, cum alterum consulem qui superfuit, quinquaginta fere milites fugientem sequuti sint? Ubi igitur aut quando in illa pugna locum habuit illud Annibalis ad militem suum, parce ferro? Strages ipsa satis illustre documentum dedit an pepercerint ferro. *Salmastus.*

*Paulum pudit, Varro non desperavit]* Disputat ac dubitandum proponit uter ducum majore animo fecerit, qui superesse militibus suis noluit, an qui fugit ex acie. Animi hujus qui fugit magnitudinem ex eo probare nititur, quod de Republ. non desperavit. Certe gratie illi hoc nomine a civitate actæ, quod de Republica non desperasset. Et magno animo hoc fecisse civitatem Livius interpretatur. *Quo quidem, inquit, in tempore ipsi adeo magno animo civitas fuit ut consuli ex tanta clade, cuius ipse magna causa fuisset, redeuntibus & obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit. & gratiæ actæ quod de Republica non desperasset. Cui si Carthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicii foret.* Magni certe animi hoc factum fuisse civitatis lubens assentior. At ipsum Varro nem eo ipso quod fugerit, magni animi specimen dedidit, nunquam mihi persuadere Florus. Nemo fugacium in bello non sic laudari poterit, teste Græco proverbio, qui fugit iterum pugnavit.

Immo qui semel fugit, iterum fugiet atque iterum. Quasi Paulus cum vitam suam servare satagit ex ea clade quæ tot civium suorum fortiter pugnantibus cæsi sunt, hoc cogitarit, idque eo animo fecerit, quod de Republica desperandum non esset. *Salmastus.* Ideo ab occurrente Senatu gratiæ hunc actæ sunt. Vir nempe prudens & constans uti mori pro patria non timeret, ita nec vivere detrectat, si adhuc operam se illi navare posse existimet. Non profuit Reipublicæ gloriosa Pauli mors, profuit vita Varronis. Jacentes enim ille Romanorum animos erexit cum generosum Imperatorem fugituro non fuisse crederent, si de restituenda Republica dubitasset. Non placet mihi Nicias qui afficitis duplici prælio, sed nondum perditis in Sicilia Athenensium rebus, Demoltheni insula abeundum, ut qui restabant militibus aliis Patriæ necessitatibus ac meliori fortunæ servarentur suadenti, suo & suorum damno non auscultavit. *Infl.* 1. 4. Male quoque meo iudicio Imilico Carthaginiensium in Sicilia Imperator, post obtentas navali terrestrique bello victorias, multas quoque urbes occupatas, ob amissum postea pestilentis sideris vi exercitum, mortem sibi conscivit. *Idem l. 19.* Nam cum parvam mereatur miles qui ob tempestatem, frigus, vel causam aliam de præsidio aut statione injussu Imperatoris decipit; quam laudem mereri poterit civis qui affectæ Reip. se negat? cui potius debuisset mederi, quam falso damnosæ magnanimitatis nomine vel imprudentiam suam regere vel pusillanimitatem. Maluit quidem in Africa perire potius Curio quam fugere; nec factum reprehendo. Sciebat perditum

occisus est: dubium uter majore animo. Paulum pudit, Varro non desperavit. Documenta cladis, cruentus aliquandiu Aufidus; pons de cadaveribus; jussu ducis factus in torrente Vergelli; modii duo annulorum Carthaginem missi, dignitasque equestris taxata mensura. Dubium deinde non erat, quin

ulti-

sua culpa exercitum à se reparari non posse. Sciebat plures sui similes & etiam majores non deesse Cæsari, adeoque morte sua partes illius affligi non posse. Cui igitur causâ, ob quam utiliter vivere vellet, nulla illi esset, amplexus est ob quam honeste poterat mori. *Zevex.*

*Pons de cadaveribus jussu ducis factus in torrente Vergelli]* Nihil de hoc quoque apud Livium. Et profecto ineptum est documentum magnæ cladis ex ea reaccessere, quod vel minima strages potest implere. Quadraginta millia peditum cæsa sunt Cannensium acie. Fac octavam tantum partem, fac adhuc minorem cecidisse, non erit difficile esse cadaveribus pontem in torrente vel exiguo aliquo anne facere. Vel centum aut ad summum ducenta cadavera id præstant. Pone mille opus esse. At ex quadraginta millibus cadaverum non pontem feceris sed acervum, sed cumulum pene præ altitudine insuperabilem. *Documenta, inquit, cladis cruentus aliquandiu Aufidus pons de cadaveribus jussu ducis factus in torrente Vergelli, modii duo annulorum Carthaginem missi.* Nequaquam par documentum ad indicandam cladis magnitudinem pons de cadaveribus in aliquo torrente factus, cum duobus modii Carthaginem missis, & cum eo quod dicit aliquandiu cruentum fluxisse Aufidum. *Salmastus.*

Vide Val. Max. 9. 2. Hinc idem apud Lucian. in dial. mort. dial. 12. inquit, *se mo die tot Roman. occidisse, ut ex cadaveribus eorum pontes fluvii sece-*

rit.] Cornelius etiam Lentulus apud Appianum Carthaginiensibus objicit, quod captivos Roman. in fossas fluviosque coniecissent, ut usum positum præberent. *Stadius.* Sic in Mundæ urbis obsidio, *congestis undique cadaveribus agger effectus est, quæ pilis jaculisque confixa inter se tenebantur, sedum etiam inter barbaros, infra 4. 2. Freinsb.*

*In torrente Vergelli]* Hujus torrentis in illa pugna describenda nulla in Livio mentio. Ab alio igitur hanc habet historiam de ponte facto in torrente Vergelli ingentis & accumulatis cadaveribus. Extat porro apud Valerium Maximum lib. 9. cap. 11. *Salm.*

*Modii duo annulorum.]* Valer. Max. August. Plin. & Oros. asserunt fuisse modios tres. Livius 23. 12. recenset varias scriptorum sententias *Camers.* Ideoque apud Lucianum in dial. mort. dial. 12. idem jactat, *se uno die tot Roman. interfecisse, ut eorum annulos modii metitus sit.* Freinshemius. Primordia annulorum Carthaginem ab Annibale esse missa Plinius testatur, atque hinc promissum tunc fuisse annulorum usum colligit: alioquin cum annuli distinguere ordinem Equestrem à plebejo, ingentem oporteret fuisse equitum numerum, si annuli ipsorum digitis detracti tantam mensuram expleant. *Stad.* Ob acceptam hac clade ignominiam usque ad Severi Imperatoris tempora, non nisi Tribunis auroreorum annulorum usus in expeditionibus concessus fuit: ceteris fuerunt ferri. *Zevex.*

*ultimum illum diem habitura fuerit Roma, quintumque intra diem epulari Annibal in Capitolio potuerit, si (quod Pœnum illum dixisse Adherbalem Bomilcaris ferunt) Annibal quemadmodum sciret*

*Dixisse Adherbalem Bomilcaris ferunt.* Quantum est librorum Florii qui modo melioris sint notæ habent *Adherbalem*. Nec aliter exhibere scriptum sui Vinero. Iordanes cum hæc è Floro transcriberet *Maharbalen* rescriptit ex Livio qui ita vocat. Non propterea tamen Floro reddendus fuit *Maharbal* pro *Adarbale*. De *Maharbale* noluisse intelligi *Florum*, quoniam *Adarbali* attribuisse quod Livius *Maharbali* dictum dat, vel illud indicio est quod hunc *Adarbalem Bomilcaris filium* facit: At ille *Maharbal* Livii quem hæc de *Annibale* in os ipsius *Annibalis* dixisse refert, *Himilconis* erat filius. Hoc cum videret *Jordanes*, *Maharbalem* quem in Floro reponerat, non posse dici *Bomilcaris filium*, lectionem etiam hæc parte mutavit ac correxit: *Quod Pœnum illum dixisse Maharbalem Bomilcaris ferunt*. Quasi id *Maharbal* ille *Bomilcaris* dixerit quod sequitur, non *Bomilcaris filius* fuerit. Fortasse etiam genus istud loquendi non intellexit, *Adarbali Bomilcaris* ubi subintelligitur filius. At sic Livius passim in nominibus Punicis usurpat. Vt lib. 26. *Asdrubal Amilcaris ad lapides atros castra habebat in Ausitanis*, & libro eodem: *Asdrubal Gisconis usque ad Oceanum & Gades*. Apud eundem Livium lib. 28. mentio fit *Aderbalis* hoc secundo bello Punico, qui prætor fuit Carthaginensium qui ad *Gades* cum *Lælio* classe certavit. Nec meminit Livius cujus patris filius esset hic *Aderbal*, quod alias facere solitum non uesto nisi ubi eadem tempestate duo eundem nominis clari viri extarent. Eos ut discernant invicem à patribus cognominare forte solet. Sic cum *Asdruba-*

*lem Amilcaris* vocavit, apposito hoc signo distinguere voluit ab altero *Asdrubale* qui filius fuit *Gisconis*, quem & propterea *Asdrubalem* *Gisconis* appellat. Sic idem lib. 21. cum *Maharbalem Himilconis filium* nominavit, eo ipso iudicavit, alium per tempora existisse *Maharbalem*, qui forte hic est *Maharbal Bomilcaris* quem *Adherbalem* vocare Floro nostro habuit an nescio quem alium auctorem sequo. Sane quæ hæc de illo afferuntur, à *Maharbale* dicta ad *Annibalem* testatur *Livius* lib. 23. pæne isdem verbis, cum a *Cannensi* pugna consilium ei daret, ut *Itacum* Romanam pergeret: *Immo ut quid hæc pugna sit actum scias, die quinto, inquit, victor in Capitolio epulaberis*. Et cum hoc consilium reipsum *Annibal*, non omnia nimirum eidem *Dii* dederunt, vincere scis *Annibal*, *victoria* uti nescis. Libri porro omnes *Adarbali* hæc legunt. Quod est ארי-י בבל ut *Maharbal* ארי-י בבל *Salmast*.

*Annibal quemadmodum sciret vincere uti victoria scisset.* ] Quædiu, in *Rebus* publicis maxime, præcipua irrisiva est, licet minora forte oppida occupentur, tantum abest, ut de salute conclamatum sit, ut non raro etiam illa quæ perita sunt iterum facile recuperentur. Ideo prudentiores quibus cum Republica aliqua bellum est, statim urbem principem petunt. Nunquam certe pejus suis paribus *Pompejus* consuluit, quam cum *Romam* *Cæsari* occupandam reliquit, *Nicias* Atheniensium dux terribis *Syracusas* aggredi differens, graves pœnas dedit neglecti sibi dati à *Lamache* consilii. Et hoc bello in una illa urbe insulam

vincere, sic uti victoria scisset. Tum quidem illum, ut dici vulgo solet, aut fatum urbis imperatura, aut ipsius mens mala, & averse à Carthagine dii, in diver-

universam expugnarunt Romani. Credo ego libenter *Thucydidi* qui scribit lib. 1. veram & sine exceptione victoriam ducem obtinere posse, qui cunctando tempus non terit, sed territis instat: victos alioquin animos resumere, & ipsos non raro superare victores. Oblat sæpe *vincentibus* pravum inter ipsos certamen hoste omisso spolia consecrandi. Apud *Tacitum Hist. 4.* lego *Gallis*, *Batavis*, & *Germanis* Romanos *vincentibus* oblituisse pravum inter ipsos certamen hoste omisso spolia consecrandi. Præteritis temporibus *Amyntas Curt. l. 4.* qui cum quatuor *Macedonum* millibus ad *Darium* transfugerat, eoque postea post ingentem cladem deserto, occasione occisi in acie prætoris usus *Ægyptum* invaserat, à superato jam *Mazæe*, palans & victoriæ fiducia incautus cum omnibus suis occisus utrique Regi duplicis perfidie pœnas dedit. Noluit *Lycurgus* interfectorem hostium cadavera spoliari, ne prædæ incumbentes milites, pugnam negligerent. *Plut. in Lycurg.* Nec voluntatis nempe nec præda ante de elatum omnino hostem corrumpi militum suos sinere debet prudens Imperator, quod suo & Republicæ damno expertus hic fuit infelix *Annibal*. Excusat tamen illum apud *Justinum* *Mithridates*, & illi non consilii inopiam, sed domesticæ emulationis atque invidiæ studium dicit oblituisse. *Zeyecot.*

*Tum quidem illum ut dici vulgo solet.]* Quid est quod vulgo dici solitum ait? Nempe *Annibalem* à *Roma* statim post pugnam *Cannensem* adoriunda aversisse vel fatum urbis, vel ipsius malam mentem. invertit quod ab ipso *Annibale* dictum *Livius* adfirmat, non quidem tunc cum devicisset pugna *Cann-*

ensis Romanos, sed aliquamdiu post cum *Capua* à Romanis obsessa, ut eam liberaret obsidione, contendit & ipse ad *Romam* obsidio premendam. Quo quidem tempore cum castris ad tertium lapidem positis, his instructa acie decertare parasset, tempestate immani desubito exorta, semper direptum est prælium, *Que res*, inquit *Livius*, in religionem apud *Pœnos* versa est, auditaque vox *Annibalis* fertur, *potius sibi urbis Romæ modo mentem non dari, modo fortunam*. Mentem tum sibi non datam fuisse significat, cum post *Cannensem* pugnam, consilium danti *Maharbali* recta *Romam* adire & adoriri non auscultavit, & in alia ipse mente fuit; fortunam vero tunc ejus re sibi denegatam innuit, cum *Romam* expugnare aggresso non respondit eventus, tempestate quasi cælitus missa semper eadem prælium ceptum dirimente. *Que* diversorum fuisse temporum *Florus* hic junxit, & utrumque ad illud tempus quod proxime fuit post *Cannensem* cladem transtulit. Atqui tunc sola mens desuit *Annibali*. Nam fortuna in ipso erat manu. Fortunam tamen aliter interpretatus est, pro fato ejus urbis quæ imperare debebat, quod fatum *Annibalem* tum dementavit. *Salmastus*.

*Aut ipsius mens mala.]* Alio sensu heic dicitur mala mens, alio apud *Comicum* cum dixit, mala mens, malus animus. Ibi enim mala mens pro improba, heic apud *Florum* mala mens opponitur bonæ menti quæ in illo esse dicitur qui suæ mentis est compos. Ut apud *Propertium*:

*Mens bona si qua Dea es tua me in sacris dono.* Qui mentem hanc bonam habet, utique & suæ mentis est. Qui ea

*diversum abstulerunt. Quum victoria posset uti, frui maluit, relictaque Roma, Campaniam Tarentumque peragrare: ubi mox & ipse: & exercitus ardor elanguit: adeo ut verum dictum sit; Capuam Anni-*

ca caret, is demens vel dementatus. At qui malæ mentis est, is quidem mentis suæ potens, sed malæ & improbæ. Atqui defectus potius mentis, quam malus ejus affectus prohibuit Annibalem à Roma potiunda. Mala mens adversus Romam illi non deerat, immo etiam supererat, sed mentem ad hoc versam non habuit cum occasio in manu fuit. Mens inquam defuit illi tunc, fortuna adfuit, at fortuna defuit cum mens adfuit. Hic sensus illius dicti Annibalis & Livii fuit, quem alio reor sit, & male etiam expressit Florus. *Salmastius.*

*Quum victoria uti posset, frui maluit* ] Nec acumen hujus Florii sententia capio. Acutius sane dictum quam verius. Quo enim tendit hæc argutia? Dixerat de Annibale Maharbale, vincere quidem illum scire, sed victoria uti nescire. Nempe quod occasionem & fortunam majoris rei Romæ nimirum potiundæ, quam illi hæc victoria obtulerat, de manibus amitteret, nec ea uti veller. At quid sibi vult iste, dum ait Annibalem victoriam cum posset uti, frui maluisse? Immo vel fructum hujus victoriæ amplissimum tulisset, si Romam cepisset, quod illi fortuna tum videbatur quasi in manum dare, si ea usus esset. Scio quidem aliarum rerum usum esse, aliarum, immo & in eadem re potiunda & usurpanda, usum à fructu plerumque distingui. Ceterum nihil heic tale fingi aut accomodari potest. Aliquid esset, si Annibal post hanc victoriam Cannensem, ab armis ac bello in totum cessasset, atque otio desidiazque ut victoriæ bonis frueretur, sese dedisset. Tum sane dici pos-

set, victoria illum frui maluisse quam uti. Quod enim relicta Roma in Campaniam flexit, non eo id fecit animo ac proposito ut deliciis Campanis frueretur, sed voto ac spe nobilissimæ urbis capiundæ Capuæ quæ duarum tum toto orbe maximarum, Romæ & Carthaginis erat æmula. Sed robur ejus exercitus luxuria Capuana enervatum est. Quid tum? Hoc noluerat Annibal, & magna redemptum veller, non accidisse. Certe cum à victoria Cannensi Romam capere posset, rem tantam statim animo concipere non potuit. Sic victoria uti nesciit. *Mora ejus dicit, ut Livius tradit, satis creditur sultis fuisse urbi atque imperio.*

*Vbi mox & ipse & exercitus ardor elanguit* ] De Annibale ipso hoc nemo prodidit, ardorem ejus elanguisse Capuanis hibernis. Exercitum ejus ea res plane perdidit. In Annibale autem duo præcipue notata ac reprehensæ ducis magni peccata à peritis artium militarium. Quod ex Cannensi acie non recta Romam duxisset. Et quod in hiberna Capuam militem misisset. Ac posterius quidem hoc peccatum majus illis visum priore. Nam mora & cunctatione tum peccasse tantum videri potuit, quæ victoriæ dilationem attulerit. Hic secundus error inhabilem ad vincendum prorsus reddidit, viresque ademit. *Idem.*

*Adeo ut verum dict. sit] Ita Florii libri, At in optimis Jordanis scriptis: Adeo ut vere dictum sit. Sequitur in antiquissimo Nazariano: Capuam Annibali Cannam fuisse. Supra notabamus Cannam etiam de Fluvio dici ad quem pugna Cannensi victi sunt Romani.*

Livius

*Annibali Cannas fuisse. Siquidem invictum Alpi-bus, indomitum armis, Campaniæ (quis crederet?) soles, & tepentes fontibus Bajæ, subegerunt. Interim respirare Romanus, & quasi ab inferis emergere. Arma non erant: detracta sunt templis. deerat juven-*

Livius lib. xxv. *Et Diomedis Argivi campos, & Cannam flumen qui in illis militaverant, cognoscunt. Præterea scimus quam frequens sit enallage numerorum apud auctores in urbium nominibus significandis. Hoc dictum porro, cui veritas fidem adstruxit, Capuam Annibali Cannas fuisse sumptum ex oratione Marcelli ad milites quæ apud Livium est lib. 23. Reliquias illorum virorum, vix arma membraque sustinentes pugnare. Capuam Annibali Cannas fuisse. ibi virtutem bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi præteriti temporis famam, ibi spem futuri extinclant. Vidi reliqua. Salmastius.*

*Campaniæ, quis crederet? soles, & tepentes fontibus Bajæ subegerunt* ] Hæc poetica potius elegantia quam historica fide dicuntur. Intra muros ac tecta Capuæ urbis hibernavit exercitus Annibalis. Ibi maximam hiemis partem in vino, epulis, balneis, scortis transegerunt. Hæc res eum perdiderunt non Campaniæ soles aut tepentes fontibus Bajæ, quæ in Campania quidem, sed satis longe à Capua. Livius lib. 23. *In hiberna Capuam concessit. Ibi partem majorem hiemis exercitum in tectis habuit. Et paulo post: Somnus enim & vinum, & epule & scorta balneaque, & otium consuetudine in dies blandius ita ea enervarunt corpora animosque, ut magis deinde præterita eos victoriæ quam presentes intarentur vires. Eadem ferme habentur in oratione Marcelli cum militi suo ad Nolam degenerem prioribus factis & animis Pœnum militem inculcarer: Non omnes esse in acie, prædantes vagari in agro, sed qui pug-*

*nant marcere Campana luxuria, vino, scortis, omnibusque lustris per totam hiemem confectos. Soles Campaniæ Floro & tepentes Baiæ pro lustris illis sunt, & scortis & vinis & balneis fomnoque, quibus totam hiemem intra tecta Capuana traduxere milites Annibalis. Sic sola naturalia cœli folique bona corumpendo Pœno militi reliquit, soles amœnos ac molles Campaniæ, tepidosque soli fontes. Quam bene, aliorum elto judicium. Idem.*

*Arma non erant, detracta sunt templis.]* Exequitur heic quæ dæ ultimæ necessitatis tela ad quæ confugerunt Romani Cannensis cladis vi subacti. Sed nonnulla ex his refert quæ longe post Cannensem cladem usurpata sint. Arma ut templis detraherentur & servitia ad delectum empta publice armarentur, necessitas, & inopia armorum ac liberorum capitum ex Cannensi coorta strage fecit. Reliqua quæ post enumerantur, aliorum sunt temporum. Livius lib. 22. *Et vetera hostium spolia detrahebunt templis porticibusque. Et aliam formam novi delectus inopia liberorum capitum ac necessitas dedit. Octo millia juvenum validiorum ex servitiis prius sciscitantes singulos vellentur militari, empta publice armarentur. Quod non alii autem sumpti quam qui militare se velle respondissent, inde volones appellati. Et Agorix Græci dicerent. Sic eos perpetuo deinde vocat idem Livius. Ita autem Volones à volo, ut colones à colo Sallustio pro clientibus qui magnates colunt, ut accedones Terrullianus lanistæ qui pugna ardorem accendunt inter gladiatores. Diversi autem hi Vo-*

lones

*juventus; in sacramentum militiæ liberata servitia. egebat ærarium; opes suas libens senatus in medium protulit; nec præter quod in bullis singulisque anulis erat, quicquam sibi auri reliquere. Eques se-*

*lones à voluntariis militibus, quorum etiam frequens apud Livium mentio. Ita vocati qui emeritis stipendia erant, quive per ætatem militare cogi nõ poterant, hi si voluntate sua militiæ nomen dederant, voluntarii dicebantur. Præter fervorum delectum non debuit etiam mittere Florus ultimum desperatæ reipublicæ auxilium ad quod tum descendere coacti sunt Romani, cum dictator ita pronuntiavit & edixit: Qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniæ judicati in vinculis essent, qui eorum apud se milites fierent, eos non a pecuniæ se exsolvi jussuram. Vide Livium lib. 23. Salmastius.*

*In sacramentum militiæ servitiæ liberata] Non vero liberata ad delectum, sed publice empta, diuque in ea conditione retenta donec, post fortem fidelemque in bello navatam operam meruere libertatem. Qua de re videndus Livius lib. 24. Idem.*

*Exemplum infra. Nam meliori reum statu ne libertinos quidem militare sinebant; sed ubi necessitas ingruit, speciosa cedunt utilibus. Ita post Thrasimeni quidem cladem libertinos sacramento adegerunt, ut Macrobi. 1. 11. Saturn. auctor est; post Cannensem autem cladem etiam serviti coacti sunt, nisi perire maluissent. Freinsb.*

*Egebat ærarium, opes suas libens senatus in medium protulit] Non hoc eos facere adegit Cannensis calamitatis necessitas, nec statim post eam ad id venerunt, sed diu post cum jam Capua recepta esset ac Sicilia tota captis Syraculis in potestatem venisset, Marcello & Lævino consulibus. In eorum inquam consulatu cum ornanda clas-*

*sis esset ac de remigum supplemento in senatu ageretur, nec ad eam rem pecunia in ærario foret unde homines pararentur, & stipendium his constitueretur, decreverunt consules ut privati ex censu & ordinibus remiges darent cum stipendio cibariisq; dierum triginta. Cum ex eo editio tanta indignatio plebis insequuta esset, ut ad seditionem haud dubiam tenderet animus, utpote oneri tanto injuncto ferendo impar, in ea difficultate habentes patres explicuit Lævinus consul, qui senatus auctor fuit ut ipsi exemplum plebi monstrarent, & aurum argenteum æque signatum omnes senatores in medium proferrent. Sic editum, sic factum. Quo de negotio Livius consulendus lib. 26. Salmastius.*

*Tributum triplex fuisse apud Romanos invenio; Vnum quod in capita collatum fuit. quo onere ex æquali divites & pauperes præmebantur, usque ad censum Servii Tullii regis. Alterum inde ex ratione census est collatum, hoc est, pro cujusque facultate & opibus; ita ut ab hac collatione liberarentur, rei familiaris angustia impediti. Tertium fuit temerarium; cum privatæ opes sine discrimine in publicum ob periculi magnitudinem sponte conferebantur; ut quod hoc tempore Lævino, & Marcello Coss. à Senatu inde Equestri & mox plebejo ordine certatim collatum est: quod tamen a scribis in Tabulas Ærarii ideo referebatur, ut locupletato ærario, pecuniæ suæ cuique redderentur: quod post bellum Punicum tribus aëquis pensionibus factum est. Stadius.*

*Eques secutus exemplum, imitatusque equitem tribus] Hoc quippe proficit dominantium*

*quintus exemplum, imitatusque equitem tribus. denique vix suffecere tabula, vix scribarum manus, Lævino Marcelloque consulibus, quum privata opes in publicum deferrentur. Quid autem in deligendis magistratibus, quæ centuriarum sapientia, quum juniores à senioribus consilium de creandis consulibus petivere? Quippe adversus hostem totiens victorem,*

*Etorem,*  
 inantium exemplum, ut subjecti non gravate subsequantur. Ita cum ad stipendium militare conferenda esset pecunia, quum senatus summa fide ex censu consulisset, certamen conferendi est datum, apud Livium 4. 60. Contra ubi superiores publicas necessitates subditorum tantum opibus propellunt, suas inde eximunt; aut quod iniquius est, fieri tamen alibi solet, augent: quo potius animo tolerari aut conferri sumptus istos? Freinsb.

*In deligendis magistratibus] Tribus prærogativa. Veturia Iuniorum Cof. T. Manlium Torquatium anno D X L I I I. declarabat, qui vitio oculorum sese excusavit, & ut meminissent bellum Punicum in Italia, hostiumque ducem Annibalem esse. Tanti viri auctoritate mora Juniorum centuria, petiit Veterium seniorum à Cof. citari, quos postquam in Ovili, (erat is locus septus in comitiis, in quem transibant per pontem, qui fustragii sui tabellam in cistas demississent) consuluerunt: M. Claudium Marcellum & M. Valerium Lævinum ut bello clarissimos; neque parentes tamen Cofs. renunciarunt; auctoritateque prærogativæ omnes centuriæ secuta sunt. Ante etiam anno DXXXIX. prærogativa Iuniorum Cofs. rei gerendæ imperitos designaverat, sed revocata Fabii Max. auctoritate, mutavit sententiam; creavitque Cofs. M. Marcellum III. Q. Fab. Max. IV. Stadius, ex Livio 24. 10. & 26. 22.*

*Adversus hostem totiens victorem, tam*

*callidum] Vide rationes auctoris, tum etiam quam conveniant, videbis. Post pugnam Cannensem dicit eam fuisse centuriarum in eligendis magistratibus prudentiam ut juniores consilium a senioribus petierint, cuiam potissimum mandandus esset tum summus honos. Rationem addit: Quippe adversus hostem totiens victorem tam callidum non virtute tantum, sed suis etiam pugnarum consiliis optebat. Eos igitur tum electos ac creatos consules oportuit qui non solum bellicosos essent, & virtute militari polleterent, sed etiam qui astutia & consiliorum calliditate, prevalerent, ut suismet ipsius artibus Annibalem premerent. Hoc sane voluit. Atque illis ipsis comitiis quibus feniores a junioribus consulti sunt, consules creatos esse constat Marcellum & Lævinum: Cujus electionis ipsam propemodum plebem paulo post panitum, non ob aliam causam, nisi quod nimium acres & feroces essent viri creati, ut memorat Livius lib. 26. cap. 26. Ad Lævinum quidem quod attinet ei statim decreta Sicilia provincia, nihilque callide calideque cum Annibale egit. Marcellus aliquot præliis imperii quod ei prorogatum est tempore cum Annibale commissis, partim male pugnavit, partim prospere quidem, non tamen ulla insidiarum fallacia aut fraude, in quibus artibus summus erat Annibal. Quin & accusatus à Tribuno plebis eodem tempore Marcellus quod bis cæcis exercitus ejus foret, & quod activa*

*etorem, tam callidum, non virtute tantum, sed suis etiam pugnare consiliis oportebat. Prima redeuntis, & ut sic dixerim, reviviscentis imperii spes Fabius fuit:*

activa Venusiæ sub testis egisset. Ad quam deprecandam ignominiam cum Romam venire coactus esset, ita se purgavit, ut summo consensu consul crearetur. Quo in consulatu adeo nulla astutia aut calliditatis laude claruit ut etiam insidiis ab Annibale circumventus, in quas improvide præcipitaverat, & occisus sit. De Fabio quidem quem primam imperii reviviscentis spem fuisse mox dicit, certum est Annibalem aliquando dixisse, ab eo duce suis se artibus premi. Sed ille Fabius in imperio fuit & hæc omnia prudentiæ & calliditatis exempla edidit ante Cannensem pugnam. *Salmastius.*

*Non virtute tantum, sed suis etiam pugnare consiliis oportebat.]* Non hoc tunc aligatum est creando esse consules qui Annibalem suis artibus & consiliis petere ac premere possent, sed cum consule declarasset Veturia Juniorum quæ sorte prærogativa erat, Manlium Torquatium cui ab oculis male erat, & is valetudinem excusans redire in suffragium eam centuriam juberet, cogitandum ipsis esse dixit bellum Punicum in Italia, & hostium duces Annibalem esse. Imprudentem enim & gubernatorem & imperatorem esse postulantem sibi credi capita & fortunas omnium cui alienis oculis omnia agenda sint. Auctoritate tanti viri mota Veturia Juniorum, velle se colloqui cū senioribus dixit & ab his consilium petere, quos consules facere deberent. Citata seniorum Veturia respondit de tribus consulendum esse, duobus jam magistratu perfunctis, Q. Fabio & M. Marcello & tercio M. Valerio Lævinio qui adversus Philippum Regem terræ marique res egregie gesserat, si novum aliquid vellent adversus Annibalem

creari consulem. Tum Juniorum Veturia ex consilio Veturix, seniorum Marcellum honorum veterem & novum Lævinum consules pronuntiavit, Auctoritatem prærogativæ cæteræ ceteris sequitur sunt. Ceterum adeo certum est Lævinum & Marcellum hæc seniorum consultatione ita consulatum adeptos, non ad hoc creatos fuisse, ut dolis cum Annibale certarent, & fraudes ejus paribus fraudibus repellerent ut post mortem Marcelli consulis per dolum Annibalis intererent, ea prima cura patres popululum inceserunt, eos potissimum consules deligendi quorum virtus tuta esse posset à fraude Punica. Verba eorum ita refert Livius: *Cum toto eo bello damnosa, præpropera ac fervida ingenia imperatorum fuisset, tum eo ipso anno consules nimia cupiditate conferendi cum hoste manum in necopinatam fraudem lapsos esse.* De Marcello intelligit & collega ejus Crispino. Hæc fuere enucleatius explicanda, ut constet veritatem historiarum ab hujusmodi compendiorum scriptoribus non esse semper exigendam, cinnicitatis magis studiosis quam fidei quæ requiritur in causis rerum exponendis, & ordine quo quæque gesta sunt memorando. *Salmastius.*

*Reviviscentis imperii spes fuit.]* Præposterè res Fabii gestas cunctationisque ejus artem qua Annibalis fervorem ludificatus est, & impetus ejus tardavit, in id tempus conferat quod sequutum est Cannensem cladem, cum nihil eorum ille gesserit, nisi ante Cannense prælium, nec post id omnino. Quæ sequuntur, post Cannensem pugnam omnia acta sunt. Pæne ultimum vulnus fuisse imperii Cannas supra dixerat. Quid fecerint Romani postea ut inde

*fuit: qui novam de Annibale victoriam commentus est, non pugnare. Hinc illi cognomen novum, & Reipublicæ salutare, Cunctator. Hinc illud ex populo, ut Imperii scutum vocaretur. Itaque per Samnium totum, per Falernos Gauranosq; saltus sic maceravit Annibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur. Inde Claudio Marcello duce etiam congredi ausus est. Cominus venit, & pe-*

inde emergerent, narrare instituit, quibusque ducibus præcipue ad res perditas restituendas usi sint. Arma detracta templis, liberata servitia ad militia delectum post illam pugnam narrat. Duces autem Fabium primam imperii reviviscentis & quasi ab inferis redeuntis spem fuisse, cunctando ac ludificando. Marcellum etiam primum cominus congredi ausum. Ausum etiam Sempronium Gracchum per Lucaniam sequi & premere terga cedentis. *Idem.*

*Cognomen novum.]* Fabio huic quatuor fuere cognomina; *Maximus, Ovicula, Vermosus, Cunctator.* Auctor de vir. illust. cap. 43. Plut. in vita c. 1. *Camers.*

*Imperii scutum.]* Sicut contra Marcellum ensis, quod ex Posidonio recenset Plut. in vita Fabii cap. 36. Alia de causa (ob crudelitatem nempe) gladium appellatum fuisse Ochum, idem auctor scribit de lide cap. 1. 3. *Freinsb.*

*Cominus venit & pepulit à Campania sua.]* Mirum non animadversum hujus vitium lectionis à tot ante correctoribus. Vt Marcellus Annibalem à Campania sua pepulerit? Atqui Capuam Campaniæ caput non eo anno amisit Annibal, nec opera Marcelli Campania possessione cessit, sed obsidione tantum Nolæ urbis excussus est. Solus ex nostris veteribus libris Nazarianus Co-dex sinceram retinuit lectionem qui

habet: *Cominus venit, & pepulit in Campania sua.* Suam jam pæne totam fecerat Campaniam Annibal. Nam & Capuam sedem & domum & patriam alteram Annibalis fuisse noiter An-næus paulo post dicit. Quo magis mirum est in ea provincia in qua tantum poterat pulsus à Marcello esse. Sic proverbii vicem in castris suis aliquis cedi dicitur. Nola autem Campaniæ urbs. Eamque Lucius ut & Neapolim inter Campaniæ urbes recenset. Scrip-sisse olim Virgilium volunt Grammatici. *vicina Veservo Nola jugo.* Mox iratum Nolanis id mutavisse & referrip-sisse *Ora.* pro *Nola.* Veservo porro Campaniæ mons. Alii Piceno Nola m-vindicant. Si ex illis fuit noiter, scrip-sit: *Repulit in Campaniam suam & ab obsidione Nolæ urbis excussit.* Sic infra l. 3. c. 4. *Didius vagos & libera popu-latione diffusos intra suam repulit Thraciam.* Sed priorem cū lectionem tum expositionem magis amplector. Et *Nola* omnino Campaniæ. Bis autem ad Nola cum Annibale congressus est Marcellus, semel tamen tantum ab Annibale Nola obsessa. Nam prima vice spes illi hujus urbis potiundæ affulserat prodicione plebis. Ad eam spem votumque propius urbem castra appulerat, à qua repulsus est eruptione Marcelli ex urbe. Anno sequente eamdem urbem legitima obsidione cinxit & corona circumdedit, acieque justa



*Et pepulit in Campania sua, Et ab obsidione Nolæ urbis excussit. Ausus Et Sempronio Graccho duce per Lucaniam sequi, Et premere terga cedentis: quamvis tunc (ô pudor!) manu servili pugnaret.*

NAM

etiam cum eodem Marcello pugnavit ac victus est, quod hibernis Capuanis militum ejus ardor & robur omne elanguisset. De hoc secundo prælio hic Florus accipiendus, cum ait, Marcellum cominus ausum congredi cum Annibale, & ab obsidione Nolæ urbis eum excussisse. Tertio quoque eam rem tentasse Annibalem scribit Livius lib. 24. cap. 17. & cum eodem Marcello acie pugnavit, victumque esse: & exinde spem in posterum omisisse Nolæ potiundæ. Salmastius.

*Ausus Et Sempronio Graccho duce per Lucaniam sequi* Nusquam id legi Sempronium Gracchum per Lucaniam instituisse fugienti Annibali, & cedentis terga pressisse, præsertim cum id dicat eum fecisse cum servili manu. Volones Livii intelligit, hoc est servos publice redemptos qui voluntate sua sacramento dixerant, octo millium numero. His militibus Gracchus ad Beneventum prælio decertavit cum Hannone, eumque devicit, ut narrat Livius lib. 24. At cum Annibale ipso eum pugnavit, non leges. Multo minus ut vestigiis ejus fugientis insisteret aut terga cedentis presserit. De Marcello id memorat idem Livius l. 27. Is per Lucaniam cedentem Annibalem infectus est, & aliquoties cum eo consilixit interim vincentis fato, interim victi fortuna. Epitome illius libri, de Numitronne Lucaniz oppido ad quam incerta victoria pugnatum est ab Annibale Marcello: *Inde Annibal. noctu recessit, Et subinde cedentem pressit, donec effugeret.* Sempronio igitur Graccho dat noster quod Marcellus fecit. Cui porro verisimile fiat Sempronium cum servili ac parva manu coegisse ad fu-

gam Annibalem ac cedentem subinde pressisse? Salmastius.

*Quamvis tunc, ô pudor! manu servili pugnaret*] De his ipsis supra dixerat in sacramentum militiæ liberata servitia. Si liberati priusquam militarent, ergo liberi tum fuerunt eum pugnaverunt duce Sempronio Graccho. Verum quidem, etiam tum servos fuisse eorum opera usus est Gracchus in debellando Hannone. Ita falsum quod supra scripsit Annæus liberatos illos servos ad militiæ sacramentum. Addit statim: *Sed libertate donati fecerunt de servitute Romanos.* Obscura omnimodo hæc verba. Genus ipsum loquendi non satis assequor. *Libertate donati fecerunt de servitute Romanos.* Quis hæc intelligit? Servi illi nempe, donati libertate, Romanos fecerunt de servitute. Quid est *Romanos de servitute facere*? Mitto elegantiam, solum quæro Latinitatem. Sed hæc Latina esse, jam ego de historia inquiserim. Quid vult sibi, Si servi tum pugnaverunt, quando aut quomodo libertate donati sunt? Hoc debuit dicere. In re ita est. Gracchus cum Pœnis & eorum duce Hannone pugnavit illis servorum copiis qui jam alterum servi militantes libertatem taciti suspirabant, & arbitrio ejus reliquisset senatus quid de illis faceret, priusquam cum Pœnis manum confereret, pronuntiavit eum se extemplo liberum esse jusurum qui caput hostis retulisset. Cum strenue pugnavissent, virtutem eorum libertate remuneratus est. Sic ergo virtute de servis liberi facti. Hoc opinor dicere voluisse Florum atque, etiam dixisse, si verba ejus integra haberemus quæ ad hanc faciæm ut ab auctore concepta

*Nam hucusque tot mala compulerant. Sed libertate donati. Fecerat de servis virtus Romanos. O horribilem in tot adversis fiduciam! ô singularem animum ac spiritum populi Romani! tam ærtis afflictisque rebus, quum de Italia sua dubitaret, ausus est tamen in diversa respicere, quumque hostes in jugulo per Campaniam Apuliamque volitarent, mediamque de Italia Africam facerent; eodem tempore Et hunc sustinebat, Et in Siciliam, Sardiniam, Hispaniam, divisa per terrarum orbem arma mittebat. Sicilia mandata Marcello, nec diu restitit. Tota enim insula in una urbe superata est. Grande illud, Et ante id tempus, invictum caput Syracuse, quamvis Archimedis ingenio defenderentur; aliquan-*

concepta sunt restituenda censeo: *Sed libertate donati. Fecerat de servis virtus Romanos.* Vel quomodo fortasse mallet aliquis: *Fecerunt se de servis virtute Romanos.* Libertatem virtute meruerunt. Ita fecerunt se de servis Romanos ac liberos propria virtute. Perperam coaluerant istæ duæ voces in unam ob soni affinitatem. *De servitute pro de servis virtute.* Priorem tamen malo lectionem, ut genio Flori convenientiorem. *Fecerat de servis virtus Romanos.* Cum vitio librarius scriptum esset *de servitute*, pro *de servis virtus*, correctores præsto fuerunt ac *de servitute* fecerunt, ut solacissimum tollerent. Nihil certius nostra correptione. *Idem.*

*Nec diu restitit*] Immo diu. Nec aliter dicat qui historiam oppugnationis Syracusanæ apud Livium legit. Quot labores, quot pericula circa moenia Syracusana Marcellus exhausit, non uno libro pertexit. Sed nec in una urbe superata Sicilia est. Nam successori suo Lavino consuli quod in ea a-

geret, reliquit. Agrigentum adhuc tenebatur valido Corrhaginentium præsidio quod ille expulit, & sic quod reliquum erat belli in Sicilia perfecit. Salmastius.

*Archimedis*] Archimedes diversarum quas indies excogitabat machinarum opera (quarum multas describit Polybius) per integrum fere triennium, Marcelli impetum elusit. Ad ojus exemplum regnante Anastasio Proclus imminem urbi principi Vitalianum feliciter devicit: specula enim cava ingenii magnitudinis de mœnibus suspendit, in quæ cum radii solares impigissent ignis instar fulguris erumpens oppositam classem penitus exussit. Zevcotinus.

*Quamvis Archimedis ingenio defenderentur*] Archimedis ingenium nihil contra prædicationem valuit qua captæ sunt Syracusæ. Eo sane usque processerat ingenio suo & machinis Archimedes ut non solum navalem oppugnationis maritimæ apparatus Marcelli eluse-

*aliquando cesserunt. Longe illi triplex murus, totidemque*

eluserit, sed etiam terrestrem isdem artibus impeditur, & ab oppugnatione eum in totum absistere cogit. Neo hic debuit tacere proditione potissimum captas fuisse Syracusas. *Salmafius.*

*Longe illi triplex murus, totidemque arces* ] Nusquam reperio triplici fuisse muro cinctam Syracusarum urbem. Interpretatione itaque sublevandus vanus ac nugax scriptor. Amplissimam quidem civitatem fuisse Syracusas constat ac lato ambitu diffusam, sed vastam ac sparsim dissipatam, & in plures divisam partes, quæ singulae fere instar urbium fuere. Ex parte muro etiam invicem disclusæ & interseptæ. Tres præcipuas videtur facere nosse qui & totidem arces quasi singularum urbium agnoscit. Hoc modo & triplicem murum habuisse intellexerit. Cum enim una quæque harum arcium ac partium urbis Syracusanæ proprio muro ab altera fuerit separata, trinus murus illi fuit superandus qui totis Syracusis potiri in animum induxerit. Livius urbem & partem eam quæ proprie *insula* vocabatur distinctam fuisse docet. *Násson* incolæ vocabantur. Atque ita legendum apud Livium ubi editiones ejus ubique *Násson* cum duplici Nun scribunt. Lib. 24. *Epicyles ad insula quam ipsi Nason vocant, citato profectus agmine.* Ea insula muro peculiari ab cetera urbe quasi intersepimento distincta. Idem Livius: *mirique ea pars quæ ab cetera urbe nimis firmo munimento intersepiebatur insulam.* Jam ceteræ urbes quæ ab insula sive Naso proprie dicta separabatur, variaz quoque partes, & ipsæ urbium instar. Neapolim, & Tychem inter has nominat Livius his verbis: *Marcellus ut Euryalum neque tradidi, neque capi vidit posse, inter Neapolim & Tychem, nomina partium urbis, & instar urbium sunt, po-*

*suit castra.* Meminit & Hexapoli urbis partis non modicæ a numero portarum sic dictæ. Ex Livio tamen colligo nomen portæ potius fuisse. Sic enim scribit lib. x x v. cap. x x i. *Hexapoly Theodorus ac Sosis post solis occasum jam obscura luce invecisti, & transeisti per Tychem.* Item cap. xxiv. *Prope Hexapolyon est portula. Ea magna vi refringi cepit.* Et paulo post: *Sub luce Hexapoly effraeto, Marcellus omnibus copiis urbem ingressus.* Apparet igitur ex his portam fuisse à numero portarum vel portularum sic appellatam. At Achradina portio urbis longe maxima ac munitissima ad mare posita, cujus frequens in oppugnatione Syracusarum apud eundem Livium mentio. Sic quatuor urbis partes quas instar urbium idem fuisse dicit. Nasos, Achradina, Neapolis & Thyca. Arces trinas fuisse hic Annæus vult. At Livius duas tantum commemorat. Unius arcis primum habet mentionem quæ in insula erat. Horrea ibi fuere publica. *In insula, inquit, inter cetera Andronodorus præsidium firmat horrea publica. Locus saxo quadrato septus atque arcis in modum emunitus capitur à juventute qua præsidio ejus loci attributa erat.* Ea est arx de qua ibidem paulo ante loquutus est: *Itaque Andronodorus & insulam & arcem & dia que poterat, quæque opportuna erant, præsidium firmat.* Hæc arx insulae fuit. Altera porro arx in extrema parte urbis à mari versa & vicinissima quæ in agros ferebat & mediterranea loca. Euryalus vocabatur.

*Ad Euryalum signa referri jussit. Turmulus est in extrema parte urbis versus à mari, viaque imminens ferenti in agros, mediterranea que insula, per commodum ad commentus excipiendos. Præter has duas arces alterius non meminit auctor ille cum diligentissime exequatur obsidionem Syracusarum. Nostrer vero triplicem*

*demque arces, portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethusa, nisi quod hæcenus profuere, ut pulchri-*

cem murum totidemque arces Syraculis tribuit, non solum obscure sed etiam parum scienter loquutus. *Idem.*

*Portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethusa* ] Non video quomodo momenti initar efficere poterit ad defensionem Syracusarum, portus marmoreus potius quam ex alio lapide factus, & fons Arethusæ poetis decantatus. Facile quidem patiar dici nihil profuisse urbi quæ capta sit, triplicem murum, totidemque arces. Sed quid urbi prodesse tali in tempore quibat, magnifica portus substructio, & celebris fontis amoenitas? Portus majoris meminit ad Syracusas Livius. Ergo & minorem alterum habuerit. Is portus in Achradina. Ibidem & Arethusæ fons. Hic portum cum Arethusa jungit. Similiter & Livius ubi memorat Achradinam sub tribus præfectis fuisse. quorum unus Mærichus Hispanus qui Achradinam tradidit Romanis. Cum Achradinæ partes inter tres præfectos divisæ essent, & suam quisque tuendam partem suscepit, Mæricho obtigisse regionem dicit Livius ab Arethusa fonte ad ostium magni portus: *Ipsi regio evenit ab Arethusa fonte usque ad ostium magni portus. Id ut scirent Romanis fecit.* Hæc cum apud Livium legisset nosse, fortasse inde arripuit ut diceret nihil illi profuisse quominus caperetur, portum marmoreum & fontem Arethusam. Nempe eam partem obtinuit præfectus ille, qui Achradinam prodidit Marcello, & milites ejus recepti per eam portam quæ prope Arethusam erat. Qua proditione non solum capta Achradina sed etiam eadem opera & Nasos sive insula. Urbs ipsa ante in ditionem venerat Marcelli cum arce Euryalo. Magnum autem portum fortasse pro magnifico vel magnifice extracto accepit Florus. Nus-

quam enim prodidit Livius ex marmore fuisse. Ut ut sit, ineptum est quod Florus portum hæc marmoreum fontemque Arethusam cum triplicis muri & trinæ arcis munimentis jungit, quasi & in illis factis præsidium esse debuerit ne urbs caperetur, quod tamen parum valuerit: *Longe illi triplex murus totidemque arces, portus ille marmoreus & fons celebratus Arethusa.* Sic supra cum vellet dicere parum valuisse artes nauticas Carthaginensibus: *Longe illis nauticæ artes, detergere remos, & ludificari fuga rostra.* Ceterum ut adesse alicui dicitur qui cum defendit ac protegit, ita abesse & longe esse à quo non potest præfens auxilium sperari. Virgilius in duodecima Æneide: *Longe illi Dea mater erit.* Longinquum auxilium ei cui præfens periculum, pro nullo putandum est. Ideo vicinos auxiliatores præferebat Hesiodus longe habitantibus si forte cognatis.

*Τὸς ἄλλους ἀλλοστὸν ἔκιστον, ζῶσαντο δὲ πῶλον.*

Vicinus in qualicumque habitu deprehensus, etiam feminudus, etiam distinctus ex proximo potest currere. Cognatus qui longe incolat, præter moram itineris, id etiam temporis moratur quod in veltiendo se ac cingendo sumere cogitur. Quia nudus ex longinquo per mediam urbem aut distinctus venire non possit. Ut serum igitur auxilium idem fere quod nullum, ita qui longe alicui sunt vel absent in præfenti periculo constitutus, parum idonei defensores. Inde illa loquutio è medio vulgi sermone sumpta Longe esse aliquid vel aliquid qui parum prodest vel non defendit. Cæsar de bello Gallico, Longe illis abfuturum nomen populi Romani. Ubi etiam commendari potest: *longe illis futurum.* Et si nec improbem abfuturum. Sic ad-

*pulchritudini victæ urbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illi gentium feritas, Insa-*

*norumque*  
sistere quod adesse ac præsentem esse significat, recens Latinitas pro *adjuvare* posuit. Et ita nos quoque nunc Franco-cætra in idiomate nostro Romanensi usurpamus. *Salmastus*.

*Nisi quod hæcenus profuere*] Ita recte Gruterus noliter restituit ex veteri sua editione cum reliqua recitiores haberent: *Quid nisi hæcenus profuere?* cum interrogatione. Veteribus editis non ftri codices scripsi suffragantur. Fortum marmoreum & fontem Arethuse hæcenus Syracusis profuisse ut victæ urbi parceretur, *Flom* somnium est. Pulchritudo urbis ac vetusta gloria, omnium ferme illa tempestate clarissimæ ac pulcherrimæ, memoria præterea beneficiorum Hieronis socii regis, potius effecerunt ut ne deleteretur. *Salmastus*.

*Sardiniam Gracchus arripuit*] In Sardinia tum quidquam egisse Gracchum non reperio. Sardiniam à Graccho perdomitam post captas Syracusas ordo rerum prout hic narrantur postulat. Atqui nihil in Sardinia gestum eo anno quo expugnata Syracusæ. Tribus aut quattuor annis ante domita fuit Sardinia per T. Manlium prætorem, qui triginta millia Sardorum uno prælio cecidit duce Hiofio filio Hamficoris. Qui etiam altera acie Sardos cum pœnis devicit, quibus præerat imperator Afrubal. Cornumque urbem totius gentis primam cepit. His perperatis ac debellata insula, Manlius Romanam navigavit perdomitamque Sardiniam patribus nunciavit. Vide Livium lib. 23. Non potest de alia subactione Sardinie Florus intelligi, nec ipse potuit intelligere. Sed perperam Graccho tribuit, quod à Manlio gestum est. Sempronius Gracchus tum Consul Campanos cecidit. Epitome Liviana: *Sempronius Gracchus consul Cam-*

*panos cecidit. Præterea in Sardinia scilicet T. Manlio prætoris adversus Pœnos Sarcosque res gestas continet, à quo Afrubal dux & Mago & Hanno capti. Multa igitur heic à Floro peccata. Primum quod subactam Sardiniam à Graccho facit quam Manlius subegit. Deinde quod post captas Syracusas id actum memorat, quo tempore conlita nondum obsessas fuisse. At tres annos integros in obsidione Syracusarum contulit Marcellus. Postremo quod in Caralim urbem sævitum ait quæ Romanæ tunc fuit, & sedes erat belli Romano imperatori. Ducem Sardorum Livius in editis *Hæficoram* vocat. Sed vetustissimus liber Bibliothecæ Puteanorum modo *Hæficoram* appellat, modo *Hæficoram*. Græcis *ΑΨικόρος*. *Pellidos Sarcos* ibidem commemorat qui debent esse *Pelliti*, à pellibus quas gerebant pro veste. Sic *Pelliti Scyba*, Livius: *Hæficora tum sorte profectus in pellitos Sarcos*. Ita scribendum. *Pellitos* fuisse Sarcos aliquos vel *magistræ* vestis indicio est quam à Sarcis acceptum auctores scribunt & pellicem esse volunt. *Idem*. Tiber. Sempronio Graccho quicquam hoc Punico bello in Sardinia imperii fuisse, haud facile invenias, cum neque prætura functus sit, & prætores hoc fere tempore solum in eam provinciam (erat enim in provinciarum formam ante hoc bellum annis quatuordecim redacta, per M. Marthonem Cos.) mittebantur. nam hæc Gracchum in ædilitate magistrum equitum à M. Junio Pera dictatore dictum fuisse, Livius 22. 57. 9. testatur, inde mox Cos. designatum anno *dxviii*. Iterumque post biennium cum Annibale in Italia, idque in Lucania, mandatum fuisse, quouque procos. ipse anno *dxli*. hospitis Lucani sui fraude, insidiis circumventus à*

*norumque immanitas montium profuere. Sæviturum in urbes, urbemque urbium Caralim, ut gens contumax, vilisque morti, saltem desiderio patrii soli domaretur. In Hispaniam missi Cneus & Publius Scipiones, pene totam Pœnis eriperant; sed insidiis Punicæ fraudis oppressi rursus amiserunt, magnis quidem illi præliis, quum Punicas opes cecidissent: sed Punicæ insidiæ alterum ferro castramentantem, alterum quum evasisset in turrim, cinctum facibus oppresserunt. Igitur in ultionem patris ac patrii*

à Magone Pœno interfectus est. Sed Consularis facta est, propter belli magnitudinem, Sardinia anno *dxvli*. hoc est annis *xli*. post hujus belli initium, eamque tunc sortitus est Sempronius Gracchus Cos. hujus de quod diximus, nepos; deque iis procos. Gracchum triumphasse testantur triumphum Capitolini. tantumque captivorum Romanæ deportasse, ut in proverbium abierit, *Sardi venales*. Quod si rem tanto intervallo gestam cum hoc Punico bello confundit; intolerabilis est *aversionis*. Verum illo, quo cum Annibale bellatum est tempore, rem bene gestam adversus Pœnos & Sarcos in Sardinia à T. Manlio prætoris, qui Q. Mucio Scævolaæ valetudinario successore datus est, Liv. 23. 40. testatur. ut qui captos à Manlio Aldrubalem, Magonem, Annonem Pœnorum: Harficoram & Hiofium Sarcorum duces cæcos esse scripsit. *Insularum etiam montium Livius* 30. 39. 3. meminit: Ptolem. *περὶ τοῦ οὐρανοῦ* lib. secundo Geograph. vocat. *Stradum*.  
*Nihil illi gentium feritas insanorumque immanitas montium profuere*] De Syracusis idem dixerat alio modo: *Longe illi triplex murus totidemque arces. Hoc est, Nihil illi triplex murus pro-*

fuit totidemque arces. Frigida porro & absurda Flori hæc conceptio de Insanis montibus qui nihil Sardinia profuere quo minus subigeretur. Quasi insani illi montes tam ardui atque ascensu difficiles fuerint, ut prohibere potuerint insulam adiri, vel domari. Ad mare illi montes ac cognomine horrendi magis quam re ipsa. Meminit eorum Livius lib. xxx. ea inde accepit noster, quamvis ibi de alia rem mentio fiat quam de Sardinia à Manlio subacta: *Ilum insulam & ab Ilua Corsicam, à Corsica in Sardiniam trajecit. ibi superantem Insanos montes multo & scivir & insistoribus locis tempestas advorta diriecit classem*. Ex eo loco arripuit Insanos istos montes quorum immanitatem heic nihil profuisse dicit Sardiniam cum à Graccho perdomaretur. Qua de re nihil ibi Livius cum Sardiniam redactam in ditionem memorat. Et sane ineptum est. Nullum enim impedimentum aut moram objecisse armis Romanis montes illos historica ipsa perhibet, haud fane magis quam fons Arethuse. *Salmastus*.

*In turrim*]. Dubitat tamen Livius 25. 36. 11.

*In ultionem patrii missis cum exercitu Scipio*.] Cum cæteri omnes oblatam

*trui missus cum exercitu Scipio, cuitam grande de Africa nomen fata decreverant, bellatricem illam, viris armisque nobilem Hispaniam, illam seminarium hostilis exercitus, illam Annibalis eruditricem,*

*(incred-*

Hispaniæ provinciam recusarent, quia fortunam ibi Romanam restitui posse desperabant, Scipio eam se petere professus summo centuriarum consensu & applausu obtinuit. Non temerario tamen & cæco consilio seductus, aut nimio vindicandi patris ac patrui desiderio abreptus, tam dubium & difficile munus suscepit. Fortunæ sane non credidit, sed rationi. diligenti enim prius investigatione didicerat non Carthaginensium virtute, sed prodicione Celiberorum Romanos perissequi: perstare adhuc in fide & amicitia eis Iberum Hispanos: Pœnorum insuper Duces divitiis studiis & exercitiis trahi in diversa, & non dubias inter nos esse similitates. Eorum denique imperium ob nimiam insolentiam & crebras injurias grave esse populo, domito ut pareat, nondum ut serviat. Ideo ab ingenio suo, à virtute militum, & à vitis hostium facilem sibi victoriam pollicitur, quam alii detrectabant provinciam accipere non dubitavit. Zeveccot. Cn. Scipio, sub primum Annibalis ab Alpibus descensum, pro Consule in Hispaniam missus. Anonem egregie vicit, militumque qui cum Annibale in Italiam profecti erant impedimenta carissima à Romanis diripiebantur. Inde Asdrubalem toto eis Iberum agro cedere cogit. Punicam classem ad ostia Iberi fluminis stantem capit, & toto ejus oræ mari potitur. Dehinc Scipio frater ejus post consulatum prorogato imperio in Hispaniam mittitur, conjunctis itaque viribus in hostem movent: Aceducis artificiosè obsides Hispanorum, qui Sagunti custodiebantur, Ro. traditi sunt, & donum ad devinciendos hoc beneficio

Hispanorum animos benigne ab ipsis remissi. Altero an. Scipiones cum Asdrubale (qui ut in Italiam descendere, ac se cum fratre Annibale conjungeret, ad Iberum copias traduxit) collatis signis bene pugnaverunt, castra hostium diripiunt, reliquæ Hispaniæ civitates Rom. hoc tam felici proelio adjunctæ sunt, ita ut Asdrubali vix tuto manendi in Hispania spes relicta fuerit. Castellonem inde recipiunt; ad Mundam, & etiam Cn. Scipio tragula in femore victoriam impediret, egregie pugnant. Saguntum etiam Punico præsidio inde pulso à Romanis recipitur ac restituitur: Inde versa tam læta res in luctum. Scipiones à Celtiberis mercenariis deserti prope cum totis exercitibus cæsi sunt. Cn. Scipio undevicesimo die quam frater Scipio cæsus esset, in turri, quam hostes igne circumdederant, crematus est; sexto quam in Hispaniâ venerant anno, amissæque Hispaniæ possessio foret, nisi L. Marci equitis Ro. virtute & fortitudine contractis exercitum reliquiss, ejusdem hortatu bina castra hostium expugnata, & ad triginta milia hostium cæsa essent anno v. c. DXXXI. Cum vero reliqui omnes post tantas clades acceptas, post duos Scipiones interfectos Hispaniæ imperium oblatum recusarent: P. Scipio, P. Scipionis qui interierat filius, qui que tunc annum xxiv. natus esset, professus est se petere. Centuriæ omnes P. Scipioni imperium in Hispaniâ proconsulare esse jusserunt, quo profectus est anno DXXXII. Reversus est Romam exactis ab Hispania Pœnis, anno DXXXVII. neque victor triumphavit, quia eum diem nemini triumphus datus erat, qui

*(incredibile dictu) totam à Pyrenæis montibus in Herculis columnas & Oceanum recuperavit: ne scias citius, an felicius, quam velociter, quatuor anni fatentur. quam facile, vel una civitas probat. eodem quippe, quo obsessa est die, capta est: omenque Africanae victorie fuit, quod tam facile victa est Hispana Carthago. Certum est tamen, ad profligandam provinciam maxime profecisse singularem ducis sanctitatem: quippe qui captivos pueros, puellasque*

qui sine magistratu rem gessisset: quibus enim exordinarium imperium, quale hoc fuit, Curiaris comitiis mandabatur, sine magistratu erant, qua de causa etiam M. Marcello de Syracusis à Senatu negatus est triumphus. *Stadius.*

*Totam à Pyren. montibus &c.] Nam hi sunt utrinque ejus termini. Justinus 44. 1. Hispania inter Africam & Galliam posita Oceani freta, & Pyrenæis montibus clauditur. Freinsh.*

*Vna civitas probat: eodem quo obsessa est die, capta est: omenque Africanae victorie fuit, quod tam facile victa est Hispana Carthago.]* Sciebat Scipio omnes Carthaginensium copias in tres partes dividas, diversis locis tendere: cum igitur si partem fortassis unam aggressus fuisset, supervenientibus aliis timeret intercludi, & omnibus simul par non esset, omisso pugnae consilio Carthaginem occupare constituit: tum quia illa ob portum Pœnis admodum erat opportuna, tum quia magnam pecunia vim, & omnia hostium impedimenta gerendo bello necessaria, cunctosque Hispanorum obsides ibi sciebat asservari: ad hæc mille tantum militum præsidio insidendi, cives omnes & incolas esse imbelles, nec periclitanti subvenire facile posse ullam hostilis exercitus partem, decem ut minus distretum itinerè ab ea remotam, Cum au-

distiget igitur à peritis vicinum stagnum maxima sui parte vadofum, etiam quotidie ob maris æstum aqua destitui, sui se posse vixi competent fieri speravit, si exercitui injicere posset religionem. Finxit ergo addidisse sibi in somnis Neptunum, & non dubium addidisse auxilium: quibus verbis cum fugiens ita tempore aqua apud naturalium ignaros fidem fecisset; tantos animos conceperunt Romani, ut cum de promissa Dei ope non dubitarent, munitam & pertinaciter à Pœnis defensam urbem vi expugnarint, eo tamen facilius, quod cum nullum sibi per stagnum periculum imminere crederent Carthaginenses, nemini istam murorum partem defendendam commiserant. Stulte omnino; Omnia, dum bellum geritur, etiam quæ tutissima esse putantur, suspecta esse oportet, ne post acceptum forte damnum, puero-rum illud & stultorum locum in veniat: non putari. Zeveccot.

*Qui captivos pueros puellasque præcipue pulchritudinis, barbaria restituerit.]* Ab oblata sibi nobili virgine & ætate, & forma, & omnibus denique donis ornatissima, Lucejo cuidam, gentis suæ principi, desponsa, quamvis omnia, promptum alias in libidines Ducem invitarent ad complexum: non abstulit tantum, sed & vocato ad se Luce-

que precipue pulchritudinis, barbaris restituerit, ne in conspectum quidem suum passus adduci, nequid de virginitatis integritate delibasse vel oculis videretur. Hæc inter diversa terrarum populus Romanus: nec ideo tamen Italiæ visceribus inhaerentem summovere poterat Annibalem. Pleraque ad hostem defecerat: & dux acerrimus contra Romanos Italicis quoque viribus utebatur. Iam tamen eum plerisque oppidis, & regionibus excusseramus. Tarentus ad nos redierat: jam & Capua, sedes & domus,

jo restituit; & auro insuper, quod pro ea redimenda parentes attulerant, liberaliter dotavit. Obsides, pueros & puellas, munusculis ornatos ad parentes remisit. Hæ nempe sunt artes quibus conciliantur etiam infestissimorum animi, v. r. tunc enim illa & continentia in admirationem sui trahit hostes, & sine ferro expugnat armatos. Totilas Gothorum in Italia Rex afflictus ac propemodum jacentes eorum res erexit, matronarum ac virginum pudicitiam, à libidine militum inviolatam præstando. Et ob Alexandri continentiam pacem tertio petiit, & Deos patrios invocat Darius, ut si de se transactum sit nemo alius Asiam regat quam ille tam justus tam misericors victor. *Idem.*

*Ne in conspectum quidem suum passus adduci, &c.* Apud Xenophontem, Cyrus Pantheam captivam formosissimam, vetuit ad se adduci. Araspas formam illius commendanti respondens, ideo se magis ab ea videnda velle abstinere, ne illius forte pulchritudine pellectus, etiam cum non decederet ad eam retractus avocaretur à feris. *Idem.*

*Contra Romanos Italicis quoque viribus utebatur* ] Nimirum hoc etiam in cetera habet commodi bellum in hostili solo. *Quippe* (verbis Agathoclis apud Justin. 2. 5.) verum est, aliter

domi, aliter foris bella tractari: domi ea sola auxilia esse, quæ patriæ vires subministrant, foris hostem etiã suis viribus vincit, deficientibus sociis, & odio diuturni imperii externa auxilia circumspicientibus, &c. Suadet hoc idem Antiocho expertus Annibal, apud Liv. 34. 59. *Freinsh.*

*Capua* ] Campani parum memores societatis & beneficii Populi Romani, quo armis ab Samnitium injuria ante cxxxvii. annos vindicari erant. Virio auctore legatis ab Annibale missis sedes eum eodem percucunt, & Capua ipsam recipiunt, idque eodem anno, quo Cannenſi clade Romani premebantur, eam usque adeo insignem injuriam & perfidiam Populus Rom. tanta pertinacia, ut ulcisceretur, exarsit: ut Annibalem spe avertendæ per metum aut necessitatem, quod per vim non poterat à Capua obsidionis, Romam properantem; & ad tertium lapidem supra Anienem castra metantem, alter Proconsul Q. Fulvius Flaccus ad prohibendam obsidione patriam xv. M. pedibus. M. equitibus secutus sit: alter Appius à Capua cum exercitu non discesserit. Annibal etiam si cum n. M. equitum, ut urbis situm exploraret, obequitasset, & per triduum utrimque acies in proxinctu starent; imbribus & cœlesti ira à prælio diremptæ; ipse Annibal à urbe

& patria altera Annibalis, tenebatur: cujus amissio tantum Pæno duci dolorem dedit, ut inde totis viribus Romam converteretur. O populum dignum orbis imperio! dignum favore, & admiratione hominum ac deorum! Compulsus ad ultimas metas, ab incepto non destitit: & de sua Vrbe sollicitus, Capuam tamen non omisit; sed parte exercitus sub Appio consule relicta, parte Flaccum in urbem sequuta, absens simul, præsensque pugnabat. Quid ergo miramur; moventi castra à tertio lapide Annibali, iterum ipsos deos, deos inquam, (nec fateri pudebit) restituisse? Tanta enim ad singulos illius motus vis imbrium effusa,

urbe repulsus, Capua deserta in Luca-  
nos & Bruttios contendit. Campani  
jam desperationi imminentes sese de-  
diderunt, posteaquam ipsorum prin-  
cipes veneno se necassent. Cum Sena-  
tus Campanorum ad palum ligatus se-  
cure percutiendus esset, litterasque a  
Senatu Romano missas (quibus jube-  
batur ut parceretur Senatui Campano)  
Q. Fuius recepit, etsi de clementia  
Senatus conficius esset, tamen eas in si-  
nu posuit, & lege agi jussit, hoc est, in  
eos animadverſi, antequam legeret.  
Capua, ob perfidiæ & defectionis cul-  
pam, in Præfecturæ formam redacta  
est, hoc est, ut jus & magistratum quot-  
annis a Præfecto, qui cum legibus à  
Prætorè R. præscriptis mittebatur, ac-  
ciperet: idem ut vestigialis & stipen-  
diaria esset. *Stadius.*

*Populum dignum orbis imperio* ] Ob  
virtutem & constantiam. Pertinet hæc,  
quod supra 1. 3. dixit: *Ea certe sui vis  
calamitatis, ut in experimentum illatam  
pitem divinitus, scire volentibus immor-  
talibus diis, in Romana virtus imperium  
orbis mereretur.* *Freinshemius.*

*De sua vrbe sollicitus Capuam tamen non*

omisit,] Uti urbes temere obsidere non  
oportet, ita si obsessæ fuerint persisten-  
dum est, & non facile debent omitti.  
Solvitur tamen subinde obsidio has  
maxime ob causas: Cum multi & stre-  
nuè sunt propugnatores; cum hostis ni-  
mis magnis auxiliis instructus immi-  
net; cum vix occupanda vi civitas nec-  
cessariis omnibus adversus obsidionis  
mors abundat; cum exercitus peste  
consumitur, fame laborat, cœli incle-  
mentia minuitur, aut agit seditiosè;  
cum denique hostis locum alium ma-  
gni momenti obsidet, cui aliter subve-  
niri non potest. Verum magnam illè  
Imperator potentie famam sibi acqui-  
rit, animosque hostium frangit, socio-  
rum erigit & confirmat; qui obsidioni  
instat, nec ab adversario aliud alicubi  
tentante se patitur avocari. Tales olim  
Athenienses, & alibi & in ipso suo agro  
suburbano vexari, Potidæam tamen  
obsidere perseverarunt. Tales hic Ro-  
mani compulsi ad ultimos metus, & de  
sua vrbe solliciti, Capuam non omise-  
runt. *Zeyceotius.*

*Fateri pudebit*] Adjicit hoc ideo,  
quod probrosum videtur viris forti-

*effusa, tanta ventorum violentia coorta est, ut divinitus hostem summoveri, neque cælo, sed ab Urbis ipsius mœnibus, & Capitolio ferri videretur. Itaque fugit, & cecidit, & in ultimum se Italia recepit sinum, quum Urbem tantum non adoratam reliquisset. Parva res dictu, sed ad magnanimitatem populi Romani probandam satis efficax: quod illis ipsis, quibus obsidebatur diebus, ager, quem Annibal castris infederat, venalis Romæ fuit, hastæque subjectus invenit emptorem. Voluit Annibal contra fiduciam imitari; subjectique argentarias Urbis tabernas: nec sector inventus est. ut scias, etiam præ sagia satis fuisse. Nihil actum erat tanta virtute, tanto favore etiam deorum. siquidem Asdrubalfrater Annibalis, cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole veniebat. Actum erat proculdubio, si vir ille se cum fratre junxisset. sed hunc quoque castra metantem Claudius Nero cum Livio Salina-*

*tore*

bus, deorum potius favore, quam sua virtute victoriam consequi. *Freinsb.*

*Etiam præ sagia satis fuisse*] Interpretor, fata quæ mansura erant utrumque (popul. Romanum & Annibalem) his velut omnibus esse significata. *Freinsb.*

*Hunc quoque castra metantem Claudius Nero cum Livio Salinatore debellat,*] Nobile hic occurrit Romanæ prudentiæ & felicitatis exemplum. Nesciebat Alpes superasse, & jam in Italiam Asdrubalem venisse Annibal; cum alias, ut oportebat destinaret occurrere. Missi igitur qui Annibalem certiores redderent sex equites, cum totâ pene Italia tuto emensi essent, non procul Tarento & Punicis castris à pabulatoribus Romanis intercepti, ad Consullem deducti fuerunt. Is cum lectis,

quas habebant, literis quid destina rent Pœni intellexisset, & actum fore de Republica non dubitaret si vir ille se cum fratre junxisset; statim sex peditum millia & mille probatissimos equites eligens, sic ad Salinatorem properavit, ut nec exercitum qui sub Legato restabat, imminutum esse sentiret Annibal, occasione alias proculdubio non defuturus; nec Asdrubal Livii auctum, vel auxilia advenisse cognosceret, alioqui aut cautius aut forte non pugnaturus. *Zevecotius.* C. Claudius Nero, Annibalem tumultuariis aliquot præliis in Lucania à Grumento profligatum, Canusium in Apuliam nunquam ejus vestigiis assistens prosequabatur; atque ibidem ex interceptis quæ ad Annibalem à fratre suo Asdrubale

*mitte-*

*tore debellat. Nero in ultimo Italiae angulo summovebat Annibalem. Livius in diversissimam partem, id est, in ipsas nascentis Italiae fauces, signa converterat. Tanto, id est, omni, qua longissima Italia, solo interjacente, quo consilio, qua celeritate, consules castra conjunxerint, inopinanterque hostem collatis signis compresserint, neque id fieri Annibal senserit, difficile dictu est. Certe Annibal re cognita, quum projectum fratris caput ad sua castra vidisset, Agnosco, inquit, infelicitatem Carthaginis. Hæc fuit illius viri, non sine præ sagio quodam fati imminentis, prima confessio. Iam certum erat,*

*Anni-*

mittebantur literis, quibus se in Umbriam occursum fratri suo Annibaldi esse significabat: metuens Nero, ne Livius collega ejus solus par esse possit Asdrubali venienti, vi. M. peditum, M. equitum robustissimorum de toto exercitu legit, cum quibus totam ab Aufido flumine usque ad Metaurum Umbriæ, longitudinem Italiae sexto die emensus, auxilio Salinatori Livio accurrit: nihil quieti datum, altero enim die Asdrubalis copias ipsumque ducem ad Senam maritimam Umbriæ concidunt. Cæsa hostium quinquaginta sex millia, capta quinque millia, reditaque Annibali clades Cannensis æqualis, & ducis & exercitus interitu. Metaurus cruentus Punico cruore, ut Aufidus Romano. Sena Umbrorum; nobilitata clade Pœnorum, non aliter quam Apulorum Cannæ erant calamitosa Romana. Nero eadem nocte, eademque celeritate ad Annibalem, ejusdem errore hæctenus feliciter usus, dum ipsum à castris hæctenus, quæ suis adversa erant, non senserat abfuisse, properat, & sexto die revertitur. *Stad. Livio.*] M. Livius Drusus antequam

in Italiam Annibal descenderet, consul cum A. Miliio Paulo de Illyriis triumphaverat, populique judicio ob Illyricam prædam inique divisam condemnatus, in exilium abiit, ignominie contumelia squaloreque efferatus: sed octavo fere anno post damnationem reductus est in Urbem à M. Marcello & M. Lævino coss. Ipse iterum consul omnium suffragio cum Nerone creatus est, & Asdrubalem Neronis auxilio debellavit. Censor quoque post biennium cum eodem Nerone quatuor & triginta tribus, hoc est, præter Metiam omnes, ærarias reliquit. Censoria nota erat, qua ipas levitatis & instantiæ notabat, quod innocentem ipsum condemnasset, condemnatum, consullem & censorem creasset: neque infirmari possent, aut judicio semel, aut comitiis bis ab se peccatum esse: & ut se de plebe ulcisceretur, ex Salaria annona vectigal constituit; unde *Salinatori* nomen factum est. Inter Livium & Neronem ejus collegam cum odia privata essent, ea deprecantibus Senatoribus Republicæ condonavit, & in gratiam redierunt. *Stadium.*

*Popu-*

*Annibalem, etiam ipsius confessione, posse vinci: sed tot rerum prosperarum fiducia plenus populus Romanus, magni aestimabat asperrimum hostem in sua Africa debellare. Duce igitur Scipione, in ipsam Africam tota mole converfus, imitari cepit Annibalem, & Italia suæ clades in Africam vindicare. Quas ille (dii boni!) Asdrubalis copias, quos Syphacis exercitus fudit? qua quantaque utriusque castra*

Populus Romanus magni aestimabat asperrimum hostem in sua Africa debellare.] Multi alibi potentes domi sunt imbecilles. Annibal frustra Antiocho persuadere conatus fuit, non possit nisi in Italia debellari Romanos. Agathocles Syracusarum Tyrannus fractus non una clade in Sicilia rebus, cum senegue viribus parem, neque ad obsequium ferendam satis instructum videret; audaci plane ac felici consilio bellum in Africam transtulit, & domi victus peregre victores devicit, incubantesque Sicilia Pœnos exortit. *Zeyecotius.*

*Syphacis.*] Syphax rex Masætylorum, quæ gens est Mauris vicina, opulentissimus erat: cum Scipionem, qui ab Hispania in Africam navigarat, sua in Regia hospitallyter & benigne excepisset, amicitia fœdera & contra Pœnos consilia cum Scipione iniverat. Eam societatem & tantam virum accessionem, ut à Romanis divelleret Asdrubal, Syphacis animum Sophonisba filia in matrimonium ei data, amore scilicet & complexu adolescentula, occupat: ita ut ille hoc libidinis ardore, & Asdrubalis instigatione dementatus, amicitia Scipionis, antequam in Africam appelleret, per legatos renuntiaret. Cujus perfidia magnas pœnas dedit: castris enim & exercitu una nocte incendio deletis, bis acie fusus, ipse captus, & Sophonisba

adamata orbatu, Romam, inde Albanam in exilium relegatus, & à Scipione in triumpho ductus est, teste Polybio, quem alii tamen morte ante triumphum Tibure esse preoccupatum auctores sunt. Contra Massinisa Massylorum rex à Syphace regno exturbatus erat: exsul itaque & profugus, semel à Scipione receptus, fidem egregie coluit: quare à Romanis rex salutaris, & amplissimo Syphacis regno donatus est. Regum totius Africae maximus & potentissimus, vixit ad nonagesimum ætatis annum, florens opibus, gloria, & dignitate: tanti est servasse fidem, aut ad felicem inclinasse parietem. *Stadius.*

*Exercitus fudit.*] Usus fuit dolo seu stratagemate Scipio. Ut enim Regem, cujus potentiam merito timebat, facilius falleret ac superaret, misit ad eum per speciem legationis Laelium, adjunxitque illi servili habitu selectissimos quosque ex centurionibus ac tribunis, ut quæ notatu digna erant, accurate observarent: Qui ut liberius & minus suspecti scrutarentur omnia, equum, quem de industria dimiserant, tanquam fortuito elapsum, fugientem persecuti, pleraque castrorum munita circumierunt; quorum cum conditionem ac dispositionem Scipioni nunciassent, bellum incendio confectum est. Cave, quicumque sapias, non ab hostibus tantum, sed etiam ab eorum

*castra facibus illatis una nocte delevit? denique jam non à tertio lapide, sed ipsas Carthaginis portas obfidione quatiebat. Sic factum est, ut inhaerentem atque incubantem Italia extorqueret Annibalem. Non fuit major sub imperio Romano dies, quam ille, quum duo omnium & antea & postea ducum maximi, ille Italiae, hic Hispaniae victor, collatis cominus signis direxere aciem. Sed & colloquium fuit inter ipsos de legibus pacis. Steterunt diu mutua admiratione defixi: ubi de pace non convenit, signa cernere. Constat utriusque confessione, nec melius instrui*

rum Legatis, saepe sub tam specioso, & quod Jure Gentium defenditur, nomine latent speculatores. Miserunt olim Carthagenenses qui tanquam Legati diu in urbe morari iussi consilia Romanorum exceperunt. Romani etiam ista arte universum Antiochi apparatus intellexerunt, & nescio an non hodie hoc aliqui agant. At dicit quispiam, quid igitur? an tu contra Jus gentium suades ut non admittantur Legati? Contra Jus nihil suadeo; hoc dico, non semper Jus gentium mandat admitti Legatos, sed eos sine causa rejici non permittit. Quid enim, si quis sciat aut saltem non incepte timeat, aliud agi, & per Legatos aliquid quod è re sua non sit, moliri mitterent? An impune licebit plebem aut milites infirme aliquando animatos, & novarum rerum expectatione suspensos turbare? Suspectus erat Ezechias Rhabdaces Assyrii Regis Legatus missus ad populum concitandum; non admittus igitur, ne quidem responsum obtinuit. Plura in historiis occurrunt exempla quæ Legatos repulso fuisse probant. Ego tamen mallem semper admitti, nisi aliud omnino nota hostis perfidia, aut salus Republicæ commendet. Potest cura

geri ne possint nocere. *Zeyecotius.*  
Non à tertio lapide.] Comparat Annibalis factum, idque longe postponit huic Corneliano. Ille enim Romam non propius quam à tertio lapide vidit (quamvis Plinius 34. 6. intra muros urbis hastam emisisse dicat) hic autem ipse Carthaginis portas inhaerebat, ut de Regulo dixit auctor 2. 2. *Freinsb.*  
*Legibus pacis.*] Pœnis devictis à Scipione, cui lege Curia pacis conditiones & ex x. legatorum sententia pacificenda cum Pœnis permixtae erant, pacem illis legibus fecerunt: ut Pœni liberi viverent suis legibus, quas urbes, quosque agros, quibusve finibus ante hoc bellum tenuissent, tenerent: perfugas, fugitivos, captivos omnes, & intratas naves præter x. triremes traderent, elephantosque quos haberent domitos, neque domarent alios: bellum neque in Africa neque extra Africam injusti populi Romani gererent, Massinix res redderent, fœdusque cum eo fererent: decem millia talentum argenti descripta pensionibus æquis in an. 50. solverent: obsides centum arbitrato Scipionis darent. Livius, Appianus, &c. *Stadius.*

instrui aciem, nec acrius potuisse pugnari. Hoc Scipio de Annibalis, Annibal de Scipionis exercitu predicaverunt. Sed tamen Annibal cessit; præmi-  
umque victoriæ Africa fuit, & sequutus Africam statim terrarum orbis.

## C A P. VII.

## Bellum Macedonicum primum.

**R**ost Carthaginem vinci neminem puduit. Sequuta sunt statim Africam gentes, Macedonia, Græcia, Syria, cæteraque omnia, quodam quasi estu, & torrente fortuna. Sic primi omnium Macedones, affectator quondam imperii populus. Itaque quamvis tunc Philippus regno præsideret, Romani tamen dimicare sibi

cum

**B**ellum Maced.] Philippus Demetrii filius Macedoniae Rex (qui huic bello nomen fecit Philippicum & Macedonicum) cum Annibale, post Cannensem calamitatem animo ad Pœnos inclinato, fœdus & societatem belli per legatos contra P. R. sanxerat. Romani, interceptis legatis & litteris, de hoc fœdere edocti, ut Philippum ab Italia jacerent, in Macedoniam Valez Lævino prætori imperium mandant: is Apolloniam & Oricum à Macedonibus obsessas liberat, Philippumque regem in regnum suum retro abire coëgit, ann. DXXXIX. Lævinus deinde cum Ætolis, cum Attalo, Pergameno, Pleurato, & Scerdilaido Illyriorum regibus societatem adversus Philippum confirmat. Cos. declaratus, in Urbem revocatur ann. DCLI. huic successerunt Sulpicius Galba præconful, qui adversus Philippum & Achæos tem-

bene gerit: quousque & hujus successor P. Sempronius præconful inter Ætolos eorumque socios & Philippum pacem fecit anno DCLIX. Romani autem Africæ bello levati, in senfque iterum Philippo ob infidam cum Ætolis cæterisque Græciæ sociis pacem, cum qua nuper auxilia in Africam Annibali Pœnifque submisserat, & Athenienses de ejusdem injuria conquetti, calamitate sua commiserationem commoverant, bellum cum Philippo omnes centuriæ jusserunt, Sulpitio Galba, & Aurelio Cotta cons. anno DLIII. *Stad.*

*Quondam*] Retineo, nec otiosum arbitror: immo maxime *œgyptis* hoc loco, respicit ad tempora Philippi & Alexandri Macedoniae. post quos reges nulla imperia inveniuntur affectasse, ut qui multum à viribus & virtute majorum excidissent. *Salmastius.*

Specta-

cum rege Alexandro videbantur. Macedonicum bellum nomine amplius, quam spectatione gentis fuit. Causa cepit à fœdere Philippi, quo rex jam pridem dominantem in Italia Annibalem sibi sociaverat: postea crevit, implorantibus Athenis auxilium contra regis injurias, quum ille ultra jus victoriæ in templa, aras, & sepulcra ipsa sæviret. Placuit senatui opem tantis ferre supplicibus. Quippe jam gentium reges, duces, populi, nationes, præsidia sibi ab hac urbe petebant. Primo igitur Lævino consule populus Romanus Ionium mare ingressus, tota Græciæ littora veluti triumphanti classe peragravit. Spolia quippe Siciliæ, Sardinia, Hispania, Africa præfererat, & manifestam victoriam nata in prætoriam puppe lævus pollicebatur. Aderat sponte in

*Spectatione*] Spectatio est consideratio, & respectus: ut dicat, amplius illud bellum nomine fuisse, propter nomen & memoriam olim virtutis Macedonum, quam consideratione & respectu ipsius gentis, quæ illo tempore non multum laudata erat. *Idem.*

*Fœdere Philippi*] Fœderis & societatis iustius leges ita Livius lib. 43. recitat: Philippus ducentarum navium classe in Italiam trajiceret, vastaret oram maritimam, bellum pro parte sua terra marique gereret: ubi debellatum esset, Italia omnis cum ipsa urbe Roma Carthaginensium atque Annibalis esset, prædaque omnium Annibali cederet: perdomita Italia navigarent in Græciam, bellumque cum quibus regibus placeret, gererent: quæ civitates continentis, quæ insule ad Macedoniaem vergunt, ea Philippi regni que ejus essent. *Stadius.*

*Læv. consule*] Valerio Lævino prætoris contra Philippum in Græciam impe-

rium mandatum esse, consuli nunquam, ex Livio & cæteris constat: nisi pro Lævino, Sulpicio consule scribas. *œvrog* Græc. crit: ille enim cum Philippo bis, sed tumultuariis pugnis congressus est, cæteraque quæ hic referuntur, gessit: & in ejusdem prætoris navis puppe lauream natam scribit Livius lib. 41. *Idem.*

*Africa*] Annibal tamen adhuc in Italia erat, Africa nondum spoliata, & debellata, quum Lævinus illa gerebat. *Vinctus.*

*In prætoriam puppe lævus*] T. Livius paullo aliter refert 32. Prætoriam puppem non intellige qua prætor adhibuit, sed eam quam hodie vocant Admiralem, hoc est qua dux vehitur, quisquis ille sit, & quemcunque magistratuum gerat, ut prætorium dicitur tabernaculum ducis, quod de regum etiam tabernaculis dicunt Curr. 5. 2. & Justin. 2. 11. Sic postea sub imperatoribus

prato-



te in auxilium Attalus rex Pergamenorum. aderant Rhodii, nauticus populus: qui navibus à mari, consul à terris, omnia equis virisque quatiebat. Bis victus rex, bis fugatus, bis exutus castris: quum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipso vulnerum aspectu: quæ non spiculis, non sagittis, nec ullo Graculo ferro, sed ingentibus pilis, nec

minori-

pretoriani milites & præfecti prætorio dicti. magis propendeo, ut pronunciam scribendum, prætorica (scilicet navis) puppe, ut non modo navis, sed & locus ejus annotetur; & vero in puppi navis enatam laurum etiam Livius prodiit. Laurum autem victoriæ gloriæque omnem fuisse, quis ignorat? quale etiam Cæsari obtigit. Trallibus in templo victoria sub Cæsaris statu palma enata, ut referunt Dio lib. 41. pag. 205. Frein-

hemius. Aderat sponte in auxilium Attalus Rex Pergamenorum.] Vetus illa & recepta Populi Romani consuetudo fuit, ut haberent instrumenta servitutis & Reges, quibus aliquam occupatæ regionis partem concedere solebant, ut eo beneficio obstricti contra socios ante suos, consanguineos, & populares fidelius excubarent pro Romanis. Sic quædam civitates Cogidumo, Tac. in vita Agric. Masinissæ regnum Syphacis, & alia aliis donata fuerunt. Sed profecto miserrima istorum conditio fuit. Bonis enim in speciem aucti, libertate exuebantur, ad omnia Romanorum imperia fe componere coacti: Reges sæpe nomine, re ipsa servi ex arbitrio Domini & ante possessis, & post acquisitis privandi. Hunc ipsum Attalum (teste in epistola ad Arsacem Mithridate, Sal. in fragm.) custodendo agri captivi sumptibus & contumelias ex Rege miserum servorum effecere. simulatoque impio testamento filium ejus Aristicum, quia patrium regnum peti-

verat, hostium more per triumphum duxere, & totam Bithyniam Nicomede mortuo diripuerunt; cum filius Nuxæ, quam Reginam appellaverant, genitus haud dubie esset. Zevcot.

Graculo ferro.] Græci levioribus & brevioribus utebantur armis & telis: contra Macedones valis clypeis & longis sarissis. Inde Graculum ferrum dicit, per contumeliam. nam & Græcos Graculos, ignominiose vocabant. Salmasius. Pilum telum missile est, quod longitudine trium pedum, crassitudine digitali lignum habebat, ferro armatum dodrantali, eoque sensim attenuato & acuminato, ut prima statim offensione necessario steteret: Alii qui emissum semel ab hostibus remitti possent, anceps utriusque telum futurum, ὑπόφορον autem sive pilum armatum fuisse ferro dodrantali, quadrifurco, & à medio in cuspidem desinente, Polybius lib. 6. testatur, & veteres picturæ, itidem Livius lib. 31. Fuitque hoc telum velutibus proprium. Erat & aliud pili genus, quod quidam Verutum vocant, cujus hastile longum pedes fere quatuor Peminis, ejusdem longitudinis spiculum ex ferro erat utrimque hamatum, estque hastile illius vel teres, vel quadrilaterum; istud laterum palmi latitudine, illud teres diametrum palmi crassitudine habebat: hoc telum hastatis & Principibus ascribit Polybius, ut hastam trariis. Stadias.

Chaonum

minoribus adacta gladiis, ultra mortem patebant. Enimvero Flaminius duce invidios antea Chaonum montes, Aoumque amnem per abrupta vadentem, id est, ipsa Macedonia claustra penetravimus. Introisse, victoria fuit. nam nunquam postea ausus congredi rex, ad tumulos, quos Cynoscephalas vocant, urro, ac ne hoc quidem justo prælio opprimatur. Et illi quidem consul pacem dedit, regnumque concessit: mox, ne quid esset hostile, Thebas, & Eubæam, & grassantem sub Nabide suo Lacedæ-

mona

Chaonum.] Chaonia Epiri regio est, quæ à meridie Cerauniis montibus clauditur, cujus populi postea Mollossi dicti sunt: ab occasu Ionio mari, ab ortu Pindo monte, amne & urbe clauditur, à sempretrione Macedonia, à meridie Cerauniis montibus, & Thesprotiis populis. Idem.

Introisse victor. fuit.] Sic nempe agitur. Qui locorù per quæ transeundum est, difficultatibus nimis confidunt, puta mœnibus, paludibus, fluviis, silvis, aut montibus, nimis suæ fiducia magnas sæpe poenas luunt: si difficultates enim illas superet hostis, vororum plerumque suorum vitæ compos, vix ullo nisi frigide ob desuetudinem, ignaviam, aut admirationem resistentem sic perrupta itinere iniquitate Chinam sibi facile subjecerunt olim Tartari. Non nego mœnia, fluvios, & similia multum ad tutelam cujuscunque provincie facere; Nec laudo Spartanos qui virtutem civium pro mœnibus esse voluerunt. Quotidiana nos experientia, docet minori cum periculo & damno, tormentorum vim munitiones excipere quam homines. Et ideo vel arte vel natura vel simul utraque munitas civitates cæteris in bello præferendas neminem puto dubitare. Hoc tantum volo, non adeo aut natu-

ræ loci aut arti sidendum esse, ut securitatem generent. Nemo clarius opprimitur quam qui nihil timet. Omittit & hujus capitis, & duodecimi, quod sequitur, exemplum. Perfregit Alpes Annibal qui Romam facile occupasset, si victoria uti scivisset. Apud Salustium in Jug. quoque Marius montem læxum, arduum omnino & accessu difficilem, imo, ut fama erat, nullo humano ingenio aut viribus superandum, Liguris unius, gregarij militis opera & ductu, per neglectum à vigilibus ob asperitatem locum invasit simul & occupavit. Scipio etiam in expugnanda Hispanica Carthagine, Gubernatoris negligentia usus fuit pro occasione: dū is qua stagnum urbem allucebat, nihil inde sibi metuens nullas excubias, nullos disposuerat defensores. Zevcot.

Cynoscephalis.] Cynoscephali, quæ nomen hoc à situ & figura canini capitis inveniunt, impedita sunt multorum tumulorum juga æquali spatio distantia, teste Plur. in Flamini, juxta Scotussam Pelagie regionis in Thesalia urbem. Polybius lib. 17. & Livius 43. Stad.

Eubæam.] Eubæa est maris Egæi insula, quæ Euripo, mari irrequieto, ætuofoque à Bœotia dirimitur. Idem.

Nabide.] Nabis tyrannus Spartano-

*mona compeſcuit. Græcia vero veterem ſtatum redidit, ut legibus viveret ſuis, & a vita libertate frueretur. Quæ gaudia, quæ vociferationes fuerunt, quum, hoc forte Nemeæ in theatro, quinquennalibus ludis à præcone caneretur? quo certaverit plaufu? quid florum in conſulem profuderunt? Et iterum*

rum ſocietate Philippi regis adjutus, Argos occupaverat, præſidioque tenebat: hoc, ut Quintius Flamininus inde detraheret, Argofque liberaret, in Laconiam movit: itaque tyrannum ab alienis tutandis, dum domi periclitaretur, avertit. Gythæo enim deditio- ne capto, coëgit Nabid am leges pacis & Argis cedere, & Lacedæmonia ipſi relicta contentum eſſe. *Idem.*

*Nemeæ.] Nemeæ urbeſt & ſilva Argiæ in Peloponeſo, in qua tertio quoque anno Nemeæ ludos Græci, ob leonem in ea ſilva ab Hercule occiſum, Iovi celebrare ſolebant, hoc in ſolenni totius Græciæ conventu Quintius Flamininus, poſtquam Nabidem ad pacis leges coëgerat, Argofque liberaverat, à Demetriade Chalcide & Acrocorintho præſidiis Romanorum deductis eas quoque per præconem pronuntiare juſſit eſſe liberatas, uti antea Iſthmiorum ludorum frequentia, qui in Iſthmo Neptuni gratia celebrabantur quinto quoque anno Græciæ libertatem dederat, ibi audita voce præconis de libertate Græciæ ex Senatus auctoritate pronuntiantis tantum, cum clamore piaufum fuiſſe exortum, teſtatur in Flaminio Plurarchus, et corvi fortuito ſupervolantes in ſtadium deciderent, idque vel tanta vocum collisione aërem quo ſe ſuſpendunt alites diſſipante, vel contorquente vel artonitis & vertiginofos corruiſſe. *Stad.**

*Nemeæ ſilva, locus, urbs, ludi. Quatuor Græciæ certamina ſacra fuerunt, quod illi & γῶνας dicitabant: Nemeæ,*

*Pythia, Iſthmia, Olympica. Quod ergo auctor hic dicit factum in Nemeis, Liv. 33. 18. & 34. 40. & Plur. Flaminio c. 17. id dicunt factum in Iſthmiis primum, deinde in Nemeis, & magis etiam in Iſthmiis. Vinetur.*

*Quid florum in conſulem profuderunt? Vide omnino Polyb. excerpt. leg. 9. 5. & Appian. Hoc autem fieri ſolitum honoris atque benevolentia causa, diis, hominibusque bene meritis. Dii ut apud Capitolinum M. Antonino c. 4. coronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus hominibus, aut vivis & videntibus, ut hoc loco: & apud Pausan. Meſſen. Ariſtomenem Andaniam reverſum, acceperunt matrone, tamen in cum quacunque incederet, & ut anni ſerbas tempoſtivitas, flores & fructus jacientes. Sic apud Herodian. 4. 15. Alexandrini florum ſparſionibus imperatorem (Caracallum) honorabant. aut mortuis, idque inferetro, dum efferrentur, ut apud Plinium 21. 3. cujus locum aliquanto meliorem quam accepi reddam: *Florum quidem Pop. Rom. honorem Scipioni tantum habuit. Sceripio cognominabatur, propter ſimilitudinem ſarii cujuſdam negotiatoris. Obierat in Tribunatu plebei admodum gratus, dignusque Africanorum familia. Nec erat in bonis ſuneris impenſa. Aſſes ergo contulit populus, ac ſunus elocavit, quæque proſerebatur, flores & proſpectu omni ſparſit, vel in ſepulcris, quem ritum indicant plurimi omnium ſere Poëtarum loci. quomodo & Auguſtus corpus Alexandri floribus aſperſis veneratus eſt.**

Suetoro

*iterum iterumque præconem repetere illam vocem jubebant, qua libertas Achaia pronunciabatur: nec aliter illa conſulari ſententia, quam modulatiſſimo aliquo tibiærum, aut fidium cantu, fruebantur.*

## C A P. VIII.

## Bellum Syriacum regis Antiochi.

**M**acedoniam ſtatim, & regem Philippum Antiochus excepit, quadam quaſi induſtria, ſic ad gubernante fortuna, ut quem admodum ab Africa in Europam, ſic ab Europam in Aſiam, ultro ſe ſuggerentibus cauſis, imperium

Sueton, Aug. 18. 1. Sed iſta luculenter explicat Kirchmannus de funeribus Romanorum. Denique etiam *imagines floribus ſparſas legitum apud Tacitum 1. 4. 61. 1. & H. 1. 55. Freinſh.*

*Iterum iterumque ] Populus Romanus ut cum Annibale pro Saguntinis, ita cum Philippo pro Athenienſibus bellum geſſit. Philippo devicto libertas Græciæ nec opinanti data eſt. Pa-*

*cis Philippo datæ leges fuerunt: ut Macedoniæ regno contentus Græcia tota cederet: talenta mille penderet, naves niſi x. haberet, Demetrium ſilium obſidem daret, ut Nabis Armenem, cujus victoriæ cauſa T. Quintius Flamininus pro conf. per triduum triumphavit anno DLX. obſeſque duxit ante currum, duos, alterum regis, alterum tyranni. *Stad.**

**B**ellum Syr. regis Ant. ] Antiochus Syriæ rex Seleuci Callinici filius, ob devictas aliquot Syriæ gentes, cognomento magnus, Thoantis Etolorum legati adulatione & promiſſorum vanorum elatione. Nabidis Lacedæmoniorum tyranni ſocietate Annibalis terrore Romanos debellaturus, in Europam bellum movebat. Chalcidem Eubiæ proſectus, & ibidem amgre virginis, hoſpitis ſuæ filia captus nuptias celebrat, ſe ſuoſque lascivia eademque luxuria enervat: oblitus quantas ſimul res duas ſuſcepiſſet, bellum ſcilicet cum Romanis & Græciam liberandam: è Thermopylis, quas inſederat,

non ſolum natura loci tutis, ſed & præſidio & muro obſeptis, Acilii Glabronis eos, virtute deturbatur, proſtigatur, Ephesumque in Aſiam ab Europa expellitur. L. Cor. Scipio eos, cui legatus ibat frater Africanus in Aſiam proſectus, Antiochum fratre abſente, qui Eleæ ægrotabat, Eumene Pergami rege adjuvante, cum arcus hoſtium amentaque pluvia eſſent laxata, apud Sibylum montem ad Magnetiæ acie vicin, ac bellum confeſcit, & ipſe ab Aſia devicta Aſiaticus in triumpho dictus eſt. *Stadius.*

*Utro ſe ſuggerentibus cauſis ] Hoc etiam felicitatis magnæ eſt acquirere*

perium procederet, & cum terrarum orbis situ, ipse ordo victoriarum navigaret. Non aliud formidolosus fama bellum fuit: quippe quum Persas, & orientem, Xerxem, atque Darium cogitarent, quando perfossi in vii montes, quando velis opertum mare nunciaretur. ad hoc cœlestes minæ terribant, quum humo-

regna aliena iusto titulo, & absque nostra invidia. Eadem sententia supra. 2. 2. Sed ecce cen ultro ipsis viam pandentibus futis, nec occasio desuit. Senferunt hoc Romani, quantum interesset famæ & per hanc potentia, iniqua bella non gerere. Quapropter etiam quos invisissimos habebant, bello non petebant, nisi causa oblata. Claret hoc loco Iustini 30. 3. Gratalegatio (Alexandrinorum de Philippo querentium) Romana fuit, causam belli adversus Philippum querentibus. Freinsh.

Xerxes.] Xerxes Darii Hytaspis filius, patre in apparatu belli moriente, intra quadriennium conscribit, ut in Græciam moveret, exercitum numero & fide majorem: quinquages enim & bis centena octoginta tria millia militum censa fuisse Herodotus libro septimo testatur: auge relationem, quod flumina ipsis prandentibus epota, quod mare sex millium omnis generis navium classe quasi constratum, & a superbo rege tamquam à Neptuno suo flagris, quia tumultuosius turbaretur, cælum, A sam Europæ ponte ad Hellepontum fuisse conjunctam, Athon montem perfossam, ut compendiosius per ipsum navigaretur, Græci scriptores in sua scripta retulerunt: tantas copias memorata est exigua Spartatorum manus ad Thermopylas duce Leonida, classis ad Salaminem insulam devicta & depressa consilio & prudentia Themistoclis, ita ut rex tam elati animi, mox ut perditis rebus una scapha ac trepide per Hellepontum clapsus in

Asiam fugerit. Mardonius Xerxis Imperator ad edomandam & male multandam Græciam cum exercitu relictus, juxta Plateas Bœotia: a Paulania & Aristide acie sclusus est, & terror ille Persarum è Græcia propulsus. Xerxes ob adversum prælium & totidem cladis contemptior, domi ab Artabano avunculo occiditur. Diodor. l. xi. numerum militum modestius ad octies centena millia contrahit. itidem in Panathen. Isocr. ad septies centena millia. Movisse in Græciam Xerxem, Sp. Cassio 11. & Proclo Virginio consil. Diodor. lib. xi. scribit, fuit is annus v. c. cclxvii. sed Dionys. lib. 9. Kzf. Fabio, & Sp. Furio coll. anno cclxxii. Stad.

Darium.] Darius Hytaspis filius, qui hinnitus equini prærogativa rex Persarum designatus & inauguratus erat, (quem temporis & rerum gestarum comparationem secuti, Assuerum, cui Esther, ut in Bibliis est, nubit, multi opinantur) expeditionem decem millium in Græcos misit, Sardis incendio ab ipsis devastatas ulturus, Date & Atapherne ducibus, qui collatis cum Miltiade & x. millibus Atheniensium & mille Plataensium signis ab iisdem in campis Marathonis nobiliter ad omnem posteritatem prælii victi sunt, 63000. Persarum caesa, reliqui fugati. Atheniensibus parvo impendio ingens victoria parata est. 192. tantum in acie desiderati sunt. Idem.

Ad hoc cœlestes minæ terribant, cum humore continuo Cumanus Apollo sudaret.

Eriam

humore continuo Cumanus Apollo sudaret. Sed hic faventis Asiae suæ numinis timor erat. Nec sane viris, opibus, armis, quicquam copiosius Syria: sed in manus tam ignavi regis inciderat, ut nihil fuerit in Antiocho speciosius, quam quod à Romanis victus

Eriam tunc bovem locutum fuisse referunt Cave tibi Roma. Verum contemperunt ista Romani, vel fuis ista partibus fausta esse sibi perfluaserunt; sive quia vere credebant prodigia omnia & omnia ab interpretatione vim fumere & posse averti: sive (quod omnino faciendum est) ut milites suos metu solverent & confirmarent. Sic apud Justin. l. 22. navigans cum exercitu in Africam Agathocles terribus ubi Solis defectum portentici religione militum animos crexit, assitmans si ante professionem id evenisset, se pro ominoso plane & adverso sibi prodigio id habiturum, at jam proculdubio hostibus, quos oppugnatum ibant, Deos minati; Addens simul naturalium siderum defectum præsentem semper itatum mutare; certum ideo esse florentibus Carthaginensium opibus, rebus è diverso suis afflictis, signari & imminere commutationem. Zevrecot.

Quum humore continuo Cumanus Apollo sudaret.] Quod hic scribit Florus lege apud Divum August. Civit. 3. 11. Cicero autem de divin. lib. 2. docet huius rei causam: sed locum assignasse sufficit. Advertendum simile prodigium sepe visum ut ibidem August. annotat. Lege Eusebium in præparat. Evangelica. Camers. Meminit huius prodigii Cicero de divin. 1. 43. Aliis etiam temporibus sudasse simulacra annorum est, ut ejusdem Apollinis bello sociali. Obsequens cap. 114. Antonii Alba ante bellum Acticum, per multos dies, nec cum abstergeretur sudore cessante, Plut. Anton. cap. 78. Calypsus, sive alterius cuiusdam heroinæ

Cumis bello Augusti cum Sex. Pompejo. Dio lib. 48. prope à fine. Dei cuiusdam Siculi. Adrian. sub adventum Timoleontis. Plutarch. Timol. cap. 17. Deorum aut heruum quorumcumque, ante Marcium, Sisenia secundo Histor. Alexandri; Thebis, sub adventum ejsdem. Diod. 17. 10. Aveni. Philargyus ad Virg. Georg. 2. 162. Elise Carthagine. Silius 1. 98. Herculis Lacedæmone, ante Leuëtricam calamitatem. Cicero de divin. 1. 34. Martis Romæ, inrupente Italianæ Pæno. Livius 22. 1. iterum C. Antonia Cos. Obsequens cap. 122. Mercurii Arretii, C. Valerio M. Herennio Cos. Idem Obsequens cap. 111. Orphei apud Libethra Plurarch. Alexandro cap. 23. Floriæ Capua. Cicero de divin. 1. 43. Adferunt præterea, sepe simulacra sudasse, aliquando gemitus edidisse, visaque etiam advenisse, & nichata esse. Plut. Camillo cap. 10. Sic apud nostratia simulacra ante duo tria secula adeo hæc omnia in consuetudinem vertent, ut prope sæpius quam homines flerent, riderent, loquerentur etiam & ambularent, aliaque peragerent opera, quæ nostris homines vix credere possunt. Idem Apollo Cumanus etiam lacrumasse legitur apud Livium 43. 13. idque triduum ac tres noctes. Freinsh.

Asiae suæ.] Quid sibi velit hic Florus, intelligas ex Obsequente cap. 87. Apollinis simulacrum lacrumavit per quadriduum, vates portenderunt, Græcia fore exitum, unde deductum esset.

Nilil in Antiocho speciosius quam quod à Romanis victus est.] Uti intame est plane & nulla consolatione mi-

*Etus est. Impulere regem in id bellum, illinc Thoas  
Ætolia princeps, inhonoratam apud Romanos que-  
rens adversus Macedones militiæ suæ societatem:  
hinc Annibal, qui in Africa victus, profugus, &  
pacis impatiens, hostem populo Romano toto orbe  
quarebat. Et quod illud fuisset periculum, si se con-  
siliis ejus rex tradidisset, id est, si Asia viribus u-  
sus fuisset miser Annibal? Sed rex suis opibus, &  
nomine regio fretus, satis habuit bellum movere.  
Europa jam dubio procul jure ad Romanos pertine-  
bat. hic Lysimachiam urbem, in littore Thracio po-  
sitam*

nuendum ab imbecilliore superari; ita minus turpe, & ideo tolerabile magis est vinci à potentiore. Antiocho profecto nec ulli bellum cum Romanis suadere debuissent, nec ipse suscipere. Uti enim inferiorem invadere sordidum est, & parem anceps; ita superiorem aggredi non exiguum dementia: aut furoris est signum. *Zevcotius.*

*Annibal.*] Annibal cum populo Carthaginienſi consul sive Sules (ita enim illi summum magistrarum vocant) creatus esset, multosque judices peculatus argueret, ut qui vectigalia civium oneribus levandis imperata, in suos usus converterent, ab optimarum factione, ut se ulciscerentur, Annibali Romæ suspicio creatur: ut qui in pace res novas, & cum Antiocho secreta belli consilia contra Romanos moliretur. Odiis itaque Romanorum, civiumque suorum factionibus & accusationibus tempeſtively cedendum esse sentiens Annibal, in Asiam ad Antiochum, qui Ephesi erat, navigat: à quo benigne exceptus & in honore habitus est, quousque iterum magna Annibalis cum populi Rom. legatis familiaritas, qui id studio agebant, novam de se male suspicandi Antiocho ejus-

que purpuratis occasionem præberet: sed eam regis à se alienationem purificatione libera amovit, dum sibi cum Romanis odium ut esset perpetuum ab anno ætatis nono fuisse jurejurando à patre adaçtum asseverat, Annibalis autem de hoc bello consilium, cum hoc quoque criminationibus purpuratorum corrumpitur: quod Antiocho si in Italiam movisset, ubi fragiles erant Romani, forsan glorioſum fuisset; verſum est ob regis molliçiam & ducum suorum imperitiã in clades & calamitates. Antiochus bello fractus pacem petit. quare Annibal dum se à Rom. poſci intelligit, ad Prusiam Bythiniæ regem fuga elabatur, à quo ipse poſcentibus Romanis T. Flaminio proditus, venenum hausit, ut liberaret diuturna cura Pop. Romanum, cui grave erat expectare mortem senis: mortuus est Libyæ in Bithynia anno ætatis suæ quinquageſimo nono, anno v. c. D L X V. quo anno & Scipio Africanus Linterni quoque in exilio obiisse putatur. *Stadius.*

*Lysimachiam.*] Lysimachia à Lysimacho Macedoniae rege condita est in Isthmo Cherſonenſi Thraciæ xxx. fere annis ante adventum Pyrrhi in Italiam

*ſitam à majoribus ſuis, Antiochus ut hæreditario jure repoſcebat. hoc velut ſidere, Asiatici belli mota tempeſtas. Et maximus regum contentus fortiter indixiſſe bellum, quum ingenti ſtrepitu ac tumultu moviſſet ex Asia, occupatis ſtatim inſulis, Græciæque littoribus, otia & luxus tanquam victor agitabat. Eubæam inſulam continenti adhærentem tenui freto, reciprocantibus aquis Euripus abſcidit. Hic ille poſitis aureis ſericisque tentoriis, ſub ipſo freto murmure, quum inter fluentia tibiis fidibusque concineret, collatis undique, quamvis per hiemem, roſis, ne non aliquo ducem genere agere videretur, virginum puerorumq; delectus habebat. Talem ergo regem jam ſua luxuria debellatum, populus Romanus Acilio Glabrione conſule, in inſula aggreſſus, ipſo ſtatim adventus ſui nuncio coëgit ab inſula fugere. Tum præcipitem apud Thermopylas aſſequutus, locum trecentorum Laconum ſpecioſa cæde memorandum, ne ibi quidem fiducia loci reſiſtentem, mari ac terra cedere coëgit. Statim & e veſtigio iur in Syriam. Claſſis regia Polyxenidæ Annibalique*

Italiam: eam cum poſt Lysimachi mortem Thracæ deſiſſent, Antiochus iterum inſtaurat, coloniſque donat, oportuna & maritima urbe uſurus ceu horreo in belli, quod cum Romanis deſtinabat, apparatus. *Idem.*

*Continenti adhærentem &c. Euripus abſcidit.]* Inde Plinius 4. 12. *Eubæa & ipſa avuſa Bæotia, tam modico interſtante Euripo, ni ponte jungatur.* Talis Sicilia de qua multa Juſtinus lib. 4. *Freinſb.*

*Polyxenidæ.]* Polyxenidas exul Rhodius erat, claſſis Regiæ præfectus, qui

ab Aimilio Regillo prætore ad Mionefum Ionium promontorium navali prælio victus eſt, tredecim navibus captis, xxviii. aut incenſis aut depreſſis. Regillus poſt navalem victoriam Ephesum, quo ſe Regia claſſis ſubduxerat, profectus, deſectis ante portum navibus, confeſſionem conceſſi maris ultimam hoſti expreſſit. Sunt qui Annibalem quoque ei prælio interfuiſſe referant, ab iis Appianus in Syriacis diſſentit. *Stadius.*

lique commissa. nam rex pralium nec spectare poterat. Igitur duce Emilio Regillo, adremigantibus Rhodiis, tota laceratur. Ne sibi placeant Athena; in Antiocho, vicinus Xerxem; in Emilio Themistoclem æquævimus; Ephesius Salamina pensavimus. Tum consule Scipione, cui frater, ille modo victor Carthaginis Africanus, voluntaria legatione aderat, debellari regem placet: & jam toto cesserat mari: sed nos imus ulterius. Mæandrum ad amnem, montemque Sipylum, castra ponuntur. Hic rex, incredibile dictu, quibus auxiliis, quibus copiis confederat. trecenta millia peditum; equitum, falcatorumque curuum non minor numerus. Elephantis ad hoc immensæ magnitudinis, auro, purpura, argento, & suo ebore fulgentibus, aciem utrinque vallaverat. Sed hæc omnia præpedita magnitudine sua; ad hoc

Voluntaria legatione] Amore fratris, utque ei provincia ista extra fortem daretur, ut refert Livius 37. 1. imitatus hac in re Fabium Maximum, Gurgitis patrem, qui eodem modo obtinuit, ne filius, qui male adversus Samnites pugnaverat, ab exercitu removeretur, apud Epitomatores Livii libro 11. Freinshemius.

Mæandrum.] Mæander Carix fluvius, multis adeo flexibus sinuosus, ut tortuosa & involuta Mæandros à similitudine vocemus. Hic campis, per quos labitur, Mæandri nomen fecit: in iis est mons Sipylus, qui à meridie Magnesium habet distantem ab Epheso in ortum xvi. M. passuum, teste Plinio. Stadium.

Equitum, falcatorumque curuum non minor numerus] Cave intelligas illa verba, non minor numerus; juxta proportionem, ut loquitur Arithmeticam,

quæ enim hæc absurditas? sed ut ita capias, non minore equitum curuumque vim adfuisse, quam multitudine pedestrium copiarum requireret. Freinshemius.

Sed hæc omnia præpedita magnitudine sua] Scilicet omnibus in rebus suis esse debet modus. Et bene Tiberius exercitum suum, cum eum majorem quam ut temperari possit, neque habitum gubernaculis cerneat, dimittere statuit, ut loquitur Vellei. 2. 113. Sed & legimus Panegyrico dicto Constantino Constantii filio, cap. 5. Magnus Alexander, cum præter Macedonas suos, cuncta Græcia, universo Illyrico innumerabilem dilectum posset indicere; nunquam majores quadraginta millium copias duxit: inhabile regendi ratus, quicquid excederet, & turbam potius quam exercitum. Grut.

Pacem.] pacis leges Antiocho ita datæ fuerunt, ut Europa abstineret.

Asia.

imbre, qui subito superfusus, mira felicitate Persicos arcus corruerat: primum trepidatio, mox fuga, dehinc triumphus fuerunt. Victo & supplici pacem atque partem regni dari placuit, eo libentius, quod tam facile cessisset.

## CAP. IX.

## Bellum Ætolicum.

**S**yratico bello successit, ut debebat, Ætolicum. Victo quippe Antiocho, Romanus faces Asiatici belli persequabatur. Ergo Fulvio Nobiliori mandata ultio est. Hic protinus caput gentis Ambraciam, regiam Pyrrhi, machinis quatit. Sequuta deditio est. Aderant Ætolorum precibus Attici, Rhodii: & meminimus auxilii. sic placuit ignoscere. Serpsit tamen latius in proximos bellum, omnisque late Cephalaria, Zazynthos:

Asiaque omni, quæ cis Taurum montem est, decederet, pro impensis in bellum factis xv. M. talentorum Eu-

boicorum daret, mille talentum per x. 11. annos penderet. Stadium.

Ætolicum.] Ætoli cum populo Romano arma sociaverant bello Philippico, atque cum ibi parum honoratam militiam suam fuisse accusarent, ad Antiochum deficiunt quem misso Thoante multis promissis federeque percusso ad bellum sollicitaverunt: sed Antiocho victo & ipsi à Romanis perdomiti, coacti sunt imperata facere, M. Fulvio Nobiliori consule. Ætolia Græciæ pars, à septentrione Corace monte, à meridie Ionio sinu, ab ortu Locris Ozolis, ab occasu Acheleo fluvio distinguitur. Stad.

Facti] i. Auctores.

Auxilii] Contra Philippum præsiti, cui tantum tribuit Annibal apud

Livium 36. 7. ut ei victoriam Romanorum imputer. Sed & Iulianus de Cæsaris extollit Ætolos, eosque non sine ingenti discrimine victos à Romanis asserit. Freinsb.

Cephalaria] Cephalaria insula est maris Ionii, Epiro & Acarnania opposita, ab ea Zazynthos in meridiem distat lx. stadiis. De Ætolis & Cephalaria Fulvium triumphasse triumpho Capitolini testantur, anno DLXVI. inter Ceravinos Epiri montes, & Malæum jugum Laconia promontorium multæ passim jacent insulæ, quos hoc bello etiam populo Romano accessisse testatur. Stad.

thos: & quicquid insularum in eo mari inter Ceraunios montes jugumque Maleum, Ætolici belli accessio fuerunt.

## C A P. X.

## Bellum Histricum.

**H**istri sequuntur Ætolos: quippe bellantes eos nuper adjuverant, & initia pugna prospera hosti fuerunt, eademque exitii causa. Nam quum Cnæi Manlii castra cepissent,

**H**istri, quia maritimos populi Romani agros latrocinii infestassent, bellum indictum est anno DLXXV quo A. Manlius Vulso sine Scoto profectus, ad lacum Timavii fontis caltris incursum Istrorum magna cum militum trepidatione exutus est. Istri, cum in Quæstorio omnium rerum apparatus viderent expositum, sese magna securitate ad epulandum convertunt. Interim Romanus miles ex fuga collectus, vino epulisque sopitos invadit, ad VII. M. Istrorum in castris sunt castra. Apulo rex raptim à suis in equum impositus, nefactum fuga elapsus est, quem infecuti Manlius & Junius Cossoppidum vi capiunt: Rex ne vivus in hostium potestatem veniret, sese gladio trajecit. Istria inde duorum adhuc oppidorum excidio pacata est, ita fere Livius libro 14. ita ut antequam C. Claudius Pulcher Cof. in provinciam cum imperio legitimo venisset, bellum ab istis Coss. confectum fuerit: Capitolini tamen triumphum cum Floro consentiunt, utpote qui C. Claudium Pulcherum de Istris triumphasse testentur, anno DLXXVI. Istria à Carnis sive occidente, oppido Tergeste; ab ortu Arsa amne; à Septemtrione, Alpibus & Japidibus populis; meri-

diem claudit Adriaticus sinus, Istriam provinciam fuisse factam anno DCXXV. C. Sempronio Tuditano Cos. & cum Illirico conjunctam, quousque Augustus illam in decima regione relatum, Italiae cum Carnis & Veneris, testibus Strabone lib 5, pag. 149. & lib. 7. pag. 217. & Plinio. 3. 5. junxerit. *Sic.*

*Bellantes eos nuper adjuverant.* An pro hostibus habendi sunt qui cum tales dici non velint, hostibus tamen aliqua subministrant? In historiis variant exempla. Romani quamvis tam periculosum rebus suis sedes inter Annibalem & Philippum ictum fuisse sciverint, tamen post prosligatum illum, hunc aggressuri, isto maxime pre-textu arma sua commendare maluerunt, quod Atheniensibus qui auxilium implorant, succurrerent. Ætolos quoque quamvis Antiocho faverant, non ante tamen (si Iustino credendum sit l. 18.) aggressi fuerunt, quia Acarnanum precibus commoti sinistra per legatos iis denuntiarent, ut præsidia ab urbibus Acarnanæ deducerent, paterenturque esse liberos, qui soli quondam adversus Trojanos auctores originis suæ auxilia Græcis non miserant. Et censuit aliquando in Senatu Cato dedendum esse Cæsarem ho-

opimæque

stibus

opimæque prædæ incubarent; sepulantes, ac ludibundos plerosque, ac ubi essent, præ poculis nescientes, Appius Pulcher invadit. Sic cum sanguine & spiritu male partem revomere victoriam. Ipse rex Apulo, equo impositus, quum subinde crapula caput jactaret & errore lapsaret, captum sese vix & egre, postquam experrectus est, didicit.

## C A P. XI.

## Bellum Gallogræcum.

**G**allogræciam quoque Syriaci belli ruina convolvit fuerant inter auxilia regis Antiochi. An fuissent, an cupidus triumphum

Man-

stibus, ob illatum iis bellum, cum tamen illi Gallos Populi Romani hostes juvissent. Interim contraria & pugnantia sunt hæc exempla. In quorum conspectu ego dicam quod sentio. Omnes qui milites, arma, commeatum, aut alia ad gerendum bellum hosti subministrant, si admoniti non desistant, pro hostibus haberi possunt. Verum enim est Amalathæ dictum ad Iustinianum, In hostium est partibus qui ad bellum necessaria hosti subministrat. Quod autem tales aliqui pro hostibus non habeantur, non miror. Illos qui Statum regunt considerare oportet, an è Republica sit dissimulare factum, an ulcisci, an differre. Nam jure suo quod cum damni sæpe periculo conjunctum est, nemo cogitur uti. In tanti momenti negotio defecato plane iudicio opus est. Sæpe enim adeo injurias vindicare non expedit, ut ne fati quidem expediat; solum non raro illarum remedium est, si non intelligantur, aut saltem non intelligi putent, qui inferunt. Nolo lau-

dare Tyrannos qui reponunt odia, ut in innoxiorum capita dire post favian. Sed eos ego pro prudentibus habeo qui dum ad clavum Reipublicæ sedent nec intempestive alicui agere, nec offerenti se occasione, si jus ab iis iter, nolunt deesse. Occasionum tantum momenta sunt quæ nec prævenire quempiam, nec, si se offerant, negligere oportet. *Terecot.*

*Initia pugnae prospera, eademque exitii causa* Nam verbis Livii 21. 61. *ferme sit, ut secundæ res negligentiam creent.* Idem quoque sæpius accidit aliis, quod hic Istri, ut apud Tacit. H. 2. 15. Inde consilium Neoptolemi apud Iustinum 13. 8. *lato ex vihorie, & securo fuga sua, Eumeni superveniant.* Quapropter non imprudenter dispuat Appianus Civil. 2. *Clade Dyrrachina nihil accidisse rebus Cæsaris opportunum: propter eam enim, inquit, inflati Pompeiani, contra suum imperatorem pervicaces sunt redditi, & sine arte ad certamen ferebantur.* Freinsh.

Manlius eos visos simulaverit, dubium est. Certe negatus est victori triumphus; quia caussam belli non approbavit. Cæterum gens Gallogræcorum, sicut nomen indicio est, mixta & adulterata est: reliquiae Gallorum, qui Brenno duce vastaverant Græciam: mox Orientem sequuti, in media Asia parte sederunt. Itaque ut frugum semina mutato solo degenerant, sic illa genuina feritas eorum, Asiatica amœnitate mollita est. Duobus itaque præliis fusi fugatique sunt: quamvis sub adventu hostis relictis sedibus; in altissimos se montes recipissent, quos Tolistobogi, Tectosagique jam insederant. Vtrique fundis sagittisque acti, in perpetuam se pacem dediderunt. Sed alligati miraculo quodam fuere, quum catenas moribus & ore tentassent, quum offocandas invicem sauces prabuissent.

**M**anlius] Cn. Manlius Vulso ad Mordinandam Asiam cis Taurum missus, in Gallos Asiaticos movit sine S. C. aut populi jussu. Tolistobogii Galli in Olympum montem sese & sua subdixerunt, tamquam ejus prærupta altitudine aut aditus difficultate sese contra Rom. defensuri: sed Manlius cum copiis in illos irrupit, eosque partim in præcipitia egit, partim occidit, & xl. M. cepit. Tectosagæ & Trocmi Magna montem petierunt: ipse Manlius ut cum Regulis eorum pacifceretur veniens, ex insidiis, nisi à suis protectus fuisset, opprimebatur, quare magna vi Gallos adortus v. 111. M. ipsorum occidit, cæterosque ultra Halym fluvium fugavit, Gallosque Asiaticos in suam potestatem redegit: ipsum triumphasse Capitolini triumpho testantur, & Livius. 38. 50. *Stad.*

*Negatus est Victori triumphus.*] Livius & facti triumphasse eum dicunt. Quid factum fuerit, parum me tangit. Cer-

tum est interim non nisi ab illis qui sine exceptione rebus præfunt bellum posse indici. Ideo non injuria à Legatis accusatus fuit Manlius quod Populi Romani injussu bellum Gallo-Græcis intulisset. Nam si in Antiochi exercitu Gallorum legiones forassee fuerint, pace tamen cum Antiocho facta, referendum erat ad populum, an, si illos leges pacis non exceperint, in eos accepta injuria exsequenda esset, an mittenda vel differenda. *Zevcot.*

*Tectosagique.*] Tectosages, fortissimi aliquando Gallorum Pyrenæis proximi & Cæmenis: adeo olim potentes opibus & virum præstantia, ut per Græciam tunc victricem gentium, magna hominum manu profecti in Asia supra Phrygiam, Cappadociam que sedes possuerint, incolomes ab omni finitimorum incurfu, Tectosages & Tolistobogii dicti, Floro, Plinioque. Urbs eorum apud Plinium *Tolosa* dicitur. *Car. Stephanns.*

Centu-

sent. Nam Orgiagontis regis uxor à centurione stuprum passa, memorabili exemplo custodiam evasit, revulsumque militis caput ad maritum suum retulit.

## C A P. XII.

### Bellum Macedonicum secundum.

**D**um alia aliaque gentes, Syriaci belli sequuntur ruinam, Macedonia se rursus erexit. Fortissimum populum memoria & recordatio suæ nobilitatis agitabat: & successerat Philippo filius Perses; qui semel in perpetuum

*Centurione.*] Centurio qui custodiam captivorum præerat, prava libidine exarsit in Chiomaram Orgiagontis Reguli captivam uxorem, à quo stuprum passa, dum aurum, quod sui redemptione afferebatur, centurio appenderet, à suis necessariis (quibus hoc Chiomara Gallica lingua imperaverat) jugulatur, cum daveris caput præcium marito in ultionem violatæ pudicitie attulit. Centurio hic proprium nomen non est, sed ordinis ductorem, qui centum peditibus præerat, significat, quibus fere captivorum turba mandabatur custodienda. Livius 38. 24. di-

cit, non evasisse custodiam, sed à centurione eductam ad duos necessarios mulieris, qui ad flumen eam spectabant: à quibus duobus centurio aurum pensans interfectus est. Idem sentit Valerius. [Ego autem eos auctores à nostro discrepare non puto, nam istis verbis *custodiam evasit* non dicit eam evasisse in scio custode, sed hanc ipsam technam, quam tanquam notam, longius recensere noluit, præsupponit.] Hæc ex Calacia oriunda fuit, Chiomara nomine, auctor Plutarchus de virtut. mul. cap. 34. *Camers.*

**P**erses.] Perses Philippi ex pellice Gnathania filius, Demetrium fratrem iusta matrefamilias ortu, regniq; successorem: invidia, calumniis, & confictis criminacionibus apud patrem perniciose degravatum, ex insidiis & patris mandato, ut per Didam Pæoniæ prætorem veneno interficeretur fecit. Philippus merore ob innoxii filii mortem lenioque consumptus, in apparatu belli contra Romanos moritur. Perses regnum quod parricidio scelereque occupaverat, accipit, &

quasi hæreditarium sibi cum P. Romano à patre bellum relictum esset, ita omnia consilia ad ejus apparatus & causas convertit, regesque P. Romani socios invadit, Abrupolin Sapæorum regulum regno expellit. Arætarum Illyriorum interfecit. Eumenem Pergamenorum regem Delphis gravissime per submissos percussores affligit, Græciam contra Rom. ad arma sollicitat, Legatos P. Rom. ad res repetendas missos, superbe & contemtum exire pros, regni finibus intra triduum exire compl-

tuum victam esse Macedoniam, non putabat ex gentis dignitate. Multo vehementius sub hoc Macedones, quam sub patre consurgunt. quippe Thracas in vires suas traxerant: atque ita industriam Macedonum, viribus Thracum, ferociam Thracum, disciplina Macedonum temperaverunt. Accessit his consilium ducis, qui situm regionum suarum summo speculatus Hæmo, positus per abrupta castris, ita Macedoniam

compellit, atque iis de caussis ipsi bellum indictum est, quod à Perse Perficium, & Macedonicum secundum dictum est. P. Licinius Crassus cos. contra regem profectus tertio & vicefimo anno ex quo petenti Philippo pax data erat: equestri prælio ad Sycurium Thessaliæ juxta Oflam oppidum à Perse victus est: pacem tamen petenti regi, nisi Senatui arbitrio sese permitteret, negavit: iterumque cum rege in Phalannæo agro congressus meliore successu pugnavit. Licinio Hostilius cos. successit, sub quo soluta est per licentiam militaris disciplina; socios tamen cum fide coluit, & à Regis injuria egregie defendit. Q. Marcus Philippus cos. Macedoniam per invios salus ingressus, regem nec inopinantem adventu suo ita perterrefecit, ut præcipiti fuga omnes aditus reliquos, quos præsidio sepeferat, nudaverit, aurique magnam vim Pellæ demergi jussit, & classem Thessaloniciæ incendi. Quarrus in Macedoniam Cos. L. Paulus Aimilius venit, & ad Pidnam Piriæ urbem collatis signis 111. Nonas Septembris Perseum xx. M. peditem exiis, equitatu cum rege fugiente, vicin, castris exiuit, atque Macedonum urbes per dedicationem accepit. Rex ab amicis desertus in Samothraciam templi religione sese defensus fugit, sed à Cn. Octavio classis præfecto cum tribus filiis Philippo, Alexandro, (terti

nomen nusquam comperi) captus, & in triumphum ductus est. Hunc regem avaritia sua sociorum auxilia ab se dissociasse scribunt, crudelitate sua ab amicis desertum, indignumque majestate tanti nominis ob servilem & degenerem animum, & Demetrii fratris sui manibus servitute & domus suæ calamitate parentasse, ipse enim Albæ scalaribus carceris & filii duo perierunt. Alexander quidem tertius filius, scriba magistratum Romanorum fuit. *Stadius.*

*Ferociam Thracum ] Illud in confesso est, (Verba sunt Justiniani in pr. Novel. lxxvi. ) quod si quis Thracum regionem nominet, statim una cum dicto virilitas quadam animum, & militarium capitur, bellorum ac pugna cogitatio subest. Sunt enim ista ingenita, & quasi patrii quodam jure huic regioni attributa.*

*Summo speculatus Hæmo ] Hæmus mons qui Thraciam à Mysia dividit, tantæ altitudinis esse putatur, ut ex summo vertice Adria versus occidens, & Euxinus versus ortum cernatur: ita enim Pomp. Mela lib. 2. & apud Strabonem lib. 7. Polybius testatur, quod ideo non posse fieri Strabo contendit, quia ingens terræ tractus & montosus visum abruptum. bene quidem & recte Strabo: quum namque per Mædicam Thraciæ Philippus cum Perseo ad Hæmum contenderit, ut ex conspectis locis de bello consuleret,*

cedoniam suam armis ferroque vallaverat, ut non reliquisset aditum, nisi à cælo venturis hostibus videretur. Nam Marcio Philippo consule eam provinciam ingressus populus Romanus, exploratis diligenter accessibus, per Bistonidem paludem, per acerbos dubiosque tumulos, illa quæ volucris quoque videbantur invia, accessit: regemque securum, & nihil tale metuentem, subita belli irruptione terruit. Cujus tanta trepidatio fuit, ut pecuniam omnem in mare jussit mergi, ne periret: classem cremari, ne incenderetur. Paulo consule quum majora & crebriora essent imposita

ret, quod Livius lib. 40. 22. narrat, non potuit longus esse prospectus: obstant enim versus Adriam Rhodope, Orbelus, Scardus, montes altissimi & perpetui. At ut nihil sit, quod visum impediatur, cum Hæmus centum Germanicis miliaribus ab Adriatico in ortum distet, non attollitur ejus perpendicularium ad eam altitudinem, quæ devexitatem terreni globi tanto intervallo tribus miliaribus Germanicis cum sextante intumescens, despiceret. si quidem Plinius 4. 11. Hæmi altitudinem VI. M. passuum supputat: at in tanta specula opus erat XIII. M. passuum altitudine. Ista paullo latius sum hoc loco profectus, ut lector benivolentius intelligeret, multam veritatis lucem, apud veteres ex tradentium auctoritate esse obscuratam, quæ Geometriæ beneficio illustratur: ita eadem erroris labe Aristoteles in meteoris lib. 1. cap. 13. de Caucafo contaminatur, & Plinius de Cassio monte & alii aliter. Quod ad hunc locum attinet, bene Florus consilium ab ipso Perseo institutum narrat, ut aditus obstrueret commodius Romanis, propter invios saltus & præruptos montes. *Stadius.*

*Nisi à cælo venturis ] In eadem opi-*

nione erat Arimazes, qui altitudine petreæ quam occupaverat fretus, interrogavit, an Alexander volare possit? Curt. 7. 11. Freinshemius.

*Volucris invia ]* Similem de altis ac præruptis locis loquendi modum Græcis fuisse, testimonio est *Æopæ* petra quam Alexander cepit, apud Arrian. fin. lib. 4. Curt. 8. 11. *Idem.* Cujus tantæ trepidatio fuit, &c. ] Livius 44. 10. *Perseus tandem à parvo eo quo attonitus fuerat recepto animo, malle imperiis suis non obtemperatum esse: quum trepidans gazam in mare deiecit Pelle, Thessalonica navalia jussit incendi. Andronicus Thessaloniam missus traxerat tempus, id ipsum quod accidit, penitentia relinquens locum: incautus Nicias Pelle, projiciendo pecuniam partem, quod fuerat nactus.*

*Paulo] Maximum Lunæ deliquium, ea nocte quæ prælium præcessit, Sulpicius Gallus Tribunus militum explicata causa, & condita hora futurum prædixit, convocata ex Pauli consulis permisso concione, ut ne lunæ obscurata caligine exercitus consterneretur: accidit ea quarto Nonas Septem. anno v. c. DLXXXVI. ante natum Christum DLXIV. annis, *Stadius.**



posita a praesidia, per alias vias Macedonia deprehensa est; summa quidem arte & industria ducis, quum aliaminatus, alia irrepisset. Cujus adventus ipse adeo terribilis regi fuit, ut interesse non auderet, sed gerenda ducibus bella mandaverit. Absens ergo victus, fugit

Absens ergo victus, fugit in maria insulamque Samothracen. fretus celebri religione, &c.] Sic scribit Arfaci Mitridentes, Sal. in fragm. Perfen deinde Philippi filium post multa & varia certamina, apud Samothracas Deos acceptum in fidem, callidi, & reprobos perfidiae, quia pacto vitam dederant, in somniis occidere. Aliqui in carcere periisse dicunt, alii triumphum ignominiam morte praevnisse. Sed an in asylo deprehensum, sic excipere Romani debuerint, multi dubitant, maxime illi qui religione ducuntur. Ego puto nulla asyla, nulla tuta loca esse debere nisi iis qui per imprudentiam peccarunt, quorumque peccatum fortunae magis adscribendum est quam voluntati. Apud Diodorum Siculum l. 13. de isto supplicum jure egregie sic scribitur: Qui initio jura ista introduxerunt, infelicibus quidem misericordiam; at his qui malo animo injuriam intulerunt, penam expectandam voluerunt. Nec enim eos qui dolo malo aut injusta alieni cupiditate periculo se exposuere, fortunam accusare oportet, aut supplicium sibi nomen imponere. Id enim jure illis debetur quibus innocens est animus & irata fortuna. Aliorum vita plena factis injustis, nullum iis locum reliquit, qui ad miserationem, & profugium pateret. Sed Asylum illud jus a paucis observatum, a multis neglectum fuisse invenio. Iobum in sacro, ad quem fugerat, loco occidi justitiam Salomon Reg. 1. c. 2. Antonium juvenem Suet. in vit. Aug. c. 17. majorem de duobus Fulvia genitricis, simulachro divi Julii, ad quod post multas

& irritas preces confugerat, abreptum, interemit Augustus. Et postea l. 28. ff. de panis. ne ad statuas vel imagines quis confugeret cenfuit Senatus, eumque qui imaginem Cæsaris in invidiam alterius prætulisset, in vincula publica coerceri debere Divus Pius rescriptis. Memorabile interim est quod Sybaritis evenit. Miserrant illi Delphos ex suis aliquot ut fatum urbis suae à Deo intelligerent. Tam diu urbi & civibus felicitatem addixit Apollo, quam diu Deos pluris quam homines facerent: Læti igitur Sybaritæ exitimantur beatos se semper & felices futuros. Sed aliquo post tempore, verberatus servus, confugit in templum, & aram conscendens statuam cepit amplecti; verum nihil eo commotus iratus hucus cadere non desit miserum; donec elapsus, ad sepulchrum in quo heripati conditus erat pervenit, cujus reverentia commotus Dominus desinit fervire. Quod cum primum vidit Amyris qui inter legatos unus fuerat, imminere urbi exitium affirmavit, ideoque pro stulto habitus, bona quae possidebat, divididit, & alio migravit. Et nec falsum illum nec stultum fuisse brevi post apparuit; urbe à Crotoniaticis omnino eversa. Atamen quid hæc omnia ad Romanos. qui non religionis aut fidei, sed utilitatis tantum suæ studiosi etiam eos quos in dedicationem acceperant, sæpius occiderunt? Samnites, Numidas, Vercingentorigem, fulium Alpinum, & alios interemptos fuisse invenio; & pæne omnes de quibus triumpharunt. Zevetoc.

fugit in maria, insulamque Samothracen, fretus celebri religione, quasi templa & aræ possent defendere, quem nec montes sui, nec arma potuissent. Nemo regum diutius amissa fortuna conscientiam retinuit. Supplex quum scriberet ad imperatorem ab illo quo confugerat templo, nomenque epistolæ notaret suum, regem addidit. Sed nec reverentior captæ majestatis alius Paulo fuit. Quum in conspectum venisset hostis, in templum recepit, & convivii adhibuit

Samothracen.] Samothrace contra Melanem sinum, insula est in mari Ægeosita, à Samone Mercurii filio & Thracia vicina conflatò nomine Samothracia dicitur; aut ut alii volunt à Samiis tyrannorum sævitiam fugientibus, ibique coloniam deducuntibus ita vocata fuit. hæc tota sacra erat, & omnibus jus asyli aperiēbat, exceptis s qui homicidio polluti erant. Stad. Supplex cum scriberet &c.] Ita Maroboduus scripsit Tiberio, non profugus aut supplex, sed ex memoria prioris fortunæ. Tacitus 2. 63. 2. Quomodo autem exceptæ fuerint ex literæ à Cos. lege apud Livium 45. 4. Freinsb.

In templum recepit.] Unius voculæ depravatio, sed in qua tota sententia, ut in cardine suo vertitur, satis exercit hujus ætatis doctissimos viros. Viderunt omnes mendum tegere vocem hanc templum, sed potuit adhuc nemo id detegere. Si de templo illo Samothracæ, ad quod confugerat rex Perfes, & ex quo ad Paulum deductus fuit, aliquis intelligit, is, ut verbo dicam, nugatur: longe enim Samothracia distat ab eo loco in quo tum conlitterat Paulus. sed verum videamus. suspicor vitiofa illa, & veteri scribendi forma scriptum fuisse, in templum recepit, pro tentum, ut templo, pro tento. & contemptus, pro contentus non semel

in antiquis libris repperi: ex illo templum, imperiti γραφῆς templum posuerant, errore facili. Tentum ut diximus, vera & sana lectio. si quis ignorat, quid sit tentum docerem illum, esse tabernaculum vel tentorium. Tendere est σκηνῆν πηξάσθαι. tentum est σκηνῆ. Recentiores Latini genus mutarunt, & pro eo tenta dixerunt, & corruptius tendæ. sic veteribus strata viarum dicebantur, at recentibus strata. apud Suidam in voce σκηνῆ. καὶ σκηνῆν ἐπηξάσαστο, τῆς τῆς τένδων κατὰ γλῶσσαν alibi idem Τένδα πρὸς ἡμῶν οὐκία ἐν λίσθ. glossæ Latinæ, quæ penes me sunt, tentum. tabernaculum. Hanc vocem ut videtur vetustam, usurpat Morus, quæ nescio an apud alium temere occurrat. sed & alias prisca voces, quæ alibi leguntur nusquam, in hoc auctore suscitavimus ope præstantissimorum codicum: ut sunt in modum pro admodum, in semel, impes, in simul, intervænia, & alia quæ non succurrunt & hoc loco tentum. tentum aliud est in illo versu Tibulli, Hanc tu, sed tento, scis, puto, quod sequitur. obcænum enim est. narrat igitur Plorus tanta humanitate sese præditum ostendisse circa regem captivum, ut tabernaculo suo receperit, & convivii adhibuerit. non multo aliter apud Plutarch. sed

hibuit, liberosque admonuit suos, ut fortunam, cui tantum liceret, revererentur. Inter pulcherrimos hunc quoque populus Romanus de Macedonia duxit atque vidit triumphum: quippe cujus spectaculo tri-  
 duum impleverit. Primus dies signa tabulasque sequens arma, pecuniasque transvexit: tertius captivos, ipsumque regem, attonitum adhuc, tanquam subito malo stupentem. Sed multo prius gaudium victoriæ populus Romanus, quam epistolis victoris perceperat. quippe eodem die, quo victus Perse in Macedonia, Romæ cognitum est. Duo juvenes candidis equis apud Iturnæ lacum pulverem & cruorem abluabant. hi nunciavere. Castorem & Pollucem fuisse creditum vulgo, quod gemini fuissent: inter-

aliter tamen, quem vide, & dissensum inter scriptores solemne agnosce. Salmasius. Gruterus quidem atumat, retinendam esse vocem templum, & capiendam pro loco ubi aquilæ essent, ubi signa, allegatque locum ex Tacito. 13. 29. & quæ ad eum notaverit.

Triumphum ] Triumphus Paulli tantum priores excessit, vel magnitudine regis Persæ, vel specie simulacrorum, vel modo pecuniæ, ut bis millies, centies H. S. ætario contulerit, & omnino ante ætorum comparationem amplitudine vicerit. Vell. 1. 9. Effigiem istius triumphii exhibet nobis Onuphrius Panuinius. Freinsh.

Eodem die quo victus Perse in Macedonia, Romæ cognitum est, &c. ] Narrant historiæ P. Vationi Keatinæ præfecturæ viro à duobus qui albis equis infidebant nocte indicatum fuisse, pridie à Paulo captum esse Persen, justumque ut id ad patres referret, qui indignati prius, eum ut fabularum nuncium ac majestatis contemtorem carceri manciparunt; postea rei veritate

intellecta agro & vacatione donarunt. Duos illos equites Castorem & Pollucem fuisse creditum vulgo. Qui non minus officium præstitisse scribuntur cum Cimbri a Romanis victi fuerunt. Flor. lib. 3. cap. 3. & a Loerensibus superati Crotoniensis. Justin. lib. 20. Nam eadem die qua in Italia pugnatum est & Corinthi & Athenis & Lacedæmone nunciata fuit victoria. Sic illa ipsa qua periit hora Domitianum occidit auditoribus suis indicavit Apollonius Thyaneus. Zerevet.

Duo juvenes &c. ] Hujus demoniaci miraculi meminerunt Lactantius 2. S. Valer. Max. 1. 8. 2. Plutarchus Emilio, Camers. Adde Plin. 7. 20. Suetonius Ner. in pr. L. Domitio rure quandam revertenti, juvenes gemini angustiore forma ex occursu imperasse traduntur, nunciavit senatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque in fidem majestatis, adeo permulisse natas, ut è nigro vitulum arique asimilem capillum redderent, &c. Vide etiam infra 3. 3. Freinsh. Illyrii

fuisse bello, quod sanguine maderent: à Macedonia venire, quod adhuc anhelarent.

## CAP. XIII.

## Bellum Illyricum.

**M**acedonici belli contagio traxit Illyrios. Ipsi quidem ut Romanum à tergo distringerent, à Perse rege conducti pecunia, militavere. Sine mora ab Anicio prætore subiguntur. Scodram caput gentis delesse suffecit. statim sequuta deditio est. Denique hoc bellum ante finitum est, quam geri Romæ nunciaretur.

## CAP. XIV.

## Bellum Macedonicum tertium.

**Q**uodam fato, quasi ita convenisset inter Pænos & Macedonas, ut tertio quoque vincerentur, eodem tempore utriusque arma moverunt: sed prior jugum excutit Macedo, aliquanto quam

Illyrios. ] Gentius Illyriorum rex Picurati filius, trecentis talentis cū Perse societatem belli pepigerat: sed avaritia regis fidem missis x. talentis elusit, Romani ob hanc Gentii cum Perse pactionem, L. Anicium Gallum pro prætore in Illyricum cū exercitu mittunt, qui intra x x. diem expugnata Scodra, capto Perse cum conjuge & liberis, & fratre Carvancio bellum confecit, & de iis triumphavit. Gentius & liberi & frater Spoletium ex Senatus consulto in custodiam ducti sunt, ita rex Gentius x. talentis acceptis in tam miserabilem fortunam prolapsus est. Stadius. Advertendum Gentium Illyricorum regem contra quem hoc bellum gestum est, Gentianam herbam invenisse, & ex suo nomine Gentianam dixisse. Auctor Plin. 25. 7. Camers.

Macedo aliquanto quam ante gravior, dum contemnitur: ] Nullius hostis tam exiguæ vires sunt ut debeant contemni. In proverbii legimus; habet & musca stentem, & formica sua bilis inest. Qui hostem suum, quia imbecillis videtur, minus timet: cogitet Carolum audacem quem tota

quam ante gravior, dum contemnitur. Causa belli prope crubescenda. quippe regnum pariter & bellum vir ultime sortis Andrisicus invaserat, dubium liberi an servus, mercenarius certe: sed quia vulgo ex similitudine Philippi, Pseudophilippus vocabatur, regiam formam, regium nomen, animo quoque regni implevit. Igitur dum hæc ipsa contemnit populum Romanus, Inventio prætor comientus, virum non Macedonicis modo, sed Thraciæ quoque auxiliis ingentibus validum, temere tentavit: invictusque

veris

tunc pæne verebatur Europa, superatum fuisse à rudibus adhuc & militarum rerum ignaris Helvetiis. Zevocot. Scribit de Marforum vipera Solinus cap. 8. Brevior hæc cæteris: ac propterea, dum despicitur, facilius nocet. quod & privam publiceque quis sibi quodque haud temere accommodaverit: quippe citius venit periculum quod contemnitur. Monitumque Alexandri Magni apud Curtium 6. 3. Parva sæpe scintilla magnum excitavit incendium. Nil tuto in hoste despicitur: quem spreveris, valentiorum negligentia facies. Sed & effatur Annibal apud Livium 21. 4. 3. Sæpe contemptus hostis eventum certantem edidit. & incliti populi regesque perlevi momento visi sunt &c. Gruterus.

Andrisicus. ] Andrisicus infimæ sortis homo, ob oris similitudinem sese Philippum vocavit & Persei regis expellere filium constanti asseveratione mentitus est, & eam ob causam à Demetrio Syriæ rege, ad quem auxilii venerat, Romam missus, elapsus custodia multis ad eam fabulam confluentibus, ipse contracto exercitu totam Macedoniam aut deditione aut armis occupat. M. Juventium prætorum contra se missum una cum exercitu occidit: ea victoria elatus & Thesaliam invadit, à quo auxilio Achzorum per legatos

Romanos ejectus est. Inde Q. Metellus prætor contra Pseudophilippum movit, eumque cæsis xxv. M. militum fugavit, & Macedoniam recepit, confectoque bello de Pseudophilippo à Byzò Thraciæ regulo, ad quem confugerat, recepto triumphavit anno v. c. DCVI. atque tunc Macedoniam in provinciæ formam esse redactam cum Floro Jornandes etiam testatur, vettigalemque esse factam ex Pisoniana Ciceronis constat, idque per circumlocutionem Florus satis eleganter, quia Macedoniam servitute mutare, idem est ac si diceret in provinciæ formam redigere.

Annis post devictum Pseudophilippum quatuor, Pseudoperfes, quise Persei filium esse ferebat, etiam in Macedonia collectis servis rebellavit, cum xvii. millia armatorum haberet, à Cn. Trebellio Quæstore Licinii Nerue prætoris cum exercitu cæsus est. Trebellius Quæstor ibi Scrofræ nomen invenit: quia cum hortatus esset milites ut in hostes castris suis ob absentiam prætoris audacius insultantes erumprent, dixerit: celeriter se illos, ut serpsa porcos disiecturum. Varro libr. 11. de re rustica. Stadium.

Inventio. ] Eutrop. 3. 4. nominat. Panetium.

Cm.

veris regibus, ab illo imaginario & scenico rege superatur. Sed consule Metello, amissum cum legione prætorem, plenissime ultus est. Nam & Macedoniam servitute multavit: & ducem belli deditum ab eo ad quem confugerat, Thraciæ regulo, in Urbem incatenis reduxit; hoc quoque illi in malis indulgente fortuna, ut de eo populus Romanus, quasi de vero rege triumpharet.

## CAP. XV.

## Bellum Punicum tertium.

**T**ertium cum Africa bellum, & tempore exiguum, (nam quadriennio patratum est) in comparatione priorum minimum labore: (non enim tam cum ipsa urbe pugnatum est:) sed plane maximum eventu: quippe eo tandem Carthago

Cos. Metello. ] Vellejus 1. 11. prætorum vocat.

Macedoniam servitute multavit. ] Sic Ægyptum quam Cæsar Regibus suis reliquerat, provinciam fecit Augustus, cum consideret se, etiam invitam, retinere in officio posse. Solemnis olim Romanorum mos fuit, provinciis aliquibus, civitatibus, aut Regibus libertatem concedere, non quia eos servare non malebant, sed ut instrumenta servitutis haberent, quibus aut ad deditionem pelliciebat alios, aut rebellare prohibebant subiectos; vel quia occupata tueri se posse desperabant. Macedonia igitur libera fuit quam diu ob incerta Græcorum & Illyricorum situ-

dis, difficulter poterat retineri. Sed post subactos Illyricos; quietos & libertatis concessæ nomine contentos Græcos; quia tuto illam in provinciæ formam redigere se posse judicabant; Romani redegerunt. Zevocotus. Victo Perse Macedonia libera relicta fuerat, legibusque optimis, quas Paullus præscripserat, utebatur. vide Livium 45. 29. &c. Freinshemius.

Ut de eo pop. Rom. &c. triumpharet ] Fregium vero solatium, quale Antiocho etiam contigit supra 2. 8. 4. quod à Rom. victus est. Iis porro quasi de vero rege simile exemplum, infra 3. 20. de Spartaco; quasi imperator occisus est. Idem.

C. Anthago. ] Carthagini male jam diu cogitanti, & quia contra Masiniam Numidiz regem P. Romani so-

cium violato fœdere arma sumferat, ad hæc quod naves plures quam ex lege permittæ erant, & apparatu nimia etiam

go finita est. Atque si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vere confectum est. Sed hujus causa belli, quod contra fœderis legem adversus Numidas quidem semel parasset classem & exercitum, freuens autem Masinissæ fines territabat. Sed huius bono socioque regi favebatur. Quum bellum sederet, de belli fine tractatum est. Cato inexpiabili odio delenda

etiam suspecta esset, bellum indicitur, instigante ad ejus excidium Catone: fœdus enim quod cum Masinissa percusserant ante 50. an. immixso in ejus agro exercitu violarunt. Luxuriabant iterum Pœni opibus & potentia, usi enim pace per 50. annos, & agrorum fertilitate, & maritimis commerciis in pristinam dignitatem convaluerant. Quare in urbe opulenta, ut sit, cives in factiones tres scindebantur, Romanam, quam Anno Magnus, Regiam Masinissæ studiosam Annibal Passer, Popularem Amilcar Sanus & Carthalo principes civitatis fovebant. Oborta de agro in regione Tysca cum Masinissa controversa, Popularis factio Regiam ejecit xl. civibus in exsilium pulsatis, & iurjurando facientes ne unquam exsules recipèrentur. Masinissa Gulsam filium Carthaginem legatum misit pro exsulum reditu impetrando cum urbe exclusum immixso ex indiciis equitatu violarunt; qua injuria irritatus Masinissa Horoscopam obsidet. Punicum exercitum xxv. M. peditum & cccc. equitum, deficientibus etiam à se Afasi & Suba ad Asdrubalem cum vi. M. equitum; fundit fugatque in tumulos: obsessum & pestilitate tabescentem sub jugum misit, & exsules recipere cœgit, hac occasione usus P. Rom. & Utica sese per legatos dederunt, exercitum cum duobus Coss. L. Marcio Censorino, & M. Manlio con-

tra Carthaginienses miserunt, qui tanta calamitate & trepidatione oppressi per xxx. legatos pacem à Senatu & Coss. petiere, qui Carthaginiensibus arma tradere classemque comburi imperant, mox illi ea jussa diligentissime facientes, procinus à mari procul passuum x. millibus migrare urbe relicta jubent, ad tam acerba jussa incensum Carthaginienses ex desperatione & rei indignitate acunt animos. Asdrubalem statim toti bello imperioque proficiunt, & non ferrea solum & ænea arma, sed etiam ea deficiente argentea & aurea parant, Coss. ad urbem movent, sperantes sese infirmas, & imparratas Pœnorum vires, antequam convalescerent, oppressuros: sed is conatus, dum pro patria & salute sese accerrime defendunt, triennio irritus fuit. *Stadius.*

Quum bellum sederet ] Exponendum, quum bellum decretum esset, ut dicimus sententiam sedere, sic bellum sedere, eadem imagine & ita accipi possunt sententia. nisi enim bellum decretum fuisset, quam ineptum erat dicere, de fine belli tractatum est. Acumen est Annæi, fiduciam virium Romanarum respicientis, cum, inquit, vix bellum suscipiendum esse decrevisset, jam de belli fine tractabant. *Salmasius.*

Cato &c. ] Olim apud Romanos Consulum erat referre, id est, rem illam quam in Senatu proponere: hoc sibi

dam esse Carthaginem, & quum de alio consulere-tur, pronuntiabat: Scipio Nasica servandam, ne metu ablato emula urbis, luxuriari felicitas Urbis inciperet. Medium senatus elegit, ut urbs tantum loco moveretur. Nihil enim speciosius videbatur quam esse Carthaginem, quæ non timeretur. Igitur Manilio Censorinoque consulibus, populus Romanus aggressus

postea Jus arrogavit Cæsares. & Augustus quidem nondum Consul us u-nice relationis obtinuit; postea, uti & qui eum secuti fuerunt Imperatores, multarum. Vingtique ebrinuisse Vespasianum, arcus qui adhuc Romæ integer visitur, demonstrat. Non possum non mirari Romanos, qui cum Jus relationis Senatoribus negarent, iis tamen permissum, ut de re una consulti, de alia agere possent. Hoc enim fuit confundere omnia, & turbare attentionem multorum, qui cum ad singula judicanda inepti non essent; in ista propositarum causarum multitudine quid de hac vel illa censendum subito & ex tempore foret merito dubitabant. *Levecot.*

Scipio Nasica servandam, ne metu ablato emula urbis, luxuriare felicitas Urbis inciperet. ] Post victam Carthaginem affirmavit sepe Metellus, nescire se, num victoria ista plus boni an mali Romæ Republicæ intulisset. Noluerunt Lacedæmonii everti Athenas, ne una cum iis eos Juvenum periret.

In sacris quoque *Ind. cap. 3.* Dominus per Josum non omnes impios & terra sancta exterminavit, ne ad virtutem stimulus deesset Israelitis. Alibi dixi nullam magnam civitatem aut Rempublicam quiescere posse, cum si foris hostem non habeat, domi inveniat. Et ideo ut suorum animos ab otio ad negotium revocaret; Strenuam, Agnoriam, Stimulam industriæ Deas excogitavit Priscorum sedulitas. *Idem.*

Rectum consilium Nasicæ saluberrimumque futurum erat P. Rom. si illud ab eventu sequentium sæculorum ponderabimus: nam si emula Romæ Carthago delecta excisiva non fuisset, non ita in otio & securitate disflentes Romanos luxuria & avaritia cum Asiaticis triumphis in urbem invectæ enervassent, aut mores ad ambitionem levitatemque inclinassent externo metu non amoto: neque ipsi toti domi civilibus bellis, tot factionibus se suaque viscera ferro proscriptionibusque dilaniassent, neque sua mole suis vitis oppressa Pop. Rom. libertas, tandem unius dominationi in perpetuum servitura non erat. *Stad.*

Loco moveretur ] Situ enim maxime opportuno erat Carthago. unde præcipua illi opum initia & incrementa. Hac de causa Corinthum alterum oræ maritimæ ocellum sustulerunt Romani, opportunitatem loci maxime sequuti, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. Cicero de officiis 1. 11. 4. *Freinsb.*

Manilio Censorinoque Coss. ] De nominibus horum Coss. non omnes conveniunt. Utcunque se res habeat, in nomine vel prænomine quid sit oportet, hoc argumento, quod Manlio Capitolino post necem illatam hæc quoque gentilitia nota addita est; gentis enim Manlia decreto cautum est, ne quis deinde M. Manlius vocaretur, apud Liv. 6. 20. Vinerus in somnium Scipionis ostendit horum Coss. nomina fuisse.

gressus Carthaginem, spe pacis injecta, traditam à volentibus classem, sub ipso ore urbis incendit. Tum evocatis principibus, si salvi esse vellent, ut migrarent finibus, imperatum. Quod pro rei atrocitate adeo movit iras, ut extrema mallent. Comploratum igitur publice statim, & pari voce clamatum est, Ad arma. seditque sententia, quoquo modo rebellandum: non quia spes ulla jam superesset, sed quia patriam suam mallent hostium quam suis manibus everti. Qui rebellantium fuerit furor, vel hinc intelligi potest, quod in usum novæ classis tecta domusque resciderunt: in armorum officinis, aurum & argentum pro are ferroque conflatum est: in tormentorum vincula, matronæ crines suos contulerunt. Mancino

deinde

L. Marcius Censorinus, & Manius Manilius. Idem.

Tum evocatis Principibus, si seivi esse vellent, ut migrarent finibus imperatum.] Promiserant Romani liberam fore Carthaginem. Manifesta igitur hic iniquitas. Quamvis enim plenam & absolutam plane libertatem, ob acta & conventa Pœnis non debebant, aliquam tamen illis relinquendam fuisse, & tantam saltem ut alieno imperio urbem fedibus transferre non cogerentur, certissimi juris est. Quamvis enim voce Carthaginis, non urbem ipsam, sed civium multitudinem signari urgebant Romani: tamen in voce, liberam fore, nemo, captivum fuisse negabit, Quam, ubi bona fide agitur, ab omnibus contractibus oportet abesse. Zeve.

Quod pro rei atrocitate adeo movit iras, ut extrema mallent, &c.] Periculosissima, & ideo vitanda maxime tela sunt quæ suggerit desperatio. Qui mitiores ideo pacis conditiones proponunt, non victis magis consulunt quam sibi.

Apud Livium lib. 8. interrogatus in Senatu Romano Privernas qualem ab ipsi pacem sui expectarent, bene & generose respondit: Si bonam dederitis, & fidam & perpetuam; si malam, haud diuturnam. Vix me contineo quin, quod puto hic dicam, dementes fuisse Romanos, qui existimarunt clarum tot victoris populum; & nisi vel Annibalis culpa vel fatum aliquod prohibuisset Romanorum & orbis dominum, patriæ suæ velle superesse. Non elanguerat proculdubio pristinum in omnibus vigor; Reitabant adhuc multi in quibus sanguis & animus stantem adhuc patriam tueri, vel cadentem optabant comitari. Et quid si migrasset finibus cives, an ideo placiores eos habuissent Romani? Ego non credo. Non est quod puter quisquam ultimum populum aut hominem denique, in ea conditione, cujus eum permittet, diutius quam necesse sit mansurum. Liv. ib. Idem.

Mancino deinde Coss. ] L. Hostilium Mancini

deinde Consule, terra marique ferrebat obsidio. Operis portus nudatus; & primus, & sequens, jam & tertius murus; quum tamen Byrsa, quod nomen arci fuit, quasi altera civitas resistebat. Quamvis profligato urbis excidio, tamen fatale Africæ nomen Scipionum videbatur. Igitur in alium Scipionem conversa Respublica, finem belli reposebat. Hunc Paullo Macedonico procreatum, Africani illius magni filius, in decus gentis assumpserat, hoc scilicet fato, ut quam urbem concusserat avus, nepos ejus everteret. Sed ut quam maxime mortiferi esse morsus solent morientium bestiarum: sic plus negotii fuit cum semiruta

Mancinum hoc bello non fuisse Cos. satis certum est, sed proximo anno post devictam Carthaginem, Annales Coss. & Plinius 35. 4. testantur, quia L. Mancinus primum cum exercitu Carthaginem irrupit, & pictam Carthaginem, præliaque facta, in foro proposuit: proximis comitiis Cos. creatus est. Quare hic aut legato aut classis præfecto scribendum est. Legatus enim pro collega Sp. Postumio Albino datus est, Calpurnio Pisoni Cos. & classis præfectus fuit, quousque eum Scipio Aimilianus Romam remisit. Stadius. Hic est ille Mancinus, qui sicut Africanus prior, utero matris excisus est, apud Plinium 7.9 & ibidem Auspiciatus ex cælo parente gignuntur. Freinsch.

Byrsa, quod nomen arci fuit ] Carthaginis situm Appianus Lybicis, & Strabo lib. 17. nam apud Liv. lib. 26. desideratur, describit: sitam esse in peninsula, cujus cervix in meridiem continenti Africæ trium fere millium latitudine adhaeret, in qua Byrsa & murus ille triplex. Stadius. Vide & Justinum 38. 5.

Hunc Paullo Macedonico procreatum ]

Paulus, Æmilius ex quatuor filiis formæ insignis, egevegia indolis, duos jure adoptionis in Corneliam Fabiamque gentem translatos, sibi ipse denegavit, &c. Val. Max. 5. 10. 2. Camers. Hic Scipio filius fuit Pauli Aimilii, qui de Perseo Macedonum rege triumphum duxit, adoptatus quidem in Scipionum familiam, à P. Scipione Africano filio, unde ipse Scipio appellatus est: adoptivo enim adoptantis gentem & familiam secuta esse, P. Cornelii Scipionis istius nomen testatur, suæque gentis nomenovo cognomini subjectum fuisse, & Aimilianum ab Aimilio dictum. Lege enim Curiaa adoptivus, eodem jure filius adoptantis fiebat, atque si eodem patre & matre familias ortus fuisset. Lex Curiaa de adoptione vocabatur, quando Pontifices adoptionis causa approbata, & deinde adoptio comitiis curiatis rogata, jubebatur. Quare Florus hic juste istius Aimiliani avum lege adoptionis numerat patrem P. Scipionis illius, qui ipsum adoptaverat: atque Africanus minor ab Africa devicta dictus est, ad discrimen Africani Scipionis avi sui. Stadius.

*miruta Carthagine, quam integra. Compulsis in unam arcem hostibus, portum quoque maris Romanus obsederat. Illi alterum ibi portum, ab alia urbis parte foderunt: nec ut fugerent, sed qua nemo illos nec evadere posse credebat. Inde quasi enata subitoclassis erupit: quum interim jam diebus, jam noctibus, nova aliqua moles, nova machina, nova perditorum hominum manus, quasi ex obruta incendio subita de cineribus flamma, prodibat. Deploratis novissime rebus, quadraginta se millia virorum dederunt: quod minus credas, duce Asdrubale. Quanto fortius femina, quæ comprehensis duobus liberis, à culmine se domus in medium misit incendium, imitatur reginam, quæ Carthaginem condidit. Quanta urbs deleta sit, ut de cæteris taceam, vel ignium mora probari potest. quippe per continuos decem & septem dies vix potuit incendium extinguere, quod domibus ac templis suis sponte hostes immiserant: ut quatenus urbs eripi Romanis non poterat, triumphus arderet.*

## CAP.

*Reginam* ] Dido, quæ Carthaginem condidisse scribitur, cum ab Iarba Getulorum rege in matrimonium, ni pareret, bello etiam indicto sollicitaretur: ipsa ne Sichæo prætori marito datam morientis fidem violare cogeretur, vitam sibi consensu prius rogo, gladium finivit. ita Justinus lib. xviii. *Idem.*

*Quanta urbs deleta sit.* ] Carthago condita cæpta à Phœnicibus ante conditam Romam annis lxx. ut Appianus & Justinus testantur: incendio deleta auspiciis Amilianian, Urbis condita d c vii. ætas itaque Carthaginis universa fuit annorum dcl xxxvii. paruisse ambitum xxxiv passuum millibus in Epitome numeratur. Hac vi-

ctoria deinceps Africæ, quæ Carthaginensibus paruerat, tributum impostum est, atque ipsa in provinciæ formam redacta. *Idem.*

*Quanta urbs deleta sit, &c.* ] Italem Rerumpublicarum conversionem statam aliquam aut certam esse alibi negavi. Eam tamen subinde observari negare non possum. Septingentesimo post excidium a Romanis Carthaginem anno, expugnata à Totila & destructa fuit victrix illius Roma. Simulque vaticinium junioris Africani confirmatum qui cum Carthaginem ardere videret, effusus in lachrimas idem aliquando urbis suæ fatum futurum non falso pronuntiavit. *Zervecot.*

Achaia

## CAP. XVI.

## Bellum Achaicum.

*Quasi seculum illud everfionibus urbium curreret, ita Carthaginis ruinam statim Corinthus excepit, Achaia caput, Græcia decus, inter duo maria, Ionium & Egæum; quasi spectaculo exposita. Hæc (facinus indignum!) ante oppressa est, quam in numerum certorum hostium referretur*

*Achaicum.* ] Achaia Peloponesi regio huic bello nomen fecit, prætenditur sinui Corinthiaco à septentrione; ab ortu Sichonia & Corinthia, ab occasu Ionium mare, à meridie Arcadiam & Elidem habet. Causa belli fuit, quod dum legati Romanorum Corinthi Achæorum corpus dissolvere, singulaque urbes sui juris facere ideo conantur, ut potentiam Achæorum, qua superbiebant, labefactarent, pulsati aut superbius appellati sunt; tum quod Achæi in Lacedæmonios Pop. R. socios conjuncta cum Bœoris & Chalcidensibus societate movissent. Metellus prætor ex Macedonia devicto Pseudophilippo, exercitum per Theffaliam in Bœotiam duxit, Critolaum Achæorum ducem ad Scharphiam acie fudit, quem alii voragine quadam haustum, alii veneno periisse opinantur. Metellus Thebas aggressus, eas cum Pythea ipsarum imperatore in potestatem redegit. Inde Megaram Alcamene Achæorum præfecto Corinthum profugiente deditibus sese civibus occupat, & ad Isthmum venit; dumque de pacis conditionibus agit, L. Mummius consul superveniens cum Divo Achæorum duce collatis signis Achæos vincit, & in fugam conjicit, Divo fugiens occisa prius uxore, ve-

veno mortem sibi conscivit. Mummius patentibus portis ingressus Corinthum incendit, reliquorum mœnia, qui contra Romanos sese armaverant, diruit, atque iis arma ademittit. Ex sententia x. legatorum, qui Roma mittebantur, tributum Græciæ impostum est, & consilia sublata sunt: institutum autem, ut quotannis eo prætor mitteretur. Mummius consul de Achæis anno c v i i i. triumphavit, & Achaia dictus est. Ab eo tempore Græciam una cum Epirio provinciam esse factam Strabo & Pausanias testantur; appellatamque Achaiam non Græciam provinciam, quod Græci subacti sint, principatum Græciæ tenentibus Achæis. *Stad.*

*Hæc (Facinus indignum!) ante oppressa est, quam in numerum certorum hostium referretur.* ] An Critolaus Legatos oratione violaverit ignoro, nec id ad rem facere existimo: qui enim iniqua petebant, & inter socios diffensionem ferere conabantur, cur non reprehendi saltem verbis, & tentati facinoris accusari, atque adeo sine honore dimitti poterunt? Disco ex Justino causam belli quævisse Romanos. Qui cum more eorum quos per fas & nefas ad invadenda aliena instigat ambitio, etiam Achæos sibi subjicere vellent, ne vide-

ferretur. Critolaus caussa belli: qui libertate à Romanis data adversus ipsos usus est: Legatosque Romanos, dubium an & manu, certe oratione violavit. Igitur Metello ordinantium maxime Macedoniam, mandata est ultio: & hinc Achaicum bellum ac primam Critolai manum Metellus Consul, per patentes Elidis campos, toto cecidit Alpheo. Et uno præ-

viderentur nimis palam inique agere, ante vim dolum adhuc erant, publicum Achæorum consilium, fœdusque quo inter se populi illi conjuncti erant, dissolvere conati. Sciebant enim reticentiam parvas concordia crescere, discordiam maximas dilabi. In Florum aliqua pergam observare: & finitras quæ hic adhibita sunt Romanorum artes, non meis, sed historici *Inst.* l. 34. verbis lecturis proponam. *Pænis ac Macedonibus subactis, & Etolorumque viribus Principum captivitate debilitatis, soli adhuc ex Græcia universa Achæi nimis potentes tunc temporis Romanis ridebantur, non propter singularium civitatum nimias opes, sed propter conspirationem universarum. Namque Achæi, licet per civitates veluti per membra divisi sint, unum tamen corpus, & unum imperium habent singulariumque urbium pericula, mutuis viribus propulsant. Quærentibus igitur Romanis causas belli, temporis fortuna querelas Spartanorum obtulit, quorum agros Achæi propter mutuum odium populabantur. Spartanis à Senatu responsum est; Legatos se ad inspicendas res sociorum, & ad injuriam demandam in Græciam missuros. Sed Legatis occulte mandata data sunt, ut corpus Achæorum dissolverent, singulasque urbes proprii juris facerent, quo facilius ad obsequia cogerentur: & si quæ urbes contumaces essent, frangerentur. Igitur Legati omnium civitatum Principibus Corinthum evocatis, decretum Senatus recitavit, quid consilii habeant aperiant. Expedire omnibus*

dicunt ut singule civitates sua jura & suas leges habeant. Quod ubi omnibus innotuit; velut in favorem reversi, universum peregrinum populum trucidant: Legatos quoque ipsos Romanorum violasset nisi auditu tumultu trepidi fugissent. Modestius fateor debuissent agere Achæi, verum illorum inmoderate iniquam Romanorum ambitionem non excusari qui fraudulentem, ut libertatem, cui insidiabantur, civitatibus omnibus eriperent, augere eam & confirmare se velle simularunt. Putant subinde aliqui libertatem suam imminui si ad sociorum voluntatem & judicium componere se aliquando cogantur & non omnia fiant, quæ illi faciendæ esse iudicantur: sed errare eos sciunt satis illi qui libertate perire non ignorant. Urbis aliqua seu Provincia quæ cum pluribus confederata plurium consilio regitur libera esse non desinit. Non magis quam socius qui inita cum altero societate potestatem qua solus omnia statuere & administrare potuerat admisisse sibi quodammodo viderit. Jus enim quod alteri in se concessit, ipse vicissim obtinet in alium; idque in commodum utriusque ut ambo magis à damno & fraudibus securi consulant in commune. Hoc nempe decet ut quod non rem communem confederatorum sed privatam provincie aliqujus aut urbis tangit, curent id singuli: sed quod ad omnium salutem pertinet iudicent universi. *Zevcot.*

*Met. consul.]* Erat Prætor tantum.

*Vno*

lio peractum erat bellum: jam & urbem ipsam terrebatur obsidio: sed (fata rerum!) quum Metellus dimicasset, ad victoriam Mummius venit. Hic alterius ducis Diæi late exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit, geminosque portus sanguine infecit. Tandem ab incolis deserta civitas, direpta primum, deinde tuba præcinente, deleta est. Quid signorum, quid vestium, quidve tabularum raptum, incensum atque projectum est? Quantas opes & abstulerit & cremaverit, hinc scias, quod quicquid Corinthii æris

toto

*Vno prælio] Metellum cum Achæis Bœotique duobus præliis congressum, primo ad Thermopylas, altero in Phocæis vicisse, auctores habeo Pausaniam in Achaicis & Orosum 5. 3. Stadias.*

*Quum Met. dimicasset, ad victoriam Mummius venit.]* Minime novum est, ut intervartantur præmia, alterius consilio periculoque parata; victoriaque jam parata è manibus eripiat, successoris novi superventum. *Grætenus.* Unde sæpius invidia decedentium, & rerum gerendarum impedimenta.

*Isthmi faucibus.]* Corinthus in faucibus Isthmi sita, portus habet ab ortu Cenchraeas, ab occasu Lechæas, sinu hinc Corinthiaco, istinc Saronico clauditur Isthmi latitudo, qua veluti cervicæ Peloponesus Græciæ adheret, patet quinque millia passuum. Hunc perfodere aliquot principes sunt aggressi, ut Peloponesum insulam facerent, sed nullo successu. Corinthum L. Mummius post annos DCCCCLIIII. quam ab Alete Hippotis filio erat condita, funditus eruit. *Idem.*

*Tandem ab incolis deserta civitas, direpta primum] A militibus, nam ex more Romano expugnatae urbis præ-*

da ad milites, deditæ ad Ducem pertinebat. *Zevcotius.*

*Tuba præcinente] Forte non inepte referretur ad veterem illum in civis animadvertendi ritum, quem ad Tac. 2. 32. Lipsius explanat: ut quemadmodum illo casu, sic hoc nostro, tuba cecinerit, quo omnibus innotesceret, autoritate jusque publico negotium istud peragi. Sive potius eo factum, ut eodem modo destrueretur, quo conditi solebant urbes, nisi quod ibi tibiæ adhibita. quemadmodum etiam Atheniensium muros diruit Lyfander. *Freinshemius.**

*Deleta est.]* Suspecta erat urbis tam opportuno loco sitæ potentia, vel potius ceteris civitatibus metum novarum rerum imponere voluerunt. In bellis enim clementia cum severitate, non inutiliter miscetur. *Zevcotius.*

*Incensum atque projectum] A militibus nempe præcium eorum non æstimantibus, sub duce nihilo rerum istarum prudentiore. *Freinshemius.**

*Corinthii æris] Toto orbe celeberrimum. Vide Plin. 34. 2. Hinc Romanis primum signa & tabulæ pictæ in præcio & admiratione; Plin. 33. 11. quamvis Sallust. Cat. videatur istud Sullæ temporibus tribuere. *Freinshemius.**

*Inc*

*toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nam & aris notam preciosiorem ipsa opulentissima urbis fecit injuria: quia incendio permistis plurimis status atque simulacris, aris, auri, argentique vena in commune fluxere.*

## CAP. XVII.

## Res in Hispania gestæ.

**V**T Carthaginem Corinthus, ita Corinthum Numantia sequuta est. Nec deinde toto orbe quicquam intactum armis fuit. Post illa

duo

*In Hispania*] Hispaniam primus Amilcar Pœnorum dux latrocinio invasit, inde Asdrubal ejus gener per annos novem, mox Annibal Amilcaris filius: & ut Hispania à Pœnis jam nimium in ea dominantibus liberaretur, duo Scipiones Cn. & Publius in eam secundo bello Punico missi sunt, qui magna victoria usi, populique benevolentia asseruerant Hispaniam à Pœnis, nisi uterque magna clade à ducibus Pœnorum oppressus fuisset, quæ latius cap. 6. profecti sumus, & qua virtute & fortitudine à P. Scipione ab Hispania Carthaginenses exacti sint; eaque victoria primam continentis provinciam factam esse Hispaniam, Marcellinus l. 25. Livius, & Rufus. & alii tradiderunt: sed terminatam ordinatamque in duas provincias anno D L I I X. apud Livium lib. 42. invenio, in citeriorem sive Tarracensem, & in ulteriorem, hoc est, Beticam & Lusitaniam, & ut in eam duo prætores quotannis mitterentur, qui tunc primum ideo fœxi creari coepti sunt. Atque anno proximo cum bellimoles usque adeo invalesceret, ut & consulari imperio & exercitu opus esset, consules auctoritate Senatus (in

cujus potestate erat vel consulares vel prætorias decernere provincias) summi ulteriorem Hispaniam jussi. eam M. Porcius Cato sortitus est, qui bellum ab Emporiis exorsus, totam citeriorem Hispaniam, quæ rebellaverat, pacavit: c c c c. oppida ab eo capta esse Plutarchus tradidit, quod per nuntios calliditate Catonis & celeritate factum esse Appianus testatur, qui singulis ut uno die muros suos singuli diruerent imperaverant, & dum obtemperant singuli, oppidorum c c c c. mœnia diruta esse, antequam sentirent eam eadem ad universos pertinuisse: hinc prætores Fulvius Nobilior de ulteriore, Manlius Acidinus de citeriore Hispania: atque sequenti anno Calpurnius Piso & Quintius Crispinus de utraque triumpharunt. Exstant etiam A. Terentii Varronis prætoris de Celsiberis ovatio apud Livium. Inde Fulvii Flaccii de citeriore, in qua xxiv. M. hominum fudisset, iv. M. cepisset, triumphus celebratur. Iftum excipit Tib. Sempronius Gracchus prætor, quem Celtiberorum c c c. oppida ex Polybio Strabo lib. 3. delevisse scribit, & prætorum de iis anno DLXXVII. triumphasse,

ex

*duo clarissimarum urbium incendia, late atque passim, nec per vices, sed simul pariter quasi unum undique bellum fuit; prorsus ut illa urbes, quasi agitantibus ventis, diffudisse quadam bellidie toto orbe viderentur. Hispania nunquam animus fuit adversus nos universa consurgere: nunquam conferre vires suas libuit, neque aut imperium experiri, aut libertatem tueri suam publice. alioquin ita undique mari Pyrenæoque vallata est, ut ingenio situs nec adiri quidem potuerit. Sed ante à Romanis obfessa*

ex triumphorum tabulis constat, condiditque ipsum Gracchum oppidum, quod antea Illuris dicebatur, testatur Festus. L. Postumius Albinus eodem tempore de Vaccæis & Lusitanis triumphum egit. Inde post biennium de Celtiberia Ap. Claudius Centho ovationem, atque hinc xxv. annis fere in pace citeriorem Hispaniam mansisse invenio. Interea cum Lusitanis vario eventu bellatum est, & graviter Romani ab ipsis per arma vexati sunt, & cum Africano quodam duce socios P. Rom. invassissent, Manilius & Calpurnium Pisonem Romanorum duces fuderunt: Mummius horum successor re bene gesta, & cæsis xxv. M. hostiū triumphavit. Mummius Acilius Balbus, Balbo Sulpicius Galba temporum suorum eloquentissimus successit, quem tradunt Hispaniam ulteriorem ex prætura obtinentem xxx. Lusitanorum millibus contra fidem trucidatis Viriathini belli causam extitisse. cetera Florus. Quod ad Celtiberos attinet, iterum contra Romanos belli causas moverunt, Q. Fulvio, T. Annio Coss. anno D C. quia Segida Arevaccum oppidum muris munierant, ac tributa populo Romano pendere recusarant, contra quam legibus pacis cum Graccho

pacti erant, atque res iterum gesta à consule Fulvio Nobiliore, qui bis parum feliciter cum iis pugnavit: hoc bellum M. Marcellus consul excepit, omnesque Celtiberia populos pacavit, & tributum ab iis DC. talentorum, teste Strabone, exegit, & Cordubam condidit. Hunc secutus est Q. Metellus Consul, cui in alterum annum prorogatum imperium est, res maximas gessit, & cum Contrebiam oppugnaret, pulsas præcipiti loco quinque cohortes legionarias eodem protinus subire jussit; facientibusque omnibus in prociuctu testamenta, velut ad certam mortem eundem foret, non deterritus propositio perseverantia ducis, quem moriturum miserat militem, victorem recepit. ita Velleius, Valerius, Frontinus. Metello Quintus Pompejus successit, de quo capite proximo. Cetera Florus, & nos per partes prosequemur. *Stadius.*

*Conferre vires*] Ea pestis & olim & hodie fortissimos populos perdidit. Tacit. Agr. cap. 12. Britanni in commune non consulunt: variis duabus tribusne civitatibus ad propulsandum commune periculum conveniunt, ita dum singuli pugnant, universi vincuntur. Ercinshomius.

Quam



obsessa est, quam se ipsa cognosceret; & sola omnium provinciarum vires suas, postquam victa est, intellexit. In hac prope ducentos per annos dimicatum est, à primis Scipionibus in Casarem Augustum, non continue nec coherenter, sed prout caussa laceſſierant: nec cum Hispanis initio, sed cum Pœnis in Hispania, inde contagio & series caussaque bellorum. Prima per Pyrenæum jugum signa Romana Publius & Cnæus Scipiones intulerunt: præliisque ingentibus Annonem & Asdrubalem fratrem Annibalis ceciderunt: raptaque erat impetu Hispania, nisi fortissimi viri, in ipsa sua victoria, oppressi Punica fraude cecidissent, terra marique victores. Igitur quasi novam integramque provinciam ultor patris & patris Scipio ille, mox Africanus, invasit: isque statim capta Carthagine, & aliis urbibus, non contentus Pœnos expulisse, stipendiariam nobis provinciam fecit: omne citra ultraque Iberum subiecit imperio: primusque Romanorum ducum, victor ad Gades & Oceaniora pervenit. Plus est provinciam retinere,

quam

Quam se ipsa cognosceret ] Equos, elephantes, domari posse ab homine, & a puero regi, merito miraremur, si perfectam virum multoque notitiam iis indulsisset natura. Idem in multis Rebus publicis potest observari, plures enim ideo minus se posse exillimant, quia non exacta satis trutina quantum possint ante examinarunt. Et ob hanc in primis causam non tyranni tantum, sed sæpe etiam Principes in id serio incumbunt ut vires suas subditi, aut illi quos subicere destinant, ignorent. Achæorum concilium dissolutum à Romanis fuisse supra memini. Legiones geminari, & plures eo-

dem loco tendere vetuit Domitianus, Zerecotinus.

Prope CC. per annos. ] In Hispania mutuo multoque sanguine ita per ducentos annos certatum est, ut multis prætoribus, consularibus, imperatoribus, exercitibus cæsis, sæpe etiam contumelia & periculum Romano imperio inferretur. Missi sunt in Hispaniam Cn. & P. Scipiones anno DCCCXXV. eaque demum subacta est imperante Augusto per Agrippam ejus generum anno DCCCXXXV. Sunt itaque ducenti anni intermedii ut Strab. Vellejus, Dio, & alii numerant. *Stadius.*

Plus est provinciam retinere quam

quam facere: itaque per partes jam huc, jam illuc missi duces, qui ferocissimas, & ad id temporis liberas gentes, ideo impatientes jugi, multo labore, nec incruentis certaminibus servire docuerunt. Cato ille Censorius Celtiberos, id est robur Hispaniæ, aliquot præliis fregit. Gracchus, pater ille Gracchorum, eosdem centum & quinquaginta urbium everſione multavit. Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat & ex Celtiberia ferre, qui & Contrebianam & Nertobriges memorabili cepisset exemplo, majori gloria pepercit. Lucullus Turdalos, atque Vaccæos, de quibus Scipio ille posterior, singulari certamine,

Viribus parantur, Jure retinentur. Queritur quibus modis in officio retineri provincia possit. Alii arces extrui, alii colonias deduci, aut arma subditi eripi, aut simul omnia malunt. Ego necesse esse puto, ut provincialium naturam Princeps consideret. Gentes enim aliquæ nisi stricto plane imperio coercerentur, jugum excutiant: alias, quas arces nullæ aut colonie domarent, domat clementia & moderatio rectoris. *Zerecotinus.*

Cato, &c. ] Insigni plane & memorando stratagemate; quadringentis enim simul civitatibus per missos ad singulas nuncios, ut omnes itaro die muros suos demolirentur injunxit: Unde cum sibi tantum id præcipi singulari ceciderent, ne, si in mora essent, non à Romanis tantum, sed etiam à vicinis ac sociis ad id cogerentur, maluerunt parere. *Idem.*

CL. urbium everſione ] Livius 40. 49. c. 111. oppida intra paucos dies in dedicationem accepit. Polybius auctor est everſisse Gracchum ccc. urbes Celtibericas, quod tamen comice exagitat Polidorus apud Strab. lib. 3. pag. 111. in Gracchi gratiam iniquis ab eo turri-

bus urbium nomen inditum, quod nostro quidem sæculo non semel vidimus, cum effugis ducum passim circumferrentur, adjunctis imaginibus locorum quæ cepissent, inter quæ sapius ignobiles vici, aut modica oppidula, sub ingenti titulo conspiciabantur. *Freinshemius.*

Turd. atq. Vac. ] Vaccæi in Celtiberia populi sunt Arevaccis finitimi, à quibus Turduli veteres ad Durium flumen ab occafu habitabant. In Vaccæos sine Senatus consulto & nulla belli legitima caussa L. Licinius Lucullus consul movit, sola avaritia rapiendi & ambitione urgentibus, ut eum accusat Appianus. Caucaorum xx. M. contra deditionis stipulatæ fidem immissis in urbem militibus trucidari iussit. Cum federet ad Interaciam Vaccæorum oppidum, (nec enim illi Romanorum perfidia permittere sese volebant Caucaorum elade perterriti) barbarus quidam ad singulare certamen quemvis Romanorum provocabat: prodiit Scipio Aimilianus tunc quidem tribunus militum, & barbarum confecit, nec enim Scipio opima referre potuit, ut Florus asseverat:

*mine, quum rex fuisset provocatus, opima retulerat. Decimus Brutus aliquanto latius, Celticos Lusitanosque, & omnibus Gallæciæ populos, formidatumque militibus flumen Oblivionis: peragratoque victor Oceanilittore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegii metu & horrore, apprehendit. Sed tota certaminum moles cum Lusitanis fuit & Nymantinis, nec immerito. Quippe solis gentium Hispaniæ duces contigerunt. Fuisset & cum*

omni-

quia ea tantum opima sunt spolia, quæ dux occiso à se hostium duci detrahit. Idem Scipio in oppugnatione Intercitiæ ingens periculum adiit: nam murum primus conscendit, sed Romani à civibus magna vi repulsi sunt, atque cum diu teneret obsidio, fatigatis utrimque partibus, Scipionis Aemilianii fidem Intercitacenses fecuti sese dederunt. *Stad.*

*Decimus.]* Decimo Bruto consuli Lusitania mandata erat, ut eam latrocinii Viriathinorum vexatam ab injuria defenderet: sed eos palantes, cum sese Brutus adipisci posse disideret, arma ad singula ipsorum oppida circumferre decreverat, quod se ita ad suorum defensionem attractos, facilius oppressurum speraret. Duria itaque flumine superato, in Gallæcos, qui Lusitaniz littora à Duria: ostiis & ultra Lethem, sive Limiam, sive oblivionis flumen (hæc enim omnia ejus nomina traduntur) ad Nerium sive Celticum promontorium habitabant, movit. Lx. millia Gallæcorum qui Lusitanis auxilio veniebant, cecidit, asperio sane & difficili bello, tum quia gens bellicosa etiam asperitate montium, quibus includitur, sese tutabatur, ingenti tamen vi hominum urbiumque

numero potitus est: ut non immerito hujus rei causa Gallæcus à gentibus devictis in triumpho ductus fuerit, anno, ut quidam DCXVII. ut alii DCXXI. Decimus autem Brutus hoc bellum gessit post Viriathinum, ita ut hic iterum in tempore sit *avrogæta. Idem.*

*Flumen oblivionis.]* Ferunt inter Celticos & Turdulos, cum fecissent expeditionem eo, Limæo flumine transito, eam seditionem, ad quam cum accessisset dicitur obitus, mansisse illos ibi dispersos, indeque Oblivioni fluvio factum nomen. Strabo lib. 3.

*Non sine quodam sacrilegii metu.]* Scilicet ad Eusebium pag. 134. putida hæc censet & *κατάχρηλα* & videtur sane, nisi forte illorum tueatur Tacitus de mor. Germ. 34. 7. ubi dicit *Sancius ac reverentius visum, de actis divinum credere quam scire.* ideo sacrilegium parte fuisse ait Florus, prægrande illud mysterium coram deprehendere. Quo etiam allusisse videtur exquisitissimus adulator L. Vitellius, qui Cajo percontanti, *vidissetne se cum Læa congrederi? oculis in terram demissis, tremens, veidæ attonitus, exigua voce: solis respondit, Domine, vobis diis licet invicem videre.* Dio lib. 59. fin. *Erinsb.*

Flori-

*omnibus Celtiberis, nisi dux illius motus, initio belli oppressus esset, summus vir astu & audacia, si res cessisset, Salondicus. qui hastam argenteam quatiens, velut cælo missum, vaticinanti similis, omnium in se mentes converterat. Sed quum pari temeritate sub nocte castra consulis adiiisset, juxta tentorium ipsum pilo vigilis exceptus est. Cæterum Lusitanos Viriatus erexit, vir calliditatis acerrimæ: qui ex venatore latro, ex latrone subito dux atq; imperator, & si fortuna cessisset, Hispaniæ Romulus, non contentus libertatem suorum defendere; per quatuordecim annos omnia citra ultraque Iberum & Tagum, igni, ferroque populatus; castra etiam prætorum, & præsidum aggressus, Claudium Vnimanum pæne ad internecionem exercitus cecidit, & insignia trabeis & fascibus nostris, quæ ceperat, in montibus suis trophæa fixit: tandem etiam Fabius Maximus consul oppresserat:*

*Vaticinanti similis.]* Eiusmodi superstitio quantum roboris habeat in animis imperitæ plebis, præter hoc exemplum etiam testimonio sunt Eunus apud notam. infra 3. 19. Sertorius, qui cervam quam mansuefecerat, Dianæ mandata ad se perferre simulabat, apud Plutar. in vita cap. 16. Maricus Bojus apud Tacit. H. 2. 61. *Idem.*

*In montibus suis trophæa fixit.]* Servius ad Æn. 11. Trophæa non figebantur nisi in eminentioribus locis. Ex quo more trophæa arcubus exadificatis in urbibus figuntur. Scilicet ut magis sint conspicua. Sic infra 3. 2. Domitius Anobarbus & Fabius Maximus ipsi quibus dimicaverant locis, saxæis erexere turres, & desuper exornata armis hostilibus trophæa fixere. *Freinsb.*

*Fabius Maximus.]* Omittit Florus Fa-

bium Servilianum prius à Viriato superperatum, & in præruptum locum unde evadendi facultas non erat compulsum fuisse; & tunc honestè omnino pace æquissimis conditionibus inita, controversias omnes, cum ad internecionem ferre potuissent, componere maluisse Hispanos. Verum eventus docuit non bellum eos sed dilationem tantum illius tam iustis pactis redemisse. Cæpio enim Consul variis calumniis natam ex pace obligationem mutuum elevans, id obtinuit tandem, ut Senatus eam vanam & irritam esse juberet: Quo facto statim movit in Viriatum & pacis fiducia securum, ideoque incautum ac tale nihil metuens superavit. Nec his limitibus se continuit iniquissimi hostis perfidia. Missi à Viriato Legati muneribus & pro-

serat: sed à successore Pompilio violata victoria est, quippe qui conficiendæ rei cupidus, fractum ducem, & extrema deditiois agitantiem, per fraudem, & insidias, & domesticos percussores aggressus, hanc hosti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuisse.

## C A P. XVIII. Bellum Numantinum.

**N**umantia, quantum Carthaginis, Capua, Corinthi opibus inferior; ita virtutis nomine & honore par omnibus, summumque sine viros aestimes, Hispania decus. quippe que

missis in caput Domini armati fuerunt, & ut dormientem occiderent, permoti. Legi ægre id tulisse Romanos, sed quod in speciem tantum id præ se tulerint, convincit satis turus & nulla, post tam turpe facinus commissum, pœna affectus Capio. *Zevec*

*Fractum Ducem*] De facinore hoc sic scribit Valer. Maxim. l. 9. 6. *Furiati* cædes duplicem perfidiam accusationem recepit: in amicis, quod eorum manibus inireptus est: in Q. Servilio Cæpione consule, quia is sceleris hujus auctor impunitate promissa fuit: victoriamque non meruit, sed emit;

*Numantinum.*] Arevaces Celtiberix populi Segidam muris contra fœdera cum Graccho percussa muniabant, quare Fulvius Nobilior consul in eos ex S. C. movit eum xxx milium exercitu. Segidani non audebant sese urbi nondum satis firmæ includere: fugiunt, & Carum ducem sibi deligunt, qui Fulvium vicit: sed dum incautus in dispersos fuga Romanos

peccavit Capio, peccarunt Romani. *Zevecot.*

*Domesticos percussores*] Amicos Viriati, quos pro pace consequenda miserat. quod item Metellus imitatus est, apud Sallust. Jug. Vergentibus jam populi Romani moribus. Prius enim nimis Romana æs putabatur, fraudæ dolus. Hinc cum Q. Marcius gloriaretur decepto per inducias & ipse pacis Perse, *vetores, & moti anteaq. memoris, negabant, se in ea legatione Romanas agnoscere artes.* Insidias hujusmodi *degentres* vocat Tacitus l. 19. *Freinsb.*

provehitur, Cerus occiditur. Segidenses dissipati fugiunt, quos Numantini ut socios & consanguineos excipiunt, & Fulvium ad Numantiam morientem exercitum fortiter profugantibus quatuor millibus Romanorum: & hinc hujus belli causam repetit Fulvius: atque cum Fulvius consul cum L. Annio fuerit anno d. c. debellatum sit cum Numantinis à Scipione A. m. l. anno

sine muro, sine turribus, modice edito in tumulo apud flumen Durium sita, quatuor millibus Celtiberorum, quadraginta millium exercitum, per annos quatuordecim sola sustinuit; nec sustinuit modo, sed sævius aliquanto perculit, pudendisque fœderibus affectit. Novissime quum invictam esse constaret, opus quoque eo fuit, qui Carthaginem everteret. Non temere, si fateri licet, ullius causæ belli injustior. Sed *gedenses*, socios & consanguineos, Romanorum manibus elapsos exceperant. habita pro eis deprecatio nihil valuit. quum se ab omni bellorum contagione removerent, in legitimi fœderis pretium jussi arma deponere. Hoc sic à barbaris acceptum, quasi manus abscinderentur. Itaque statim, Megara fortissimo duce, ad arma conversi, Pompejum prælio aggressi, fœdus

anno d. c. x. recte colligit Strabo, bellum hoc cum Numantinis gestum esse annis viginti. *Stad.*

*Sine muris*] Nec enim est magnus murorum usus ubi bus cum viris vincendi gnaris, Plut. Symp. 2. 5. Sic ad hoc quoque caput pertineat quod Strabo lib. 3. ait: *Quosdam eorum qui ad Durium amnem accolunt, Læconica uti vite ratione.* Nam Sparta sine muris, ad Antigonum usque, si credimus Justino 14. 5. *Freinsb.*

*Segidenses, &c.* Cum Thebas diruisset Alexander, Atheniensibus quoque, quorum, teste Aristide, propria laus erat ut omnibus undique infelicitibus per fugio ac solatio essent, quia contra interdictum portas refugiis profugorum aperuerant, bellum indicit. Unde quæri potest an supplices & profugos excipere ac securos præstare quis possit? Exemplorum varietas inducit me ut credam, dependere maxi-

me à viribus & voluntate eorum ad quos supplices confugerunt. *Zevec.*

*Pompejum*] Q. Pompejum novus homo & primus de sua gente ad consulatam promotus, in citiore Hispania Q. Metello successit, & extrema hieme ad Numantiam castra posuit: sed inopinata Numantinorum eruptione & frequenti clade fatigatus, adhuc gravissimo exercitus sui morbo fractus, frumentationeque ob hostium ferociam interclusa coactus solvere obsidionem, cum Numantinis ita pacificior, ut darent obsides, traderent, per fugas & xv. talenta penderent. Eam pacem Senatus irritam esse jussit, missusque successor Pompejo Popillius Lenax proconsul, dum scalis oppidum aggredi frustra conatur, recipientem se ac suos revocantem & aversum eruptione facta Numantini adorti sunt, & fuderunt fugaruntque. *Stad.*

*sedus tamen maluerunt, quum debellare potuissent. Hostilium deinde Mancinum. hunc quoque aspiduis cadibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quisquam sustineret. Tamen cum hoc quoque sedus maluere, contenti armorum manubiis, quum ad internecionem servare potuissent. Sed non minus Numantini, quam Caudini illius fœderis flagrans ignominia ac pudore populus Romanus,*

*Fœdus tamen maluerunt.* ] Prudenter. Nota erat Numantinis Romanorum potentia, nec ab unius exercitus clade pendere illorum exitum. Consuluisse sibi forte Carthaginenses, si, quod sapientiores optabant, cum afflictis post Cannensem diem Romanis æquis conditionibus pacem inissent. Illam ipsam nempe fortunam, qua aspirante res tam prospere gestæ erant, vereri eos oportebat. *Zerec.*

*Cum debellare potuissent.* ] Summa conditionum æquitas, maximæ iniquitatis Romanos accusat. Sed raro ulla fœderum aut pacis inpelex eo religio est, quos non nisi inexplebilis imperandi libido ad bellandum accendit. Omnes ideo quibus cum talibus negotium est, non in pactis sed in armis spem habere oportet. Si possint debellare adversarios, non differant, sed animosè id agant. Parcere perfidis, & post acceptum beneficium non minus quam antè nocituris, dementia est. *Idem.*

*Hostilium.* ] C. Hostilius Mancinus consul in Hispaniam citeriorem iturus terrebarat prodigiis: obnuntiabat pullarius pullos è cavea emissos in proximam silvam avolasse; vox fortuita & certa, Mancine mane, excepta erat: anguis etiam in navi reperitus è manibus elapsus est. Victus itaque, & cum exercitu xxx. millia fugatus à Numantinorū iv. millibus & in castris suis obsessus,

ignominiosam pacem facere coactus est, quam contumeliosa deditioe sua quia senatus ratam esse noluit, infirmaret: ita ut numero prodigiorum numero calamitatum exæquaverit. Fœdera enim (quæ proprie tamen sponsiones, teste Livio, sunt dicenda) si qua ab imperatoribus populi Romani non consulto Senatu aut sine jussu populi cum hoste facta erant, eorum qui fecerant deditioe infirmabantur, & populus Romanus religionis fœdere extolvebatur, ita etiam in Caudina pace factum esse, libro i. cap. xvi. scripsimus. Mancinus itaque nudus à P. Furio Philo consule manibus post tergum revinctis ante portas Numantinorum expositus, ibique in noctem à suis defectus, ab hostibus non receptus, tristi spectaculo utrisque commiserationem movit. Romani hac Mancini deditioe cum sese satisfecisse fœderi crederent, Calpurnium Pisonem, consulem miserunt, qui novam cladem accepit exercitui ejus oppresso. Atque hæcenus sex Coff. sex exercitus consulares ab unius & exiguæ urbis præsidio nihil præter contumeliam & calamitatem retulerunt: magno sane documento, si Hispaniæ duces contigissent, si ipsa antequam vires suas nosset, oppressa non fuisset, nunquam Romano imperio servitutam fuisse. *Stad.*

*Ne oculos, &c. ji.* Non ausi appropinquare Numantinis. *Freinsh.*

*nus, dedecus quidem præsentis flagitii, deditioe Mancini expiavit: ceterum duce Scipione, Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem excanduit. Sed tunc acrius in castris, quam in campo, nostro cum milite, quam cum Numantino, præliandum fuit. Quippe aspiduis & injustis & servilibus maxime operibus attriti, ferre plenius vallum, qui arma nescirent, luto inquinari, qui sanguine nollent, juebantur. Ad hoc scorta, calones, sarcinæ nisi ad usum necessaria, amputantur. Tanti esse exercitum, quanti imperatorem, vere proditum est. Sic redactò in disciplinam milite, commissa acies: quodque nemo visurum se unquam speraverat, factum est, ut fugientes Numantinos quisquam videret. Dedere etiam sese volebant, si toleranda viris imperarentur. Sed quum Scipio veram vellet & sine exceptione victoriam, & necessitatum compulsus, ut destinata morte in prælium ruerent, quum sese prius epulis, quasi inferiis, implevissent, carnis semicrude, & celiæ: sic vocant indigenam ex frumento*

*potio-*

*Tanti esse exercitum &c.* ] Confessi id etiam sunt Numantini. rogari enim post cladem an non pudore suffunderentur, quod ab iis superati essent, quos ipsi ante toties superarant: Respondērunt, fateri se easdem esse oves, sed alium nis præesse pastorem. *Zerec.*

*Si toleranda viris imperarentur* ] Merebatur id eorum virtus, merebatur toties jam repetita clementia, qua, nisi flexis victis Romanis pepercissent, nunquam fortasse superari potuissent. Sed nimio triumphandi desiderio abruptus Scipio perpendere neglexit, quanta perficacia in hostem, tanta be-

nescientia adversus supplices utendum esset magno Imperatori. Nec consideravit exitus bellorum esse incertos, & quamvis fortuna faverit, potuisse tamen eam non favere. *Idem.*

*Epulis, quasi inferiis* ] Passim animadveras hunc morem apud nostrum 4. 2. 4. 12. & Tacit. 2. 31. Rationem reddit Solomon proverb. 31. 6. & Livius 26. 14. *Ne alienentur mentes ab imminenti sensu mali.* Freinsh.

*Celiæ* ] Cerevisiæ, ut fere vocatur, genus. Vide late de hac re Hadrianum Junium animadversionum 2. 12. Plin. 14. 22. fin.

potionem. Intellectum ab imperatore consilium: itaque non est permessa pugna morituris. Quum fossa, atque lorica, quatuorque castris circumdatos, fames premeret; ab duce orantes prælium, ut tanquam viros occideret, ubi non impetrabant, placuit eruptio. sic conserta manu plurimi occisi: & quum urgeret fames, aliquantisper inde vixere. novissime consilium fugæ sedit: sed hoc quoque, ruptis equorum cingulis, uxores ademere, summo scelere, per amorem. Itaque deplorato exitu, in ultimam rabiem furoremque conversi, postremo mori hoc genere destinarunt: duces suos, seque, patriamque, ferro & veneno, subiectoque undique igne peremerunt. Mactæ fortissimam, & meo iudicio beatissimam in ipsis malis civitatem! asseruit cum fide socios, populum orbis terrarum viribus fultum, sua manu, atate tam longa, sustinuit. Novissime, maximo duce oppressa civitas, nullum de se gaudium hosti reliquit. *Virus enim vir*

## Numan-

Non est permessa pugna morituris] Prudenter, cum desperatis enim pugnare, nihilo sanioris sit, quapropter it sedulo caverunt duces. Agefilus pugnare ob hanc causam noluit, cum Messeniis, & cum Thebanis. Locris certe à Crotoniatis pugnare coactis, non alia causa victorie fuit, quam quod desperaverunt. Justin. 20. 3. Freinsh.

Tanquam viros] Nam ille aliter percipiendi modus, vilissimos fortissimosque non distinguit. Senferunt hoc Alexandri milites cum quereventur clavissimum regem non in acie saltem, non ab hoste dejectum sed abluentem aqua corpus erectum esse. Curt. 3. 5. Idem.

Inde] Hoc est, ex cadaveribus occisorum. meminit Val. Max. 7. 6. 2. *ext. capta jam urbe complures inventos,*

artus & membra trucidatorum corporum suis suis gestantes. Idem.

Hoc genere] Theogenem quendam huius facinoris authorem facit Val. Max. 3. 2. 7. ext. Vide & Senec. de ira 1. 11. Simili furore à victorum potestate se suaque vindicantur Abideni, apud Polyb. 16. 16. *Astapenses*. Liv. 28. 22. *Cantabri*, infra 4. 12. *Cephalodæces*. Justin. 13. 6. *Carthaginensis* Florus 2. 15. Val. Max. 3. 2. 8. ext. *Cimbicæ femina*. infra 3. 3. *Gallicæ quædam gens*. Oros. 5. 14. & plurimi alii. Freinsh.

Hosti reliquit.] Appianus tradit Scipionem, quinqueaginta ad triumphum selectis qui esserata maxime specie essent, reliquos sub corona vendidisse. At hic fortitudinem Numantinorum ex Scipionis maximi imperatoris concessio-

Numantinus non fuit qui in catenis duceretur. Præda, ut de pauperibus, nulla: arma ipsi cremaverant, Triumphus fuit tantum de nomine.

## CAP. XIX.

**H**ætenus populus Romanus pulcher, egregius, pius, sanctus, atque magnificus. Itaque reliqua seculi, ut grandia æque, ita vel magis turbida & fœda; crescentibus cum ipsa magnitudine imperii, vitiis: adeo ut si quis hanc tertiam ejus atatem transmarinam, quam ducentorum annorum fecimus, dividat; centum hos priores, quibus Africam, Macedoniam, Siciliam, Hispaniam domuit, aureos (sicut poetæ canunt) jure meritoque fatea-

confessione deprehendere licet. Obsecros enim & veluti indagine clausos fame quos armis non poterat, fregit, intra annum atque tres menses quam eo venerat, teste Vellejo lib. 2. Stad.

Virus enim vir &c.] Dissentit Stra-

bo lib. 3. & Appianus: sed à nostro fiat Veget. 3. Sic Tac. 1. 25. præcipiam ipsi fortissimarum legionum curam, quibuscumque tot bella toleravisset. De triumpho Scipionis Plin. 33. 11. Freinsh.

**P**ius, sanctus, &c.] Aequissimis legibus temperata fuit Respublica. plebe in honorum & conjugiorum societatem admittit, à Pyrrhi regis bello usque ad tertium bellum Punicum: ex quo tempore præclara illa & ad omnis posteritatis memoriam illustra abilitas, modestia, fortitudinis, civilis denique concordie exempla edita sunt: tum enim Fabricii, tum Curii vigerunt; cum Metelli, Fabii, Marcelli, Scipiones, Paulli floruerunt, quorum ut excellentiam in bello animi magnitudinem ac justitiam, ita incredibilem in pace justitiam ac moderationem merito admirareris & coleres. Post autem veteri jam labante ditissima, moribus quoque ad levitatem

& ambitionem nimiam inclinatis, luxuria & avaritia grassantibus: sensim Reipub. consensus tentatus atque labefactus, & injusta tandem populi dominatione eversus est: cum namque Gracchi, Sarurninus, Drusus furiosi & amentes tribuni plebis partim agrariis, partim judiciariis legibus ferendis, ut ita sibi plebem obstringerent, ejusque potentiam supra optimatium efferrent, perturbarent. Atque hinc jam factionum & partium studia gliscere, seditionum & civilium bellorum incendia grassari incipiunt, quousque nuntia claudibus lanata Respublica, ab unius dominatione in æternum servitium oppressa est. *Stadius.*

fateatur : centum sequentes, ferreos plane & cruentos, & si quid immanius : quippe qui Iugurthinis, Cimbricis, Mithridaticis, Parthicis bellis, Gallicis atque Germanicis, quibus cælum ipsum gloria ascendit, Gracchanas, Drusianasque cædes, ad hoc Serviliabella miscuerunt : & ne quid turpitudini desit, Gladiatoria. Denique, in se ipse conversus, Marianis, atque Sullanis, novissime Pompeii, & Caesaris manibus, quasi per rabiem, & furorem, & nefas, semet ipse laceravit. Quæ etsi involuta inter se sunt omnia atque confusa : tamen quo melius appareant, simul & ne scelera virtutibus obstrepant, separatim profertur : priusque, ut cæpimus, iusta illa, & pia cum exteris gentibus bella, memorabimus : ut magnitudo crescentis in dies imperii appareat. tum ad illa civium scelera, turpesque & impias pugnas revertemur.

## CAP. XX.

## Bellum Asiaticum.

**V**icta ad Occasum Hispania, populus Romanus ad Orientem pacem agebat; nec pacem modo, sed inusitata & incognita quadam felicitate, relicta regis hereditatibus opes, & tota insimul regna veniebant. Attalus rex Pergamenorum, regis Eumenis filius, socii quondam commilitonisque nostri, testamentum reliquit : Populus

Roma-

**T**estamentum. ] Non impium tantum hoc testamentum, sed etiam nunquam ab Attalo factum, & à Romanis fictum fuisse scribit ad Arfacem

Mithridates. *Sil. frag.* Quid actum sit ignoro. Hoc scio à bono patre non scribi heredem nisi malum Principem. Non enim ullus existimet parentes ex-

hære-

Romanus bonorum meorum hæres esto. in bonis regis fuerant. Adita igitur hereditate, provinciam populus Romanus, non quidem bello, nec armis; sed, quod est æquius, testamenti jure retinebat. Sed hanc, difficile dictu est, utrum facilius amiserit, an recuperaverit. Aristonicus regii sanguinis ferox juvenis, urbes regibus parere consuetas, partim facile sollicitat: paucas resistentes, Myndum, Samon, Colophonem, vi recepit. Crassi quoque prætoris cecidit exercitum, ipsumque cepit. sed ille memor & familie, & Romani nominis, custodem sui barbarum vir-

gula

heredare sponte liberos suos, ut ditent alienos. Tales quos hæredes sic aut legatarios scribunt non amare se sed timere demonstrent; & injuriam quam in suis à morte verentur odiosa & contra liberalitate conantur redimere. Zevecot.

*In bonis regis fuerunt* ] Larga quidem & liberali interpretatione Romanorum. nam aliter secus videri possit; ut privatum tantum instrumentum intellexerit Attalus. Regna enim nisi quæ aliquis acquisiverit armis, regum ita non esse videntur, ut in externos transmitti possint, absque consensu populi. Eodem tamen modo postea Romanis legata dicuntur regna: Ægypti. apud Cicer. de L. Agrar. Bithynic. Vellei. 2. 4. Cappadocic. Jordan. de success. regn. cap. 57. &c. *Freinsb.*

*Aristonicus.* ] Aristonicus Eumenis, cui Attalus successerat, ex pellice filius, Asiam ut paternum regnum multorum regum opibus & favore adjutus invadit. P. Licinius Crassus consul & Pontifex Maximus extra Italiam, quod nunquam antea factum fuerat, profectus, prælio inordinata acie cum Aristonico ad Leucas commisso victus & captus, inde à barbaro in sui cædem

propritate occisus est. Caput Aristonico oblatum, cadaver Smyrnæ sepulchrum est. *Stad.*

*Crassi* ] Hujus tria nomina apud Livium Epit. 59. 2. P. Licinius Crassus; quartum Mucianus apud Gellium 1. 13. Hunc omnes esse putant Crassum, quem in Chronicis consulem invenies scriptum an. v. c. DCCXXIII. Crassus ille qui in Asiam consul venerat, fortasse insequenti anno, qui M. Perperna habuit consulem, non jam consul, sed procos. aut prætor, cæsus fuit, ante quam Perperna in Asiam pervenisset, ei in illa provincia successurus. Vellejus enim quando hunc Crassum procos. cæsum dicit, addit decedentem ex Asia. *Vinctus.*

*Familie* ] Non tam adoptiva, quam agnata, Mucia nimirum, unde Mucianus appellatus est: solebant enim Romani adoptantis quidem adsumere nomen, sed & suæ familiæ retinere, quamvis aliquantum deflectum. *Freinsb.* M. Perperna, qui consul fuit antequam civis, Crasso in Asiam successit: hic Aristonicum recenti victoria grassantem & exultantem inopinato prælio aggressus fudit & in fugam vertit, atque Stratonicen, qua ex fuga Aristonicus

*gula excecat. in exitium sui quod volebat, ita concitat. Mox à Perperna domitus, & captus, & per deditioem in vinculis habitus. Aquilius Asiaticibelli reliquias confecit, mixtis (nefas!) veneno fontibus ad deditioem quarundam urbium. Quæ res ut maturam, ita infamem fecit victoriam: quippe quum contra fas deum moresque majorum, medicaminibus impuris, in id tempus sacrosancta Romana arma violasset.*

stonicus receperat, obsedit, fameque eum ad deditioem coëgit. Perperna Pergami ex morbo, antequam de bello confecto triumpharet, mortuus est. *Stadius.*

*Aquilius*] Manius Aquilius consul Perpernae successor, ordinata cum decem legatis provincia Atalicas gazas Romanam deportavit, & de victoria alterius labore parta, & capto Aristonico triumphavit; Aristonicus in carcere jussu Senatus strangulatus est. Aquilius ante triumphum ordinasse provinciam Asiam, eamque magnis multisque vectigalibus & servitute quoque multasse constat: denique post triennium lege Sempronia tribunicia, in-

LI-  
certum vectigal, utpote, quod à Cenforibus Romæ locaretur Asia fuisse impositum; quod in decimis, portoriis, scripturis exercerent, ex Verrinis actionibus manifestum est: eandem, tanta proventuum copia nobilem extraordinariis tributis frequenter fuisse vexatam, ex Cicero, tum ex impotentis Antonii Triumviri tyrannide constat. *Idem.*

*Vento*] Sic cum Cyrrham oppugnarent Amphictyones, aquæ ductum, quem repererant injecto in eum elleboro infecerunt, unde ventris profusio necit pene obessis facilem victoriam obtinuerunt. *Zerec.*

*Iugur-*



## LIBER TERTIUS.

### C A P. I.

#### Bellum Iugurthinum.

**H**Æc ad Orientem, sed non ad Meridianam plagam eadem quies. Quis speraret post Carthaginem aliquod in Africa bellum? Atqui non leviter se Numidia concussit: & fuit in Iugurtha, quod post Annibalem timeretur. Quippe rex callidissimus populum Romanum armis inclutum, & invictum, opibus aggressus est: & citra spem omnium fortuna cessit, ut rex fraude præcipuus, fraude caperetur. Hic avo Masinissa, Micipsa patre per adoptionem, quum interficere fratres statuisset, agitated regni cupiditate, nec illos magis, quam senatum populumque Romanum, quorum infide & clientela regnum erat, metueret: primum scelus mandat insidiis: potitusque Hiempsalis capite, quum se in Adherbalem convertisset, isque Romam profugisset, missa per legatos pecunia traxit in sententiam

**I***ugurtha*] Iugurtha ex pellice Manastabilis filius, Massanise nepos erat, quem Micipsa Numidiae rex Scipioni Aemiliano rem cum Numantinis gerenti auxilio misit, cumq; ibi res magnas feliciter & fortiter gessisset, cas-

que Scipio litteris etiam ad Micipsam datis testaretur, rex eum, etsi Adherbalem, & Micipsam filios haberet, tamen in filium adoptavit, atque dum suis tutorem & patronum hoc beneficio sibi demereri parat, percussorem in suos immisit. *Stad.*

tentiam suam Senatam. Et hæc fuit de nobis ejus prima victoria. Missos deinde, qui regnum inter illum Adherbalemque dividerent, similiter aggressus, quum in Scauro ipsos Romani imperii mores expugnasset, inchoatum nefas perfecit audacius. Sed diu non latent scelera. corruptæ nefas legationis erupit: placuitque bello persequi parricidam. Primus in Numidiam Calpurnius Bestia Consul immittitur: sed rex, peritus, fortius adversus Romanos aurum esse quam ferrum, pacem emit. Cujus flagitii reus, quum interveniente publica fide à senatu accerferetur, pari audacia & venit, & competitorem imperii Massinissæ Massivam immisso percussore confecit. Hæc altera contra regem fuit caussa bellandi. igitur sequens ultio mandatur Albino. Sed hujus quoque (pro dedecus!) ita corrumpit exercitum, ut voluntaria nostrorum fuga vinceret Numida, castrisque portiretur, addito turpi fœdere in pretium salutis, quem prius emerat, exercitum dimisit. Eodem tempore in ultionem non tam imperii Romani, quam pudoris, Metellus assurgit: qui callidissimum hostem

nunc

Hujus quoque, &c. Jugurthæ summa calliditate modo arma leviter obtinendo, modo pacis ac deditiōnis mentionem injiciendo tam diu ludificatus fuit Albinus, donec is ob instantia comitia Romam rediens, exercitum fratri Aulo commisit. Sperabat enim se interea temporis Romanos milites partim cum improvido duce in loca insidiosa pellicere, & ad quaslibet conditiones cogere vel trucidare. Nec spes eum fessellit: cum enim jam plurimos Romanorum favere sibi sciret, fugam simulavit, quam cum veram esse falso

Aulus credidisset, per saltuosa loca eum temere persequens, victus, subjugum missus, & infra decem dies universa Numidia exercitum deducere jussus fuit. *Zever.*

*Metellus assurgit.*] Hic adversus divitias invictum animum gerens cum veteri exercitui diffideret, quem partim pecunia, partim licentia ac lascivia sine imperio & modestia habitum corrumperat, alium etiam conscripsit, traditque sibi ab Albino milites majorum prius disciplina laborare coegit quam attingeret bellum aut in Numidiam

moveret,

nunc precibus, nunc minis jam simulata, jam quasi vera fuga eludentem, artibus suis aggressus est. Agrorum atque vicorum populatione non contentus, in ipsa Numidia capita impetum fecit, & Zamam quidem frustra diu voluit; cæterum Thalam, gravem armis, thesaurosque regis, diripuit. Tunc urbibus exutum regem, & jam finium suorum, regnique fugitivum, per Mauros atque Getuliam sequebatur. Postremo Marius auctis admodum copiis, quum pro obscuritate generis sui capite census sacramento adegisset, jam fessum & saucium regem adortus, non facilius tamen vicit, quam si integrum & recentem. Hic & urbem Herculi conditam Capsam in media Africa sitam, anguibus arenisque vallatam,

mira

moveret: post Jugurthæ pacem oranti, & præter suam liberorumque vitam omnia tradere parato, quod postulabat neque abnuic neque promissit, ac in caput domini Legatos multis pollicitationibus excitavit: quod omnino illicitum, & impium. *Idem.*

*Numidia capita.]* Cum animadvertisset Metellus, nolle æquo loco pugnare Jugurtham, sed per saltuosa tantum & suspecta proficiscentem, expectare occasionem; ut eum suis succurrere cogeret, Zamam obsedit. Sic etiam hodie sæpe bella geruntur. Ut vel urbem obsessam hostis deferere, vel ex opportunis quæ insedit locis recedere cogatur, alio se vertit adversarius, & quæ illi charissima esse cognovit invadit aut vastat. *Idem.*

*Census.]* Servium regem distinxisse ex censu populum Romanum, hoc est, ex facultatibus in sex classes, primo lib. expositum est, ita ut tenuissimum quemque civem in sextam classem ultimamque censeret: quam ut ab omni

onere publico, immunem esse voluit, ita à militia eandem & honoribus exclusit. Estque ea classis divisa in Proletarios & capite census. Proletarii, ut qui proli tantum procreandæ operam darent, censumque MD. aris haberent. Capite census, quorum nomina tantum veluti numero in censorias tabulas relata erant, & CCC LXXV. aris censentur. Hos Marius consul (quia ipsorum opera potissimum usus hominibus, ad magistratum curulem commendatus erat) primum hoc bello in legiones Romanas novo exemplo adscripsit. Ipseque Marius, teste Festo, primus legionem sex millium peditum conscripsit, non ex Senatus decreto, sed ex suo consilio. Legio enim antea, prout usus Reipubl. postulabat, & ex Senatus arbitrio, modo quatuor, modo quinque millium scribebatur. *Stadius.*

*Anguibus arenisque.]* Solitudo munimenti locum obinet, dum hostilem asperitatem superare non posse præsumitur



*mira quadam felicitate superavit: & saxeo inditam monti Mulucham urbem, per Ligurem, aditu arduo inaccessoque, penetravit. Mox non ipsum modo, sed Bocchum quoque Mauritania regem, jure sanguinis Numidam vindicantem, apud oppidum Cirtam graviter cecidit. Qui ubi, diffusus rebus suis, alienae cladis accessio fieri timet, pretium fœderis, atq; amicitiae, regem facit. Sic fraudulentissimus regum, fraude fœderis sui in insidiis deductus est, & Sulla in manum traditus; tandemque opertum catenis Lu-*

fumitur. Inde Mithridates apud Just. 3. Scythia præter arma, virtutemque animi locorum quoque solitudinibus, vel figoribus instructa. Gruter. Plinius pan. Germaniam veterem prope infinita vastitate interiacentis soli muniti divimique dicit. Herodian. l. 2. scribit. Imp. Augustum munivisse imperium, cū aliis rationibus, tum ἐξ ἧρας ἡγ' ἔξ' ἰσοβάρων. terra deserta & ægre pervia. Freinsheimius.

*Mulucham urbem* ] Fluvius est Mulucha apud Plinium s. 2. Molochat urbs apud Ptolemaum, quæ non satis mihi liquet, an sit hujus auctoris Mulucha. Quæ autem locum Marius Liguricus opera cepisse bello Jugurthino legitur, eum Sallustius castellum appellat, non longe a flumine Mulucha in monte saxeo situm. Vinetus.

*Jure sanguinis* ] Etenim & ad finitatis jure obtineri auxilia, jus & fas auferat. Justin. l. 5. 3. 1. In transitu hortatus Theffalos fuerat, beneficiorumque Philippi patris, maternæque suæ cum his sub Eacidarum gente necessitatis admonerat. Cupide hæc Theffalis audientibus. Hinc intelligenda illa Suetonii Julio, l. 1. Corneliam Cinna IV. Cos. filiam duxit uxorem; ex qua illi mox Iulia nata est. neque ut repulsiaret illam compelli à dictatore Sulla nullo modo potuit, quare & sa-

cerdotio, & uxoris dote, & gentilitiis hereditatibus multatus, diversarum partium habebatur. Scilicet quia Cæsar admittis erat Cinna, adversario olim Sullæ, putabatur item alienus futurus ab eodem Sulla. Grut.

*Catenis.* ] Jugurtham cum duobus filiis Martus triumphum duxit, teste Plutarcho: atque Jugurtha in carcerem post triumphum tractus, nudusque in baratrum conditus est, ibidemque sex dierum fame contabuit, suspensum semper spe vitæ spiritum trahens: ut ita manibus fratrum, quos seclerate enecaverat, egregie parentaret. Numidia hoc bello in provincia formam redacta non est, ut quidam scribunt: observo namque Numidiam regibus P. R. sociis quatuor fuisse donatam Hiempsali, qui Marium exsulum fovit: teste Plutarcho, Hiarbe, qui quod Marianas partes adjuverat, Sullæ aspiciens per Cn. Pompeum victus & captus est, qui Numidiam cum Genalia Hiempsali (ut Cicero in Agraria testatur) tradidit. Hiempsali Juba filius successit, quem Cæsar (quod Pompei partes sequeretur) profugavit, vicem Numidiamque occupavit, & provinciam fecit, ita Hirtius & Dio; Crispumque Sallustium ei primum præfecit. Suet.

Allob.

*Jugurtham in triumpho populus Romanus aspexit. sed ille quoque, quamvis victus, & vincetus, vidit Urbem; quam venalem, & quandoque perituram, si habuisset emptorem, frustra cecinerat. Tamen ut venalis fuisset, habuit emptorem: & quum ille non evaserit, certum erit eam non esse perituram.*

## CAP. II.

## Bellum Allobrogicum.

**S**ic ad meridiem populus Romanus. Multo atrocius, & multipliciter & magis à Septentrione scivitum. Nihil hac plaga infestius. Atrox cælum, perinde ingenia. Omni igitur tractu violentus hostis, à dextris atque laevis, & medio Septentrionis, erupit. Prima trans Alpes

**A**llobrogicum. ] Quatuor Transalpinæ Galliarum populi contagione quadam vicini belli à Salybis arma fumpserunt. Salyes in Massilienses ab ortu proximæ, & populi Romani socios atrocissima exercebant; eam injuriam armis vindicant Romani. Salyes autem, Arvernos, Rutenos, Allobroges, qui ut potentissimi huic bello nomen fecerunt Allobrogicum, ita postremo à Fabio Maximo victi sunt. Salvii per Fulvium consulem afflicti, per C. Sextium Calvinum consulem debellati sunt eo loci, ubi & coloniam Sextius ab aquarum copia, & de suo nomine Aquas Sextias dicitur, haud longe supra Massiliam condidit anno dcxxx. Elapsum ex ea pugna Teutomalum Salviorum regem Allobroges recipiunt & protegunt, & Æduorum populi R. fociorum agros devastant, quare bellum in se convertunt, & ipsi focios Avernos quoque armant contra Ro-

manos. Cn. Domitius Ahenobarbus consul elephantis in prælio usus, ex ipsorum exercitu ad Vindalium urbem, ubi Sulga & Rhodanus conflunt, xx. millia cecidit, ut. millia cepit Q. Fabius Maximus consul, Arvernos, Rutenos, & Allobroges apud Isaram fluvium prælio congressos ante diem vi. Idus Augusti fudit, cxx. millia Gallorum, ut Plinius & Appianus numerant, occidit. Bituitum sive Betultum (ut nomen ejus in fragmento marmoreo legitur, quod anno M D. LXXII. erutum est) Arvernorum regem captum in triumphum duxit: ipse à gente devicta Allobrogicus dicitur: quem gens Fabia sibi adoptaverat: eo bello Narbonensis Gallia in provinciæ formam redacta est, ut Cæsar libr. 7. testatur. *Stadius.*

P

Incur-

Alpes arma nostra sensere Salyi; quum de incurfionibus eorum fidiſſima atq; amiciſſima civitas Maſſilia quereretur. Allobroges deinde, & Arverni, quum adverſus eos ſimiles Eduorum querelæ opem & auxilium noſtrum flagitarent. Varus quoque victorie teſtis, Iſara & Vindelicus amnis, & impiger fluminum Rhodanus. Maximus barbaris terror elephantum fuere, immanitati gentium pares. Nil tam conſpicuum in triumpho, quam rex ipſe Bituitus, diſcoloribus in armis, argenteoque carpento, qualis pugnaverat. Vtriusque victorie quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc exiſtimari poteſt, quod & Domitius Enobarbus, & Fabius Maximus, ipſis quibus dimicaverant in locis, ſaxeis erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus trophæa fixere: quum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim populus Romanus, hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit.

## CAP.

*Incurſionibus* [ Vicini quippe erant, & præter ſolita inter accolæ odia, antiquitus hoſtes. vide Livium 5. 34. Talibus autem de cauſis Romani pluries bella ſumpferunt. vide infra 3. 10. *Freinshemius.*

*Allobroges.* ] Allobroges cis Rhodani ripam ab ortu habitabant ad Juram montem & Lemannum lacum: iis Ruteni propius mare dextrum latus claudebant, Arverni verſus ſeptentrionem ſiniſtrum: ultra Arvernos Ædui, erant. Salyii vel Salyes, primi Gal-

lorum ultra Varum incolabant, juxta Nicæam. *Stadius.*

*Trophæa.* ] Trophæa appellantur ſpolia fixa in ſtipitibus, teſte Nonio: inde etiam monumenta victoriæ erigi cepta ex marmore ſaxoque in jugis montium, & editioribus locis. Erecta hæc trophæa juxta Cemmenum montem ad conſluentem Iſaræ & Rhodani. *Stadius.*

*Exprobravit.* ] Ut jugum patientius ferrent. vide Juſt. lib. ix. 4.

Cimbri

## CAP. III.

## Bellum Cimbricum, Theutonicum, ac Tigurinum.



*Cimbri, Theutoni, atque Tigurini, ab extremis Germaniæ profugi, quum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto orbe querebant exclusisque Gallia & Hispania, quum in Italiam regyrarent, misere legatos in castra Silani, inde ad senatum, petentes, ut Martius populus aliquid sibi terræ daret quasi stipendium:*

cæte-

*Cimbri.* ] Cimbrici ex Cimbrica Germaniæ Cherſoneſo & Teutoni per Galliam ab Oceano in Illyrium profecti irrupunt anno DCXL. Cn. Carbonem conſulem. cui ea provincia venerat, ad Norbejam oppidum cum exercitu occurrentem, acie fundunt & proſtigant. Arma inde in Gallos, qui Romanis nondum patebant, & Hispanos convertunt: à quibus repulſi adverſus M. Junium Silanum conſulem ob cauſas à Floro enumeratas movent, quem congreſſum magna calamitate fundunt fugantque. Inde M. Scaurus contra illos in Galliam miſſus tertiam cladem accipit. Scauro Craſſius Longinus conſul ſuccedit, qui à Tigurinis in ſinibus Allobrogum cum L. Piſone legato ſuo & exercitu caſus eſt. Hujus ſucceſſor Q. Cæpio cum Teutoſagibus Gallis ſive Tolofanis bellum facit, theſaurumque Tolofanum è templo Apollinis diripit, auri cx. millia librarum, argenti libras quinque decies centena millia, atque hujus ſacrilegii poenas paulo poſt à Cimbris victus diſſe putatur. Cæpionis proconſuli inde cum C. Manilio conſule prorogatum in Gallia imperium eſt, qui dum

inter ſe privatis odiis certant, exercitum quoque & provinciam inter ſe partiuntur: atque ita à Cimbris, quibus Theutoni, Ligurini & Ambrones ſefe conjunxerant, magna clade pridie No. Octobris & miſerabili viſti ſunt: in eo enim prælio M. Aurelius conſularis caprus, & paulo poſt occiſus eſt, duo filii conſulis caſi, LXXX. millia militum, calorum & lixarum XL. millia occiſa, & bina caſtra capta ſunt. Cæpionis fortuna iſtius prælii crimini, & invidia populi calamitati ſui novoque exemplo ob rem male geſtam populi iudicio condemnatus in carcere mortuus, ejuſque cadaver in Gemoniis à carnificibus projectum eſt, & bona publicata. Cimbrici hac victoria poriti, iter per Galliam iterum in Hiſpaniam convertunt. Interim C. Marius iterum conſul in Galliam profectus Teutoſages domuit, Sullaque Marii legatus Copilum ejus gentis regem cepit. Prorogato deinde per biennium Marii conſulatu ob impendentem ſemper à Cimbris metum; ipſi à Celtiberis repulſi in Galliam, ſefe Theutonibus, Ambroniſibus conjungunt, eo conſilio, ut Alpiſus ſuperioris Italiam occuparent. *Stadius.*

cæterum, ut vellet, manibus atque armis suis uteretur. *Sed quas daret terras populus Romanus agrariis legibus intra se dimicaturus? Repulsi igitur, quod nequiverant precibus, armis petere constituunt. Sed nec primum quidem impetum barbarorum Silanus, nec secundum Manlius, nec tertium Cæpio sustinere potuerunt. omnes fugati, exuti castris. Actum erat, nisi Marius illi seculo contigisset. Ille quoque non ausus congregari statim; militem tenuit in castris, donec invidiæ illa rabies, & impetus, quem pro virtute barbari habent, consenesceret. Recessere igitur increpantes, & (tanta erat capiendæ Urbis fiducia) consules, si quid ad uxores suas mandarent. Nec segnius, quam mirati fuerant, tripertito agmine per Alpes, id est claustra Italiae, ferebantur. Marius*

*miratur*

*Quas daret.*] Frisios eodem modo terram petentes, quam jam occupaverant, Nero decedere agris iussit, apud Tacit. 13. 54. *Freinsb.*

*Silanus*] Omittit ergo cladem Carbonianam, quæ prior Silianiana accidit. item Cassianam. Vellei. 2. *Idem.*

*Cæpio*] Is inaudito ante apud Romanos exemplo ob rem male gestam damnatus, mortuique cadaver à carnifice unco in Gæmonias tractum fuit. Quod quis non mirabitur qui Varroni, cujus culpa (cum collega bellum ducere suadenti non auscultaret) tanto ad Cannas prælio Romani superati fuerunt, gratias etiam actas fuisse legit, quod de Republica non desperasset? Et certe si infelicitè pugnare culpa sit, quis volet pugnare? fortunam Imperator sperare potest, præstare non potest. Verum aliam tam tristis sententiæ causam fuisse existimo. Aurum quod ex Delphici Apollinis templo rapuerant Galli, post diurnam, qua

afflicti fuerunt, pestem, aruspicum responsis moniti in lacum Tholosanum coniecerant. Illud Cæpio iusserat extrahi: hinc natura & longa consuetudine in superstitionem proclives Romani, inimicitias quas cum collega exercuit, natamque ex iis ob divitis copias cladem impietati potius illius quam fortunæ imputarunt: ideoque poenam meruisse statuerunt ducem, qui Deum acrem illare sibi injuriæ vindicem, & quem adesse bellantibus debere credebant, Populi Romani exercitui avaritia sua & sacrilegio reddiderat infensum. *Zevcot.*

*Donec &c.*] Prudens consilium, quod imitaturus erat Pompejus, si licuisset. infra 4. 2. Adde supra 2. 6. *Freinsb.*

*Habent*] Hoc est, non habent veram virtutem, sed illius loco rabiem istam, ne quis habere pro putare vel æstimare capiat. *Idem.*

*Sextias*

*mira statim velocitate occupatis compendiis, prævenit hostem. prioresque Theutonios sub ipsis Alpium radicibus assequutus, in locum quem Aquas Sextias vocant, quo, fidem numinum! prælio oppressit? Vallem fluviumque medium hostes tenebant. nostris aquarum nulla copia. consultone id egerit imperator, an errorem in consilium verterit, dubium. certe necessitate aucta virtus, causa victoriæ fuit. Nam flagitante aquam exercitu, Viri, inquit, estis, en illic habetis. Itaque tanto ardore pugnatum est, eaque cades hostium fuit, ut victor Romanus de cruento flumi-*

*Sextias*] Urbem C. Sextio sitam bello quod superiori capite describitur. Epit. Liv. 61. Strabon lib. 4. pag. 124. De hac Sidonius carm. 23. 13.

*Phocida, Sextiasque Bajas, illustres titulisque præliisque Vires, per duo consulum trophæa: Nam Martem tulit ista Iulianum, Et Bruto duce, nauticum furorem: Ast, hæc Teutonicas cruenta pugnas, Ercellum & Marium cadente Cimbro. Idem.*

*Consultone id egerit*] Non bono tantum loco castra locanda sunt, sed optimo, nullisque montium insidiis aut annuum injuriis obnoxio: & ut monet Cyrum Cambyfes *Xenoph. l. 1. cyrop.* ubi satis lignorum, pabuli, & aquæ sit. Dubitat Florus an consulto locum aridum infederit Marius, an errorem in consilium verterit. Ego Ducem consulto id egisse malo credere: non solum quia in extremo discrimine res Romana verfabatur, nullo modo probabile videtur Imperatorem, nullius bellicæ artis rudem, occasionis ignarum tam enormem commississe errorem; verum etiam, quia vix aliter melius Reipublicæ consulere potuisset Marius. Nam pugnandum erat statim. Cum enim

divisis copiis per tria diversa itinera in Italiam barbari penetrare molirentur, non amplius, ut ante, bellum trahere, sed itarim congregi Marius debuit: ut post victos priores, reliquos aggredi posset; nam si Theutonios tranfitu prohibere contentus fuisset, ceteri interim vacuum præsidii urbem facile occupassent, cum omnes Reipublicæ vires apud Marium essent, omnibus qui ad militiam apti erant, post cæsa male pugnante Cæpione octuaginta militum, quadraginta calonum & lixarum millia, nomen dare coactis. Cum ergo prælium differri non posset, sciretque prudentissimus Imperator feroces & numero & tot victoriis barbaros militibus suis esse terrore. rimeretque ne si nulla ad pugnandum necessitate coactos in hostem duceret, fracti præteritarum cladum recordatione animi fatiscerent, ea loca infedit, ubi siti essetati timorem exuerent, & generose, quod forte pro victoria facere dubitassent, pro aqua præliari non dubitarent. *Zevcot.*

*Cades.*] Cæsa sunt cæ. millia Theutonum primo ac postero die, teste Velleio. Orostus ducenta millia armatorum trucidata, LXX. millia capta, vix

flumine non plus aquæ biberit, quam sanguinis Barbarorum. Certe rex ipse Theutobochus quaternos senosque equos transilire solitus; vix unum quum fuget ascendit: proximoque in saltu comprehensus, in signe spectaculum triumphi fuit. quippe vir proceritatis eximia super trophæa ipsa eminebat. Sublatis funditus Theutonibus, in Cimbros convertitur. Hijam (quis crederet? per hiemem, quæ altius Alpes levat, Tridentinis jugis in Italiam, provoluti ruina descenderant. Atesim flumen non ponte, nec navibus, sed quadam stoliditate barbarica primum corporibus aggressi, postquam retinere armen manibus & clypeis frustra tentaverant, ingesta obrutum silva transilvire: & si statim infesto agmine Urbem petiissent, grande discrimen esset: sed in Venetia, quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa soli cælique clementia robur elanguit. ad hoc panis usu, carnisque coctæ, & dulcedine vini mitigatos, Marius in tem-

pore  
vix tria millia effugisse scribit, & Theutobochum occisum. Stad.

Provoluti ruina] Plutarch. Mario c. 36. Cimbri per glaciem altamque nivem ad juga Alpium contenderunt. Inde subjacentes corporibus lata sentas, ex summa se confragsarum rupium in immensum abruptarum fastigio dimiserunt.

Stoliditate] Idem fere Germanis adfingit Ælianus 1. 2. 3. sed libet potius adscribere imperitiæ; quod putarent flumina Italiæ suis similia. ita eisdem excusat Herodian. 8. 4. Græteus.

Ingesta obrutum silva transilvire.] Variis modis fluvios superatos legimus. multi utribus, multi aliis auxiliis usi fuerunt. Annibal elephantos ad impetum fluminis Padi sustinendum opposuit: A Cæsare Rubiconem transisturo,

Primus in obliquum sonipes opponitur armen

Excepturus aquas, mollis tum cætera rumpit

Turba rudo fracti faciles jam fluminis undas.

Et in Hispania idem magno numero jumentorum in flumine supra atque infra constituto, transducit exercitum; paucique ex militibus vi fluminis abrepti, excepti ab equitatu & sublevati fuerunt. Commodius ponte transiri experientia docet: admirando plane, sive summam celeritatem sive solertiam consideremus, utramque Rheni ripam olim commisit Cæsar. l. 1. de bel. civ. Zevcot.

Venetia.] Venetia Togatæ Galliæ pars, ab occasu Athesi, ab ortu Adriatico

pore aggressus est. Iam diem pugna à nostro imperatore petierunt, & sic proximum dedit. In patentissimo, quem Raudium vocant, campo concurrere. Millia inde sexaginta ceciderunt; hinc trecentis minus: per omnem diem conciditur barbarus. Istic quoque imperator addiderat virtuti dolum; sequutus Annibalem, artemq; Cannarum: primum, nebulosum noctus diem, ut hosti inopinatus occurreret, tum ventosum quoque, ut pulvis in oculos & ora ferretur: tum acie conversa in Orientem, ut, quod ex captivis mox cognitum est, ex splendore galearum, ac repercussu, quasi

tico sinu, à meridie Pado, à septentrione Natifone clauderetur. Stadium.

Diem pugnae.] Cimbri sese à Theutonibus in Noricum converterant, ut inde ipsi in Italiam irrumperent. Q. Catulus Marii collega eo, ut eos ab Alpium transitu arceret, cum exercitu missus est: qui cum tantæ hostium ferocitæ se diffideret resistere posse, à jugis Alpium in plana descendit, atque ripam utramque Athesi fluvii juxta Veronam fluentis Præsidio firmavit, ponte etiam intrato, ut suos tutus ex adversa ripa, si urgeret hostis, reciperet. Sed Cimbrorum vis propulit Catulum. Marius ab Urbe statim trajecit Pado occurrit. conjunctoq; cum Catulo exercitu, hostibus diem prælii designari ferociter postulantibus vicat, cæsa sunt cXL. millia, capta xL. millia: diem constitus III. Nonas Sextileis fuisse Plutarchus in Mario scribit. Idem.

Raudium] Raudium retinendum censet Pighius, raudos enim locos antiqua voce vocari rudes & asperos, quales isti campi.

Millia inde sexaginta ceciderunt; hinc trecentis minus] Recepti lætionem Faltert. & v. e. quam & Salmastius sequitur. præsertim cum absurda sit aliarum

lectionum sententia, hæc bona imprimis & vera. idem enim Eutrop. 5. 3. prodidit: Romani milites ex utroque exercitu trecenti perire, quamvis in reliquo numero discrepent auctores, quos tamen optime conciliat nostro Salmastius, cum numerum prælii cæsoforum esse, quod superstit, comprehendi Floro verbis sequentibus; per totum diem conciditur barbarus. Freinsch.

Ex splendore galearum.] Capitis regmen quod galeam vocant, hodie ex ferro est, olim ex diversorum animalium pellibus confectum fuit. Solebant autem quondam ab aliis discerni heroes galea triplici cono insigni, unde Virgilius de Turno. Æneid. l. 7. Cui triplici crinita juba galea alta Chimeræam

Susinet. — Ubi & Chimeram addit ut genus illius & nobilitatem demonstrat, olim enim illa Leonum, Luporum aut aliorum animalium capita galeis identia familias distinguebant. Apud Plutarchum in Mario legitur equitum Cimbrorum galeas & plumis & horrendis hiantium animalium formis spectabiles fuisse. Qui mos forte ab Ægyptiis est, quorum Reges Diol. Sic.

quasi ardere cælum videretur. Nec minor cum uxoribus eorum pugna, quam cum ipsis fuit: quum obiectis undique plaustris, atque carpentis, altæ desuper quasi è turribus, lanceis contisque pugnarent. Perinde speciosa mors earum fuit quam pugna. Nam quum missa ad Marium legatione, libertatem ac sacerdotium non impetrassent, (nec fas erat) suffocatis elisisque passim infantibus suis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo è crinibus suis facto, ab arboribus, jugisque plaustrorum pependerunt. Bojorix rex in acie dimicans, impigre nec inultus occubuit. Tertia Tigurinorum manus, quæ quasi subsidio No-

ricos

l. 17. caput leonis, tauri, aut draconis pro nota principatus capite gellabant. Hodie gentilitiis insignibus cassides imponi videmus, quæ apertæ nobilitatem, clausæ vilitatem generis indicare solebant. sed id tam accurate observari desit, postquam se ob divitias aut ambitionem, viliores aliqui suo fe Jure nobilium ordini inferere ceperunt. Zeyec.

Nec minor cum uxoribus eorum pugna quam cum ipsis fuit. ] Censuit regente Tiberio Severus Cæcina ne quem in provinciam uxor comitaretur, Tac. an. 3. inesse enim mulierum comitatu quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & imparem laboribus sexum, si licentia adsit, sævum, ambitiosum, ac potestatis avidum esse. Sed autoritate & suffragio Drusi consulis & Valerii Messalini elusa fuit illius sententia. Germant eas semper facias habent, & ait Tacitus de mor. Germ. quædam acies inclinatæ jam & labantes à feminis restitutas fuisse, constantia precum & objectu pectorum, & monstrata cominus captivitate. Imo & illarum in præliis opera victoria aliquan-

do obtenta fuit. Ego, malo eas abesse, & quæ domi curanda sunt, curare, ne pluribus impedimentis (quæ quam possunt paucissima esse opto, ut expeditior sit ad omnia exercitus) majoriq; commeatuum copia sit opus; quibus descendentibus non raro partes affliguntur, & certa sæpe victoria è manibus extorquetur. Idem.

Objectis undique plaustris atque carpentis ] Germanorum aliorumque more, quem vide apud Cæsar. de bellis Gallicis. Veget. 3. 10. Omnes barbari, carnis suis in orbem connexis ad similitudinem castrorum, securas à supervenientibus noctes exigunt. Id genus munimentum appellabant carraginem. Ammianus 31. 20. Freinsb.

Nec inultus ] Livius de Siccio 3. 43. Haud inultum interfecere. Magnum id morientis solamen inultum non mori; Hinc illæ adhortationes, miserationes, querelæ, &c. Virg. Æn. 2. 679. ——— nunquam omnes hodie morientur inulti. Curtius 5. 3. miserrimum fortibus viris erat, quod inultis ferarum ritu, velut in fovea deprehensi, caderentur. Idem.

Quasi in subsidio Noricos insederat

ricos insederat Alpium tumulos, in diversa lapsi, fuga ignobili & latrociniiis evanuit. Hunc tam latum, tamque felicem liberatæ Italia, assertique imperii nuntium, non per homines, ut solebat, populus Romanus accepit, sed per ipsos, si credere fas est, deos. Quippe eodem die, quo gesta res est, visi pro æde Castoris & Pollucis, juvenes laureati Prætori literas tradere: frequensque in spectaculo rumor, Victoriæ Cimbriæ feliciter, dixit. Quo quid admirabilius, quid insignius fieri potest? Quippe velut elata montibus suis Roma spectaculo belli interesset, quod in gladiatorio munere fieri solet, uno eodemque momento, quum in acie Cimbri succumberent, populus in urbe plaudebat.

## CAP.

pium tumulos. ] Non male Vegetius affirmat l. 3. 17. plurimum ad victoriam conferre peditum & equitum lectissimos retinere post aciem in subsidiis preparatos. Sic Romani ultimis casibus servabant Triarios, & hodie prætorianos suos Turcæ. Lacedæmonii quoque aliquot semper cohortes ad subita belli retinebant nuntianti exercitui, si fortuna exigeret subventuras. Zeyecotius.

Eodem die &c. ] Justinus 20. 3. de proelio ad Sagram. eadem die qua in Italia pugnatum est, & Corintho, & Athenis, & Lacedæmone nuntiata est victoria. Sed & arte juvari potest adeo famæ celeritas, ut miraculo similis sit, exempli ergo, per continuos cursores

quam rem Cyrus primum instituisse legitur apud Xenoph. lib. 8. clamore ab aliis excepto, sicut Galli. Cæsar de bell. Gall. 7. 3. avibus. Plinius 10. 24. quod hodieque non insolens nec inauditum est. aliique multis modis. In primis autem fidem excedit, quod Cleomedi in libro de contemplatione orbium cælestium memoratur, Xerxem cum in Græcia bellum gereret, a Suis Athenas usque dispositas habuisse stationes, per quas excepta voce, aliique tradita, quadraginta octo horarum spatio in Persia sciri potuerit, quid in Græcia Xerxes gereret. Alterius cujusdam modi, per faces incensas meminit Apulei. de Mundo. Freins-

## CAP. IV.

## Bellum Thracium.

**R**ost Macedonas, si diis placet, Thraces rebellabant, ipsi quondam tributarii Macedonum: nec in proximas modo provincias contenti incurrere, Thessaliam, atque Dalmatiam; in Adriaticum mare usque venerunt: eoque sine contenti, quasi interveniente natura contorta in ipsas aquas tela miserunt. Nihil interim per idem tempus residuum crudelitatis fuit in captivos sevientibus: litare diis sanguinem humanum: bibere in osibus capitum, & cujusquemodi ludibrio fe-

dare

**T**hraces.] Obscura est & impedita omnium de Thracio bello relatio, tum quia gentem eandem modo cum Illyricis, modo cum Pannoniis & Mytis, mox etiam Macedonibus confundunt: perit etiam apud alios scriptores rerum cum Thracibus gestarum memoria: nos quantum existare observavimus, tantum adferemus. *Stadius.*

*In Adriaticum mare usque venerunt, eoque sine contenti, quasi interveniente natura contorta in ipsas aquas tela miserunt.*] Sic cum universam Borealem Jutiam, quæ Cimbrica olim Cheronesus fuit, occupasset Otho magnus Imperator, & ulterius victor pergere aequarum interjectæ prohiberetur, in litore consistens ac Septentrionem prospectans relinquendi monumenti gratia lanceam in maritimis fluctus projecit, unde pars ista maris nomen ab eo accepit. *Zevcotius.*

*Crudelitatis.]* Qua nota infames olim Thraces fuisse, vel inde liquet, quod Alexandrum regem suum Thracidam cognominaverit Judæi, propter

crudelitatem, auctor Josephus antiquit. 13. 22. Adde Thucydidem. 7. 4. 16. *Freinshemius.*

*Litare diis sanguinem humanum.]* Rem multis nationibus, ipsisque adeo Romanis usitam, ut potuissent tacere de aliis auctor, quod in suam civitatem retorqueri posset. Tertullianus in Scorp. cap. 7. *Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum hominum victimam placari, apud seculum liquet. Et Latio in hodiernis lovi, media in urbe humanis sanguis ingustatur.* Idem.

*Bibere in osibus capitum.]* Hodie adhuc in multis Indix regionibus post occisos hostes, ossa capitum formantur in scyphos. Cessit id olim male Alboino, qui cum Gepidarum Regem Guntmundum superasset perempti cranium auro jussit obduci, infusoque in id vino filix illius Rosmundæ quam in uxorem duxerat proinavit, & ex eo bibere coëgit. Illa quamvis contumeliæ impatiens, doloris tamen confessionem distulit in occasionem vindictæ, que

dare mortem tam igni quam fumo: partus quoque gravidarum extorquere tormentis. Sævissimi omnium Thracum Scordisci fuere: sed calliditas quoque ac robur accesserat. Silvarum & montium situs cum ingenio consentiebant. itaque non susus modo ab his, aut fugatus, sed (simile prodigio) omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato. Didius vagos, & libera populatione diffusos, intra suam repulit Thraciam. Drusus ulterius egit, & vetuit transire Danubium. Minucius toto vastavit Hebro, multis quidem amissis, dum per infidum glacie flumen equitatur. Piso Rhodopen Caucasumque penetravit. Curio Dacia tenuis venit: sed tenebras sal-

tuum

quæ cito se obtulit. Erat inter Longobardos vir nobilis Helmiges, cui cum una ex pedisequis Reginae frequens stupri consuetudo erat: Nec id latebat Rosimundam. Ignaro igitur per noctem se illi pro amica obtulit, & post commissum crimen tum metu pænæ, tum regni ac conjugii spe impulit in eadem mariti. *Zevcotius.*

*Scordisci.]* Scordisci gens Gallica, rarissime citra & ultra Istrum habitabant: qui citra, Scordisci magni, Pannoniis & Illyricis montibus vicini: qui ultra, Scordisci parvi, Mytis & Tribalibus proximi. Cum Scordiscis primum bellum gestum esse, quia in Macedonia iam latrocinatum irruperant, M. Cofconio prætoris invento anno DCXVII. quid interea cum ea gente usque ad annum DCXXXIX. gestum fuerit, non dum in Annalibus veterum satis deprehendi. *Stadius.*

*Cato.]* C. Porcius Cato consul infelicitate cum gente pugnavit: sed eam cladem T. Didius Prætor accurrens usque adeo feliciter correxit, quod de eadem triumphaverit, Catoni successit

C. Metellus Caprarius cos. qui etiam teste Eutropio & Vellejo, de Thracia triumphum duxit. *Idem.*

*Minutius.]* M. Minucius Rufus consul cum a Scordiscis Dacisque premeretur, quibus impar erat numero, præmisit fratrem, & paucos equites una cum æneatoribus, præcepitque, ut cum vidissent contractum proelium, subitus ex diverso se ostenderet, jubereque æneatores concinere: resonantibus montium jugis species ingentis multitudinis offusa est hostibus, qua perterriti dedere terga. Frontinus libro undecimo, Eutropius, Epit. LXV. Vellejus. Pisonis istius nec mentionem apud alios observare potui, nec temporis, in cujus imperium ista victoria caderet, aliquis è Pisonum familia æqualis est; et tunc longum intervallum inter Rhodopen Thraciæ & Caucasum Scythiæ montes, quare nos hanc Pisonis victoriam in dubio relinquimus. *Idem.*

*Curio.]* Pertinet huc fragmentum illud Sallustianum. H. 2. 1. *Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris cum*

tuum expavit. Appius in Sarmatas usque pervenit, Lucullus ad terminum gentium Tanaim, lacumque Maotim. Nec aliter cruentissimi hostium quam suis moribus domiti. quippe in captivos igne ferroque servitum est. Sed nihil Barbaris atrocius visum est, quam quod abscisis manibus relictis, vivere superstites poena sua jubebantur.

## CAP.

cum exercitu profectus in Dardaniam, & forte illud alterum H. 3. 5. Atque eum Curio laudatum accensumque premiorum spe, quibus cum optavisset, sive jubet. Cicero in Pison. cap. 19. etiam hunc triumphasse refert. Videtur autem hic postponendus Appio, nam ei successit. Freinsh. C. Scribonius Curio Proculus primus intra triennium Dardanis & Mœsis debellatis, arma Romana ad Danubium usque promovit, ultra quem Dacia in ripam septentrionalem Danubii porrigitur. Appio Claudio, qui Rhodopis edomitis morbo consumptus erat, Curio (ut in aliorum Annalibus est) successit, qui re bene gesta procul triumphavit anno DCXXXI. *Stad.*

Lucullus. ] M. Terentius Lucullus Thracis Æmimontanos edomuit, & quæ ad littora Ponti Istrique, ostiaque ejus sunt urbes, Tomoque Ovidii exsilio nobiles expugnavit, & Scythis arma Romanorum primus ostendit. Triumphasse Lucullum de Thracibus, Bessus, ex triumphorum Annalibus anno DCXXC. invenio. *Idem.*

Terminum gentium Tanaim ] Non intelligit ultra Tanaim nullas gentes colere; sed Thraces omnem eum tractum habitare ad usque Tanaim: Tanais enim Europam & Asiam medius interfuit. Curt. 6. 8. Freinsh.

Nec aliter cruentissimi hostium quam suis moribus domiti. quippe in captivos igne ferroque servitum est. ] Hoc talio exigere videtur, verum cum talionem natura non admittat nisi in ipsos qui de-

liquerunt, merito aliqui dubitantur cohortes quæ ante non peccarunt, ob aliarum delictum plecti possint. Accusat Syraculanus Plutarchus quod uxorem & liberos Hicetæ non ob aliam causam occiderint, quam quia Dionis uxorem, sororem, & filium interfecerat Hicetas. Et absurdum esse dicit Aristides, quod quis ea quæ damnat & male facta esse existimat, tamen tanquam recta cupit imitari. Ego durum esse scio alienæ culpæ reos alios agi, sed an revera culpa talis aliena sit, dicere vereor. Hostium corpus unum est, nec tam à Petro aut Paulo aliquid commissum esse dicimus, quam à parte universa. Raro Imperator qui locum aliquem vi occupat, feligit eos & immunes esse jubet qui inviti diutius repugnant; & cum urbs aliqua dedita est, si certam pecuniæ summam representare jubeatur, seu singuli portionem conferunt; Ne victore quidem eos à contributione excusante qui urbem citius dedi voluerunt. In bello si miles unus peccet, ni puniatur si puniri possit, Dux & consequenter universus exercitus pro reo haberi potest ab hoste, sed non aliter. *Levecotius.*

Quod abscisis manibus &c. jubebatur. ] De re ipsa sic quod Zeno in sermonibus: Incidantur ab articulis manus à cruribus pedes: vivum se cadaver inspiciat. Gruterus. Istud autem poenæ genus apud Persas olim usitatum fuisse, liquet ex Curtio. 5. 5. Eodem labius

## CAP. V.

## Bellum Mithridaticum.

**P**onticæ gentes ad Septentrionem in mare sinistrum jacent, à Pontico cognominatæ mari. Harum gentium atque regionum rex antiquissimus Ætas: post Artabazes, à septem Persis oriundus: inde Mithridates omnium longe maximus; quippe quum quatuor Pyrrho, decem & septem anni Arribali successerint, ille per quadraginta annos restiit, donec tribus ingentibus bellis subactus; felicitate

Fabius Æmilianus latrones Hispanos affecit apud Appian. in Hispan. pag. 293. & Josephus Clitum quandam tumultuantem. de bell. Jud. 2. 26. Pos-

sent vero Thracibus istis applicari verba Lamachi, apud Apulei. lib. 4. Cur enim manus quæ rapere & jugulare sola possent, sortem latronem superare?

**M**ithridaticum ] Mithradates regum Orientis post Alexandrum Magnum maximus, bello Aristonici auxilia Crasso Consuli ut populi Romani socius submisit: deinde hunc ambitio & regnandi libido in diversa consilia distraxit: dum enim bello Cimbrico, Servili. Sociali civilibus armis seditionibusque Romanos veluti oppressos laborare videret, utendum ea sibi occasione ad regna Asiæ Europæque invadenda occupandaque; veluti injuriis obnoxia ratus, pulso Ariobarzane Cappadocum rege P. Romani socio, primas belli causas movit anno DCXX. quem Sulla prætor ex Senatus consulto, profligato armis Corthio Mithradatis duce, in regnum restituit; Estque hoc bellum à Cn. Pompejo terminatum anno DCXC. hoc est, anno quam ceperat tricesimo secundo, octo annis ante quadagesimum. Cætera per partes Mithradates pro Mithradates edere Fastos Capit. Goltzii obser-

vavi, quod imitandum duximus. *Stad.* *Mare sinistrum.* ] Mare sinistrum Pontus Euxinus erit à Roma in Asiam minorem proficiscentibus, gentes omnes quæ littora ejus accolunt in genere Ponticas vocat: quo tractu ad Propontidem, prima Bithynia, inde Paphlagonia, mox Pontus proprie dicta, cui ad meridiem Cappadocia, ab ortu Armenia est. *Idem.*

Septem Persis. ] Septem Persarum proceres, Magis qui regnum fraude & conspiratione à Cambysis morte occupaverant, interfectis, de nova regis ex Septemviratu suo creatione ita convennerant, ut cujus equus primum oriente sole ante palatium equis consensisset, hinnitus edidisset, is rex salutareretur; equini hinnitus prærogativa Darius Hytaspis filius regnum obtinet. Ex his septem proceribus Mithradates unum nomine fuisse creditur, à quo gentem & nomen Mithradates ille Ponticus numeraret. *Idem.*

citare Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pompeii consumeretur. Causam quidem illius belli præterderat apud Cassium legatum, atrectari terminos suos à Nicomede Bithynico: caterum elatus animis ingentibus, Asiæ totius, & si posset, Europæ cupiditate flagrabat. Spem ac fiduciam dabant nostra vitia. quippe quum civilibus bellis disjungeremur, inevitabat occasio: nudumque imperii latu ostentabant procul Marius, Sylla, Sertorius. Inter hæc

Reipu-

Cassium. ] L. Cassius Asiæ prætor Nicomedem Bithyniæ regem populi Romani socium, à Mithradate profligatum in regnum restituit, & Nicomedem intigat, ut hanc Mithradatis in se injuriam armis ulciscatur: invadit itaque in Pontum, eamque late usque ad Asiam populatur, permittente id Mithradate, ut belli causas juliores haberet. Quare de hac Nicomedis in agrum suum incursione Pelopidem legatum suum Mithradates conquestum misit ad L. Cassium: Appian. in Mithradat. Idem.

Spem ac fiduciam dabant nostra vitia cum civilibus bellis disjungeremur, inevitabat occasio: nudumque imperii latu ostentabant procul Marius, Sylla, Sertorius. ] Multi intestinis disentionibus suis & civilibus bellis exitium suum debent. Et quidem existimare se scribebat olim Salustius de Repp. ordin. ad Cæsar. qua tempestate urbi Romæ fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conseruuros: ita defesos & exangues Regi aut nationi prædæ futuros. Diu quoque ante prævident Etruriæ duces Romanam potentiam æternam futuram, nisi propriis viribus confingeretur, idcircoque similitates & odia clam oportere in civitate serere decreverunt. Liv. lib. 2. Certe Græci eo discordia sua & civilibus

bellis redacti fuerunt, ut adulari ultro fuerint fordidam paulo ante clientelæ suæ partem Iustin. l. c. 4. Nunquam Gallos Angli nisi iecum dissidentes frequerunt. Fessiarum Princes Tessam urbem civili sanguine exhaustam facile subegit. Et Philippus I. Burgundiæ Dux Bovinas ac Dinam civitates unius tantum fluminis intervallo sejunctas, quas nulla ante vi superare poterat, cum se mutuis diu bellis attrivissent, nullo fere labore imperii sui finibus adiecit. Plura, si opus foret proferre, exempla non desunt. Sed quæri potest an bene semper sibi consulari qui quorundam intestinis & civilibus discordiis statim excitatur ad bellum? Syncrētismus etiam hodie in proverbio est, qui ab eo nomen accepit, Puntarch. de frater. charit. quod cum frequenter Cretenses factionibus & intestinis bellis inter se certarent, imminentiibus aliunde hostibus omnia conventionem pari omnes studio illis restare solebant. Apud Curtium quoque lib. 9. Oxhydracas & Mallos inter se alia bellare solitos instantis ab Alexandro periculi societas con, unxit. Adeo ut homines malis conciliari non inciperit scripserit Aristoteles Rhetor. l. 1. Scorius Dacorum Dux ut eos à bello quavis dissidentibus inter se Romanis inferendo averteret, duos in Concilium

canes

Reipublicæ vulnera, & hos tumultus, repente, quasi captato tempore, in lassos simul atque districtos, subitus

canes adduxit, qui soluti statim inter se commissi pugnare cæperunt, verum cum paulo post introductus esset lupus, omiſſa subito domestica pugna communem hostem unanimes invaserunt. Quo argumento apte docuit, posse exterorum armis ad concordiam revocari Romanos, si illa desint, suis fortasse viribus consumendos. Fulg. l. 8. Manifestum est nempe vix vinci posse aliquos nisi ipsi se perdant. Et ideo de Romanis sic scribit Salustius in Jugurth. Metus hostilis in bonis armibus civitatem retinebat, sed ubi formido illa mentibus decessit, ilicet ea, quæ secundæ res amant, lascivia atque superbia incescere; ita, quod in adversis rebus optaverant, orium postquam adepti sunt aperius acerbiusque fuit. Namque cæpere Nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes abstracta sunt. Respublica, quæ media fuerat, dilacerata, & tandem servire coacta fuit. Adeo ut præstitisset exteris semper bellis occupari Romanos, quam, dum ab iis seriantur, domesticis fatigari discordiis, & desefos denique, suorum primo civium, post exterorum etiam ac barbarorū jugum & tyrannidem pati. Vt domestica discordia Stratus cufcunq; ruina esse cõsuevit, ita è diverso discordia hostiū illius fulcrum est & salus. Et ideo plerique Principes non inter adversarios tantum, sed etiam inter socios, contentiones ferere, imo & alere solent, non tamen ut statim eos subjugent, sed vel ut ipsi feuri sint, quod ardente cum Antiocho bello cui Annibal aderat, Romanorum Legatos permovit, ne ortas inter Massiniam & Carthaginenses difficultates sopirent, sed rem integram relinquere, ut videlicet Poeni domi impedi-

ti, nihil foris auderent, & offerenti se occasione cogerent deesse; Vel postquam quantum necesse est semetipsos confecerant, fessos demum & exangues invadant. Nisi forte sciant alteram sibi factionem favere, aut saltem tanto eas inter se odio dissentire, ut ne quidem id communi & extremo periculo sint remissuræ. Solerti hic iudicio opus est ne quispiam quos, ut superaret, inter se commisit, eos, dum præpropere voti sui compos fieri vult, iterum conciliet. Inhians Galliæ Regno Hispanum rebellium procerum studia diu serio aluit, & omnia iis quæ ad bellum necessaria erant subministravit. Et forte concepta de obtinenda corona spes non inanis fuisset, si nõ post occisum à sacro parricida Henr. III. cū de eligendo novo Rege agerent rebelles, præmature nimis quid ambiret detexisset. Necdum tam exiguæ Henrici IV. vires erant ut contemni deberent. Nec tam multos ipse factiosos in partes suas pertraxerat, quam res tanta exigebat. Dissimulandum erat adhuc avidus ille regnandi animus, & pars, si non utraque, saltem Regia prius atterenda; alterius vero duces, quos servitio promtiores noverat, spe aut beneficiis obligandi, ceteri ferociores & ad regnum alienigenæ prodendum diffidiliores, sic coercedi erant ut obesse non possent. Omnino ego existimo si fingere perrexisset pro religione tantum arma se ferre, usque dum cum Henrico I V. debellatum fuisset, Regem illum Galliæ invitis omnibus futurum fuisse. Si enim rebelles Mainium aut alium aliquem Regem designassent; tot Principes illo non inferiores, paulo ante pariuissent inviti. Quod cum Regi suo filii deessent, ad exterum potius quam civem eligendum non semel permovit Polonos. Illorum igitur quibus novi



*tus turbo Pontici belli, ab ultima veluti specula Septemtrionis erupit. Primus statim impetus belli Bithyniam rapuit. Asia deinde pari terrore correpta est. Nec cunctanter ad regem ab urbibus nostris populisque descitum est. Aderat, instabat, sævitia quasi virtute utebatur. Nam quid atrocius uno ejus edicto, quum omnes, qui in Asia forent, Romanæ civitatis homines interfici jussit? Tum quidem domus, templa*

novi Regis imperium grave fuisset, animos accendere, sibi que conciliare, & factionem quæ una erat, in duas dividere potuisset, factusque patronus unius, post debellatam alteram, sibi etiam subjicere istam. Si vero ob æmulationem Principum Rex nullus electus fuisset, eadem illa æmulatio genuisset inter Proceres simulates, quorum ille, tanquam medius, arbiter fuisset & iudex, & consequenter regiam prius potestatem obtinuisset, ac non multo post nomen. Verum sibi met ipse obstitit, cum primum enim tam impudenter sibi aut filix suæ regnum petisset, plures, qui artium Hispaniarum ignari eum pio tantum religionis zelo ut factioni rebellium succurreret moveri crediderant tarde, sed non fero, sapere cæperunt, & cum eo qui Salicæ legis beneficio legitimus Galliæ Rex erat, in gratiam redeuntes, ingentem illam sed stultam ac impiam Hispani spem delituerunt, postquam is, ut per Legatum in Comitibus Parisiensibus questus fuit, pluriquam sexagies centena aureorum millia in bello illo Gallico consumpserat, nullo interim compendio ad se derivato. Iterum igitur dico, non semper Principem eos quos subjicere sibi vult, invadere debere, cum civilibus bellis aut contentionibus distrahantur, maxime si illis cum finitimis Principibus intercedat societas, sed tunc demum cum fessos omni-

no & ex sanguine se defendere non posse cognovit. *Zeyecot.*

*Edictum* ] Edictum Mithridatis hujusmodi erat, ut ad tricesimam diem observationis, omnes pariter Romanos qui apud eos essent, & Italos, eorumque mulieres cum pueris & liberis, qui Romani sanguinis esse censerentur, interficerent. Auctor Appianus. Interfecta autem sunt hominum 150000, auctore Plur. Sulla cap. 48. Val. autem Max. 9. 2. 3. ext. dicit 80000. civium Rom. August. ubi supra. *Camers.* Idemque eadem die atque hora. Vellei. 2. 18. D. Hieron. de errorib. Orig. *quasi ad Mithridatis literas, omnis peritis non die de voluminibus ejus traditur.* Eo tempore Coi cives Rom. templo Esculapii inductos salvos præstiterunt. Tac. 4. 14. Simile huic edictum fuit, quod Haman adversus Judæos procuraverat. *Elther.* 3. 3. Joseph. Antiqu. 11. 6. Imitatus videtur Mithridatem Julius magister militiæ trans Taurum, qui Gothos per Thracias dispersos *denis rectoribus literis ad rectores civitatum & castrorum Romanos omnes, uno eodemque die mandavit occidi.* Marcellin sine historiæ. *Freinsb.* Q. Oppium proconsulem & M. Aquilium legatos captos & sævè cruciatus enecavit: idque dura Sulla civili Mariano Romæ occupatus est: ut intelligas Mithridatem non pro regno & gloria, sed odio etiam cum Romanis certasse. *Stadius.*

*& aræ,*

*& aræ, humana omnia atque divina jura violata sunt. Sed hic terror Asiæ, Europam quoque regiæ periebat. itaque missis Archelao Neoptolemoque præfectis, excepta Rhodo, quæ pro nobis stetit, ceterum Cyclades, Delos, Eubœa, & ipsum Græciæ decus Athenæ, tenebantur. Italiam jam, ipsamque urbem Romam regius terror afflabat. Itaque Lucius Sylla festi-*

*Interfici jussit* ] Sic nempe necesse est dum quis Princeps sævire vult in multos. Ita ob insolentiam & oblatam honestissimis ac nobilissimis matronis & virginibus stupra, Galli, quorum octo ut minus millia perierunt, vespere Siculis nomen dederunt. A. 1282. Sed Mithridatis hoc factum uti laudare non possum, ita audeo excusare. Fuerunt aliquando Imperatores qui ut spe pacis ac veniæ sublata pertinacius sui pugnaverunt, primum in captivos & alios sævierunt. Idem etiam forte spectavit Mithridates, & hoc aliqui volunt, ego non scio. Sed præcipuam tantæ sævitix causam fuisse existimo, quod toti Romanis in Asia agentibus nec tuto fidere poterit, nec eos fugare. Marius Capfam nuntium in Africa oppidum, quamvis deditum, jussit incendendi, & sævit in cives; quod tamen facinus contra Jus belli neque avaritia neque scelere Consulibus admittum fuisse scribit Salustius *In bell. Jugurth.* sed quia locus Jugurthæ opportunus, Romanis aditu difficilis erat, & nusque hominum mobile, insidum ante, neque beneficio neque metu coercitum. Non potuit idem agere Mithridates, non enim armis tantum instructi erant Romani, sed etiam multæ iis urbes aperte facebant, multæ adhuc nutabant, quarum cum fides Mithridati merito esset suspecta, vix alio quam tristi isto modo ut bona fide in suas partes transirent cogi potuissent. Et quidem cum

ob nimiam & roto orbe famosam Romanorum potentiam, plerique neminem contra illos aliquid tentatum putarent, opus statim erat argumento quo se vere & plane eorum inimicum esse nec facile de pace acturum probaret Mithridates. Non nego crudele id esse, & ideo, ut dixi, non laudo: sed an non sæpius in captivos etiam & deditos sæviisse legimus hostes qui pauciores se esse videbant, ne in se insurgerent? Naves aliquando occupatas fuisse historiæ nos docent, ab iis qui naufragi ut mortem evitarent se dederant, at cum recepti plures se & potentiores esse notassent, suam cum illis qui sibi pepercissent commutarunt conditionem, & quos paulo ante victores ac dominos agnovissent, in suos porus avexerunt captivos. *Zeyecotius.*

*Excepta Rhodo.* ] Rhodus exceptim omnes, protexitque quicumque Romani nominis vitæ suæ fuga contra Regis edictum consuluerant; inter cæteros & L. Cassium Asiæ prætorem. Movit itaque in Rhodios classe Mithridates, sed fortiter navali proelio à Rhodiis prostrigatus, multa que terrestri oppugnatione frustra conatus, obsidionem solvit. *Stadius.*

*Athene* ] Hinc Piso, *hos esse Mithridatis adversus Sullam socios.* apud Tacit. 2. 25. Quos tamen defendit Vellei. 2. 23. *Freinsb.*

*festinat, vir armis optimus: parique violentia ruentem ulterius hostem, quadam quasi manu, repulit: primumque Athenas urbem (quis crederet?) frugum parentem, obsidione, ac fame ad humanos cibos compulit. Mox subruto Piræci portu, sex quoque & amplius muris, postquam domuerat ingratiſſimos, ut ipse dixit, hominum, in honorem tamen mortuorum, sacris suis fama que donavit. Mox quum Eubæa, atque Bæotia, præſidia regis diſpulſiſſet, omnes copias, uno apud Chæronæam apud Orchomenon alte-*

10

*Vir armis optimus* ] Idemque pace peſſimus. Inde Valer. Max. 9. 2. 1. L. *Sylla*, quem neque laudare, neque vituperare quiſquam ſatis digne poteſt: quia dum quaerit victorias, Scipionem ſe populo Romanum exercet, Annibalem repreſentavit. Simile Marii elogium in ep. Liv. 80. *haud facile eſt dictum, utrum bello melior, an pace pernicioſior fuerit.* & Anronii primi apud Tacit. H. 2. 86. *Pace poſſimus, bello non ſperendus.* *Syllæ* autem cognomentum unde tranſiſit in Cornelios, diſce ex Macrobio. Saturn. 1. 17. *Idem.*

*Frugum parentem* ] Ita loquitur propter fruges Athenienſibus primitus inventas aut invecſas, vide Diodor. 5. 69. *Freinſb.*

*Piræci.* ] Piræus Athenienſium portus eſt quadrangulis faxis, quæ laminis ferreis connectebantur, a Pericle bello Peloponneſiaco munitus eſt, ad ſexaginta fere pedum altitudinem, latitudinem vero tantam, ut onuſti duo curſus ſibi occurrentes ſine offenſione mutua prætergredenterent. Hujus muri partem cum magno militum labore *Sylla* & cuniculis ſubruiſſet, *Arche-laus* Mithradatis præfecit novas iterum intus munitiones. erexit, ita ut oppugnantium & defendentium mutua clade, cum multum temporis tra-

heret obſidio, *Sulla* totum impetum in Athenas converterit, ubi fames tanta fuit, ut medimnus tritici veniret mille drachmis (atque cum modius ſit medimni ſexta pars, veniſſet ea ratione modius 66<sup>2</sup>/<sub>3</sub> drachmis: & eadem ratione panis unius libræ emebatur 6<sup>1</sup>/<sub>3</sub> regalibus Hiſpanicis) lora, calceos, vaſa, aquis macerata in alimentum vertent, nec deſſent qui cadaveribus vitam ſuſtinerent. Tor calamitatibus fractas Athenas *Sulla* Kalend. Martii expugnavit, anno dclxxvii. *Stadius.*

*In honorem mortuorum* ] Majorum nempe, rebus pace belloque geltis, adhæc artium multarum inventionem cultuque nobiliſſimorum. Ob eandem cauſam poſtea etiam Cæſar his pepercit. Appian. de bell. civil. lib. 2. pag. 482. *Athenienſibus quoque ſupplicibus dedit veniam, his verbis: Quoties tandem vos veſtræ culpa peruenientes ſervabit majorum veſtrorum gloria.* Ceterum Athenienſes excuſat Vellei. 2. 23. 5. *Frinbemiſ.*

*Chæronæam.* ] Chæronæa Bæotiz urbs ad Citheronem montem Plurarchi patria eſt, juxta quam *Sulla* *Arche-laus* Mithradatis imperatorem cxx millium exercitu ſuſſultum præruptif-

que

*ro bello diſſipavit: ſtatimque in Aſiam tranſgreſſus, ipſum opprimit. & debellatum foret, niſi de Mithridate triumphare cito, quam vere maluiſſet. At tunc quidem hunc Aſiæ ſtatum *Sylla* dederat. Ictum cum Ponticis fœdus: recepit Bithyniam regi *Nicomedi*, *Ariobarzani* Cappadociam: ac ſic erat Aſia rursus noſtra, ut ceperat: *Mithridates* tantum repulſus. itaque non fregit ea res Ponticos, ſed incendit. Quippe rex Aſiæ & Europa quodammodo inſcatuſ, non jam*

que locis vallatum, cæcis centum decem millibus fudit, fugavitque; ipſe autem xrv. tantum milites ſe in eo prælio deſiderare ſcribit. *Stadius.*

*Orchomenon.* ] *Dorylaos* Mithradatis præfecto iterum cum xxx. millium exercitu in Græciam venienti ſeſe *Arche-laus* ad *Orchomenon* urbem *Arche-laus* conjungit, cum quibus *Sulla* caſtra confert, & ut prævalidi equitatus hoſtium impetum tardaret, frequentes foſſas x. pedes latas fodere jubet, irruente tandem hoſtium equitatu nonnihil trepidatum eſt à *Sullanis*, ſed acut ille ſuos ad reſiſtendum dum ſignum à ſuis correptum, magno impetu in hoſtes, inſert, vicique feliciter cæcis xv. hoſtium, & *Diogene* *Arche-laui* filio. *Stad.*

*Niſi de Mithridate triumphare cito, quam vere maluiſſet.* ] Tot cladibus & *Sullæ* felicitate territus Mithradates, pacem per *Arche-laum* à *Sulla* petit, quam à *Sulla* tempertivius & facilius ideo imperavit, quod Romæ abſente *Sulla*, *Marius* & *Cinna* ad verſæ factionis principes, Rempublicam crudeliter & ſæde dilacerarent, & quod *Cinna* jam in conſulatu regnantis auctoritate L. *Valerius* *Flaccus* (qui in *Martii* conſulis vll. in magiſtratu mortui, locum ſucceſſerat) *Sullæ* ſucceſſor, cum *Fimbria* legato mitteretur.

Sed *Flaccus* propter avaritiam in viſus exercitui ſuo à C. *Fimbria* occiſus eſt: iſque exercitu occupato cum Mithradatis copiis bene pugnavit. Ilienſes, quia *Sullanarum* partium erant, expugnatos crudeliſſime funditus igne delevit. Ipſe autem, *Sulla* in Aſiam è Græcia veniente, exercituque ſuo ad *Sullam* tranſeunte deſertus. *Pergami* ſibi manus cum intuliſſet, à ſervo ſuo adjuvante ictum, interfectus eſt. *Idem.*

*Mithridates tantum repulſus, itaque non fregit cæres Ponticos ſed incendit.* ] Plena victoria obtineri non poteſt; niſi vel omnino debellatum ſit vel bona utrimque ſide pax inita. Multi non pacem volunt, ſed blanda illius ſpecie aliis imponunt ac avidum nocendi animum eoſque diſſimulant, dum reparatis viribus, aut meliori occasione oblata, periculoſius quam ante bellum poſſint movere. Verum hic non prior fœdus rupit Mithridates, ſed relictus à *Sylla* prætor *Muræna*, qui *Haly* flumine ſuperato quadringentos in *Ponto* vicos incendit, & ne quidem monenti ut deſiſteret Senatu auſcultavit, donec victus tandem & caſtris à Mithridate exurus, revocatus fuit à *Sylla*. Et quidem tunc iterum pax inita eſt; ſed quam nova injuria violaturum *Romæ*, qui de *Ponto* & Mithridate triumphare permi-

Q 2

permi-

*jam quasi alienam, sed quia amiserat, quasi raptam belli jure repetebat. Igitur ut extincta parum fideliter incendia majore flamma reviviscunt; ita ille de integro, auctis in modum copiis, tota denique regni sui mole, in Asiam rursus mari, terra, fluminibusque veniebat. Cyzicum nobilis civitas, arce, mœnibus,*

permiserunt sœdifragum Murænam. Zerecotius

*Quia amiserat, quasi raptum* ] Ea nimium humani ingenii consuetudo est, quæ semel possiderunt, jure sive injuria, putare pro suis. Quadrat huc Livii locus 33. 32. ubi de principibus Carthaginensibus qui Remp. aliquamdiu peculati, industria Annibalis eo compendio exciderant: *Tum vero isti, quos paverat per aliquot annos publicus peculatus, velut homines ereptis, non furto eorum manibus extorto, insensæ & irati &c.* Simile est illud Cicer. in Verr. 4. 18. *quia non potuerat argentum eripere, ipse à Diodoro erepta sibi vasa optime facta dicebat.* Freinsh.

*Extincta parum fideliter incendia* ] Eodem simili de incendio utitur auctor supra 2. 15. & infra 4. 2. Eodem Curtius. 6. 3. *Parsva sæpe scintilla contenta, magnum excitavit incendium.* Idem.

*De integro.* ] L. Murena prætor à Sulla relictus, Mithradati bellum adversus sœdus inferre. Haij flumine superato quadringentos Mithradatis in Ponto vicis incendit Murena, legatis à Roma referentibus non placere Senatui, quod regi sœderato bello moveretur, non solum ab incepto non delitit, sed majori conatu iterum cum rege congressus, castris ac exercitu exstitus in Phrygiam fugit. Mithradates Cappadociam pulso iterum Ariobarzane occupavit. Sulla iniquum ratus si Mithradates contra sœdus vexaretur, Murenam à bello revocavit. Mithradati, re-

stituto Ariobarzani Cappadocia, pax data est. Tenuit hoc bellum biennium, Murena de Ponto & Mithradate rege triumphavit. Mithradates iterum nova interea bellorum consilia, novos belli apparatus moliebatur. Cum Sertorio quoque adversus Romanos societatem jungit, L. Magio & L. Fannio, qui à Sulla ad Mithradatem transfugerant, internuntius. Sertorius M. Marium ad regem, ut eo belli duce uteretur, mittit. Rex incunte vere in Bythiniam, quæ populo Romano à Nicomede testamento relicta erat, irrumpit. M. Cottam apud Chalcedonem terra fudit, mari classe pulcherrima exsivit, inde ad Cyzicum obsidendam sese convertit. *Stad.*

*Cyzicum.* ] Cyzicum insula in Propontide, quæ duobus pontibus continenti adhæret, estque in ea urbs clarissima, de qua Florus. L. Licinius Lucullus, Mithradatis exercitu terra marique a frumentatione intercluso, urbem obsidione liberavit. Rex præmissa Lampſacum copiarum parte, classe Parum fugit. Lucullus hostes ad Asopum fluvium (ita enim Asopus, non Aſopus ex Strabone. Hesiodo, & Ptolemæo scribendum est) assecutus cecidit, partem ad Granicum juxta Lampſacum à septentrione ex Ida suentem profecutus interfecit: uterque fluvius ex Cyzico terrestri itinere Lampſacum petentibus occurrit. Plutarchus scribit ad Rhindacum fluvium Mithradatis exercitum à Lucullo caesum, juxta Apolloniam Myſiæ, alterum

*portu, turribusque marmoreis, Asiaticæ plagæ litora illustrat. hanc ille quasi alteram Romam toto invaserat bello: sed fiduciam oppidanis resistendi nunciis fecit, docens adventiare Lucullum qui (horribile dictu!) per medias hostium naves utre suspensus, & pedibus iter ad gubernans, videntibus procul quasi marina pristrix evajerat. Mox clade conversa, quum ex mora obsidentem regem fames, & ex fame pestilentia urgeret, recedentem Lucullus assequitur: adeoque cecidit, ut Granicus & Asopus amnes, cruenti redderentur. Rex callidus, Romæque avaritiæ peritius, spargi à fugientibus sarcinas & pecuniam jus-*

ad Granicum; periisse in utroque conflictu trecenta millia hominum. *Idem.*

*Vire suspensus* ] Suetonius de Cæsare 57. *si flumina morarentur, navdotrajiens, vel innixus inflatis utribus, per sæpe nunciis de se prævenit.* Hi utres vel inflabantur follibus, ut Suetonius indicat, vel stramentis inferebantur; ut apud Curtium VII. Postea inventi sunt à Romanis alcogephri, hoc est, pontes utriusque junctis conitantes. *Caſaub.*

*Rex callidus, &c.* ] Lucullus Mithradatem sese in Asiam recipientem juxta Cabira Ponti urbem, ad Paryadram montis radicem sitam assecutus, feliciter pugnavit, cæsis hostium Lx. millibus. Mithradates è regno fugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimamque rerum omnium suppellectilem sparsit: quæ dum milites Romani colligunt omnia diligentius, rex ipse, qui idem in potestatem venisset, è manibus effugit. Lucullus inde Ponticas urbes partim deditione accepit, partim vi expugnavit, Macharem Mithradatis filium Bospori regem in amicitiam recepit. Iterum cum Mithrida-

tis & Tigranis Armeniæ regis copiis acie confixit pridie Non. Octob. atque regem Tigranem, qui Mithradate socerum adjuverat, fudit. Tigranæ certa regiam Armeniæ cepit. Armeniæ partem occupavit Mithradates, Triarium Luculli legatum è Cabiris moventem cum omnibus fere copiis in itinere oppressit. Lucullus militum suorum deditione impeditus, & ab iis destitutus, eam injuriam ulcisci non potuit. Missusque est Lucullo, cum septem annis hoc bellum gessisset, successore Cn. Pompejus, vel quia tam diuturna potestate imperiis assuescere suos duces nollet populus Romanus, vel quia ab æmulis accusatus erat Lucullus, ipsum de industria bellum quod conficere posset, cum Mithradate protrahere. *Stad.*

*Romane avaritiæ* ] Adde supra 3. 1. Idem crimen Romanis Galgacus objicit apud Tacit. Agr. 30. *si locuples hostis est, avari sunt Romani.* Freinsh.

*Spargi è fugientibus* &c. ] Idem Triphon Syriæ rex fecisse dicitur, qui victus per totum iter fugiens pecuniam sparsit, eaque insectanda Antiochi equites

fit, qua sequentes moraretur. Nec felicior in mari, quam in terra fuga. quippe centum amplius navium classem, apparatuque belli gravem, in Pontico mari aggressa tempestas, tam fœda strage laceravit, ut navalis belli instar efficeret: plane quasi Lucullus quodam cum fluctibus procellisque commercio, debellandum tradidisse regem ventis videretur. Attrita jam omnes validissimi regni vires erant: sed animus malis augebatur. Itaque conversus ad proximas gentes, totum pœne Orientem ac Septemtrionem, ruina sua involvit. Iberi, Caspii, Albani, & utraque sollicitabantur Armenia: perque omnia & decus, & nomen, & titulos Pompeio sua fortuna querebat. Qui ubi novis motibus ardere Asiam videt, aliosque ex aliis prodire reges; nihil cunctandum ratus, priusquam inter se gentium robora coirent, statim ponte

navi-

equites moratus effugit. *Frontin.* 2. 13. Idem fecit Alaricus Gothorum rex a Stilicone victus. *Lege Claudian.* de sexto consul. Honorii. Item de bello Getico vers. 610. ubi plura dictavimus. *Camer.* Tribuit hoc etiam Mithridati satrapæ Polyænus lib. 7. & Frothoni suo Saxo Stalan. primo Hist. Dan. pag. 23. Pertinet eo Syrorum exemplum in sacris literis. *Regum.* 4. 7. 7. *Feinsh.* Nihil cunctandum ratus, priusquam inter se gentium robora coirent,] &c. Non est quod exemplis demonstrem egregios Imperatores omni semper cura in id incubuisse, ne novis auxiliis hostilis exercitus firmare se posset; ideo toties, etiam iniquo subinde loco & tempore pugnatum fuisse veteres historici docent, nec tacent modernæ. Sed nunquam Dux prudens. si prohibere possit adversarii exercitum sine auxilio: Ego puto uti reliqua quæ politica

(sunt sine distinctione explicari vis possunt, ita etiam ea hic opus esse. Si quispian bellum ducere possit & velit, quia necessariis non satis abundat inimicus, cur impeditur is etiam alios se jungere citius ideo perituro? Quid si pugnandum sit ubi numerus plus nocere quam prodesse potest? apud *Florum* 14. 2. lego quod in campis Pharsalicis res nulla magis exitio Pompejo fuerit, quam ipsa exercitus magnitudo. Quid si (uti ingenia Ducum adversariorum nosse, decet in primis imperatorem) illi qui aucturis exercitum copiis præest cum Duce altero minus conveniat? non facile (ut existimo) copias jungi indignabitur qui novit sentientes diversa Ducis locum sæpe dare occasionis. Plura ejusmodi sunt quæ peritum rei militaris Imperatorem ex circumstantiis quæ quotidie se offerunt colligere & judicare oportet. *Zerc.*

Nocturna

navibus facto, omnium ante se primus transit Euphratem: regemque fugientem media nocte Armenia (quanta felicitas viri!) uno prælio confecit. Nocturna ea dimicatio fuit, & luna in partibus. quippe quasi commilitans, quum à tergo se hostibus, a facie Romanis, præbuisset, Pontici per errorem longius cadentes umbras quasi hostium corpora petebant. Et Mithridates quidem nocte illa debellatus est, nihil enim postea valuit, quanquam omnia expertus, more anguium, qui obruto capite, postremum cauda minantur. Quippe quum effugisset hostem Colchos, Sicilia quoque litora, & Campaniam nostram subito adventu terrere voluit: Colchis tenus jungere Bosphoron; inde per Thraciam, Macedoniam & Græciam transfilire; sic Italiam nec opinatus invadere, tantum cogitavit. nam per defectiorem civium, Pharnacisque filii scelere præventus, male

Nocturna ea dimicatio fuit.] Noctem aliis in audaciam, aliis ad formidinem opportunam esse Tacitus scribit. *Ann.* 11. Cave igitur quisquis es Imperator rebus omnibus non exacte perpensis te exponere discrimini. Quid si tirones aut suspectos sub signis habeas? noli, saltem nocte, pugnare, teste enim *Cæsare* lib. 2. de bel. civ. exercitus pudore ac timore refrænatum, quibus rebus nox maxime adversaria est. Quid si situs locorum ignotus sit? noli occasionem insidiantibus dare; illis nox, tibi dies opportunior est. *Idem.*

Luna.] Quorunt auctores hujus belli habeo, scribunt lunam in occasum divergentem Romanis à tergo fuisse, & hinc ut propius ad Horizontem prolabitur, ita productiores Romanorum umbras porrigit, deceptos

inani imagine Ponticos, in umbrarum spectra in irritum tela conjecisse, Plutarchus in Pompejo. Orofius, *Frontinus* lib. 11. & Romanos in Ponticos ita exarmatos irrupisse, victoriaque positos esse. Prælium hoc ad Daltracum montem in Armenia minore accidit. *Stadius.*

Omnia expertus] Quod magnopere laudat, & imitandum bellatoribus censet Gruterus ad Tacit. discursu nono. Ex eadem schola est illud Britannorum apud Tac. Agr. 15. *Virtutes majorum suorum emularentur, ne prælii unius aut alterius eventus pavescerent.* De Romanis vide supra 1. 18. *Feinsh.*

Per defectiorem civium, Pharnacisque filii scelere, præventus, male tentatum veneno spiritum ferro expulit.] Audira filii Pharnacis defectiorem abruptis vi-

male tentatum veneno spiritum ferro expulit. Cnæus interim Magnus rebellis Asia reliquias sequens, per diversa gentium terrarumque volitabat. Nam sub Orientem sequutus Armenios, captis ipso capite gentis Artaxatis, supplicem iussit regnare Tigranem. At in Septemtrionem Scythicum, iter tanquam in mari stellis sequutus, Colchos cecidit. ignorit Iberia. pepercit Albanis. regem Colchorum Orodem, positus sub ipso Caucaſo castris, iussit in plana descendere: Arthocen, qui Iberis imperabat, & obsides liberos dare. Orodem etiam remuneratus est, ultro ab Albania sua lectulum aureum, & alia dona mittentem. Nec non & in meridiem verso agmine, Libanum Syriæ, Damascumque transgressus, per nemora illa

odora-

ta blandimentis interficere se constituit Mithridates: cum igitur uxori & filiabus fugæ suæ & fortunæ comitibus, quæ si consilium necis staret ut patris & mariti amantissimas secum traheret supplices orabant, venenum obtulisset, ipse frustra id hausit, perpetuo antidotorum usu contra vim ejus munitus, quod mirum esse plura quæ occurrunt exempla non sinunt. Itud vere admirationem meretur, inventos illisse homines qui veneno se alere assueti, eo deficiente alterius alimentum impatientes per inediaam perierunt. Albertus Magnus puellam se Colonix novisse scribit cui araneæ serviebant pro cibo. Galenus l. 3. *Simp. med.* c. 18. anum fuisse tradit Athenis quæ ab exigua cicuta portione auspicata, sensim progrediendo fecit, ut ea etiam copiose vesceretur innoxie. Similis quoque meminit Aristoteles, cujus spiritum mortiferum iis quos tegerat fuisse testatur. *Zevocatus.*

Ferro expulit. ] Rex Mithradates

cum invalido ictu semetipsum percussisset, usus servi sui manu, vel ut alii volunt à Bithocu Callo precibus ab ipso ad id exorato, confectus est. *Stad.*

*Stellis.]* Proverbio Græci dicebant, de iis qui longum iter, & per desertas terras faciebant *Ἰσθμὸν τῶν ἀστέρων*. *σημαίνουσα τῶν ὁδῶν*: cujus meminit scholiastes Æschyli in Agamemnone. vide etiam Suidam. *Salmastus.* Simile est illud Luciani pr. Icaro Menippi: *εἴτε αἱ γαῖε, καὶ τῆρε οἱ ποίνικες, ἄστροις ἕτερον αἰετὸν ἔχον ὁδῶν.*

Pepercit Albanis ] Quippe fratribus. *Just.* 42. 2. 4. *Freinshemius.*

Orodem ] Olthacem vocat Appianus pag. 253. & in triumpho ductum scribit. *Idem.*

In plana descendere ] Ne videlicet fiducia montium rebellaret. ita factum supra 2. 3. 5. & infr. 4. 12. Similia denique exempla passim in historia Romana invenias. *Idem.*

Sub

odorata, per turis & balsami silvas, Romana circumtulit signa. Arabes, si quid imperaret, præsto fuere. Hierosolymam defendere tentavere Iudæi: verum hanc quoque intravit; & vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens, sub aureo vitem cælo. dissidentibusque de regno fratribus, arbiter factus, regnare iussit Hircanum. Aristobulo, quia renovabat eam rem, catenas dedit. Sic Pompeio duce populus Romanus totam, qua latissima est, Asiam pervagatus, quam extremam habebat imperii provinciam, mediam fecit. Exceptis quippe Parthis, qui fœdus maluerunt, & Indis, qui adhuc nos non noverant: omnis Asia inter Rubrum mare, & Caspium, & Oceanum, Pompeianis domita, vel oppressa signis, tenebatur.

CAP.

*Sub aureo vitem cælo]* Nihil certius hac conjectura Lipliana, quam vide *Elector.* 2. 5. *Gruterus.* *Naz. uti cælo,* ex quo *Salmastus vitis cælo.* Quæ porro de Judæis hic narratur, recenset *Josephus.* 14. 5. 6. & c. *Freins.* Vitis aurea magnæ artis & pretii, in Judæorum templo fuit, quam Pompejus illic, five reperit, ut Florus & Tacitus volunt, five oblata ab Aristobulo recepit, ut *Josephus* & *Zonaras* narrant. In hanc vitem ludit & dentem stringit nunc Florus: & En, inquit, hoc illud secretum & grande arcanum, quod templi sui adycis Judæi cælant & colunt. Nam Græci plerique & Romani, quoniam sacra illa gens aliena à ritibus receptis & profanis nec statuas in templo haberent aut simulacra: mira & prodigiosa de religione eorum & mysteris suspicati, Alii mundum co-

lunt, alii nubes, alii Bacchum, quidam asinum & suem. At Florus quasi rem acu tangens, prodit de vite. De qua ipsa Tac. *Sed quia sacerdotes Indæorum tibia tympanisque concinebant, vitisque aurea in templo reperita, Liberum patrem coli domitorem Orientis quidam arbitrati sunt.* ubi hoc amplius discis, vitem hanc tractam in argumentum Liberi culti. Vitis hæc non simplex fuit, sed monti aureo implexa, torumque opus in formam horti flexum, Ideo in Floro *vitis sub aureo cælo.* *Lipsius.*

*Catenas dedit.]* Et in triumpho duxit. *Plut. Pompejo cap.* 73.

*Quam extremam &c.]* *Plinius* 7. 26. *Summa summorum in illo gloria fuit (ut ipse in concione dixit, cum de rebus suis diceret) Asiam ultimam provinciarum accepisse, eandemque mediam patriæ reddidisse.* *Freins.*

Q5

Pira

## C A P. VI.

## Bellum Piraticum.

**I**nterim dum populus Romanus per diversa terrarum distractus est, Cilices invaserant maria: sublatisque commerciis, rupto fœdere generis humani, sic maria bello,

**P**iraticum. ] Piratæ dum populus Romanus domi seditionibus & Cimbrico bello laborat, maria latrocinii vexabant, qui à M. Antonio prætoris, à Byzantiis adjuto, in Ciliciam profligati sunt. Inde cum majore itinere mole convalescerent, ut per mediterraneum mare ubique latrocinerent, à P. Servilio proconsule per quinquennium in Cilicia varie afflicti sunt. Pergamenon etiam archipirata, qui Ciliciam prædabatur, a L. Metello prætoris & mari & terra profligatus est. Sed cum ipsorum potentiam hætenus per tot annos tres etiam imperatores frangere non potuerint, quin mare mediterraneum latrocinis ita infestarent, ut comæatus & annonæ commercia intercluderent, bellum piraticum lege Galbinia ipsi Pompejo permittum est, ut maria, insulas, oras maritimas, & continentem ad quingenta à littore stadia, exercitus, classes populi Romani potestate extraordinario imperio haberet. Pompejus remi per xv. legatos aggressus, prospere gessit, ita ut extrema hieme bellum ab ipso apparatus sit. in eunte vere susceptum, media ætate confectum. *Strabonius.*

*Interim dum populus Romanus per diversa terrarum distractus est, Cilices invaserant maria.]* Non diversis tantum multarum historiarum exemplis, sed quotidiana etiam experientia docemur, multa in absentes statui quæ in

præsentes nemo auderet. Hinc sæpe aliqui, infames omnino, & subinde exvilissima, quam fortuna excogitare potuit, conditione ad altiora non suis meritis sed malis artibus, quibus potentium sibi conciliarunt favorem, promoti, quos præsentem accusare non auderent, per summam impudentiam lædere conantur absentes & per epistolæ aut aliter impie violant, quam Christus suis ante omnia commendavit, charitatem; quorum odia si aperta essent, palam depellere quis posset, at fraudem & dolum adhibent obsecra nempe & inevitabilia instrumenta, favent interim illis non pauci, aliqui quidem quia mentiri eos non sciunt, alii quia plebeja eorum auctoritate opus esse sibi putant, ut dignitatem suam ubique tueantur. Felices interea meo iudicio sunt, qui tales homines non curant, & (quod apud Ciceronem legisse memini) pluris libertatem suam quam istorum amicitiam æstimant, nec aut irascuntur aut invident illis qui se minores adulantur, late enim pater hoc vitium, & est in multis, etiam in iis qui liberos se esse putant, dum maxime serviunt, quales aliquando vidisse mihi video, sed eos nominare vel ingenii mei simplicitas vel memoria imbecillitas non sinit. Ut ad Florum revertar, distracta ille ait fuisse arma Romana. Male sibi revera consulunt qui numquam contenti, limites Imperii temere extendere conantur, dum

quasi tempestate præcluserant. Audaciam perditis furiosisque latronibus dabat inquieta Mithridatis prælis Asia: dum sub alieni belli tumultu, exterique regis invidia, impune grassantur, ac primum duce Isidoro, contenti proximo mari, Cretam inter atque Cyrenas, Epirum & Achaïam, sinumque Maleum, quod à spoliis Aurcum ipsi vocavere, latrocinebantur. missusque in eos Publius Servilius, quamvis leves & fugaces myoparonas gravi & Martia classe turbaret, non incruenta victoria superat. Sed nec mari submovisse contentus, validissimas urbes eorum, & diutina præda abundantes, Phaselin, & Olympion evertit, Isaurumque ipsam arcem Ciliciæ:

unde

dum priores satis defendere non possunt. *Zeyxotius.*

*Cilices.]* Sic appellati ab auctoribus, & ut ita loqui liceat principalibus, cum plures populi in societate fuerint. vide Appian. Mithrid. pag. 234. *Freinsh.* Cilicia Asia minoris regio, ab ortu Amanò monte, ab occasu Pamphylia, à septentrione Tauro monte & Cappadocia, à meridie mari mediterraneo & sinu Iffico clauditur: eam in Thraciotida sive Asperam, & in Campestrem five Plasiam Scriptores dividunt. In Thraciotide ultra Taurum est Isauria regiuncula, & Isauros urbs, quam Servilius vi, quia prædonum arx erat, expugnavit, Isauros postea dicta fuit Claudiopolis à Claudio Cæsare, qui eo coloniam deduxit. *Strabonius.*

*Inter fœdere generis humani.]* Ea de causa Cicero in Verr. 4.9. & 5.29. appellat piratas communes hostes gentium nationumque omnium, & Plinius 2. 46. omnium mort alium hostes. *Freinsh.*

*Myoparonas.]* Myoparon prædonum & piratarum navigium erat, quod

forma mixta ex nave oneraria & longa triremi fabricatum erat. quare accommodatum & expeditum semper ad celeritatem sive remis sive velis utendum esset, nunc galeonem vocant. *Strabonius.*

*Non incruenta victoria.]* Quod in causa fuisse putat magni, nec immerito, nominis politici, cur Pompejo bellum istud decerneretur, falso. Idem enim Pompejus Lucullo, quo nemo Roman. incruentius vicerat, successore missus est, quid autem Pompejus exciverit, memorat auctor mox. *Freinshonius.*

*Phaselin & Olympion.]* Urbes sunt Lyciæ maritimæ & maximæ, quæ piratarum & prædonum semper domicilium & receptaculum fuerunt, & ea de causa hoc bello etiam & à Servilio expugnata & deleta sunt. *Strabonius lib. 14 pag. 457. Cicero in Verrem 4.9. Strabonius.*

*Isaurion.]* Quæ postea Claudiopolis à Claudio, qui eo coloniam deduxit. *Freinsh.*

unde conscius sibi magni laboris, Isaurici cognomen adamavit. Non ideo tamen tot cladibus domiti, terra se continere potuerunt: sed ut quedam animalia, quibus aquam terramque incolendi gemina natura est, sub ipso hostis recessu impatientes soli, in aquas suas resiliuerunt: & aliquanto latius, quam prius. Sic ille quoque ante felix, dignus nunc victoria Pompeius visus est; & Mithridaticæ provinciae facta accessio. Ille dispersam toto mari pestem, semel & in perpetuum volens extinguere, divino quodam apparatu aggressus est. Quippe quum classibus suis & sociilibus Rhodiorum abundaret, pluribus legatis atque prefectis utraque Ponti & Oceani ora complexus est. Gellius Tusco mari impositus; Plotius Siculo. Gratius Ligusticum sinum, Pompeius Gallicum obsedit, Torquatus Balearicum, Tiberius Nero Gaditanum fretum,

[Isaurici cognomen] Val. Max. S. 5. 6. majorum suorum titulus Isaurici cognomen adiecit.

[In aquas suas resiliuerunt] De hac gente Ammianus 14. 5. Atque (ut Tullius ait) ut etiam seræ monite plerumque ad eum locum ubi aliquando pasta sunt, revertuntur: ita omnes instar turbinis digressi montibus impeditis & arduis, loca petere mari confinia.

[Cum classibus suis, & sociilibus Rhodiorum abundaret, pluribus Legatis atque prefectis utraque Ponti & Oceani ora complexus est] Ita cum fieri potest agere oportet, opportunis undique locis occupatis indagare quasi claudendus & opprimendus est hostis, dum enim omnis auxilii aliunde obtinendi spes evanuit, facile circumfessi se dedunt. Et hoc modo hodie saepe non tam armorum vis, quam necessarium de-

fectus munitissimas urbes expugnat, & tradere se cogit hosti undique obfidenti. Zerecinius. Classem quingentarum navium habuisse dicitur. peditarum cxx. M. equitum v. M. legatos quindecim: quibus alii aliter & nomina adscribunt, & provincias, & maria portusque distribuunt: atque ista Pompeii in opprimendis piratis prudentia satis convincit. Romanos duces fuisse Geographiæ peritissimos, qui mediterraneum mare, ubi est fretis angustum, classe distributa ita obsiderent, ut piratas veluti indagine caperent, aut includerent: adhæc litora provinciarum etiam à myoparonibus piraticis ita liberarent, ut mox annonæ commercii laxarent. *Stadius.*

[Pluribus legatis] XXV. numerat. nec tamen ultra xv. nominat Appian. pag. 236. vide Vellei. 2. 32. *Freinsb.*

*Terc.*

fretum, qua primum maris nostri limen aperitur: Lentulus Lybicum; Marcellinus Ægyptium; Pompeii juvenes Adriaticum; Varro Terentius Ægeum, & Ponticum, Pamphylium Metellus; Asiaticum Capio; ipsas Propontidis fauces Porcius Cato sic obditis navibus, quasi portam obseravit. Sic per omnis aquoris portus, sinus, latebras, recessus, promontoria, freta, peninsulas, quicquid piratarum fuit, quadam indagine inclusum & oppressum est. Ipse Pompeius in originem fontemque belli Ciliciam versus est: nec hostes detrectare certamen, non ex fiducia, sed quia oppressi erant, ausi videbantur. sed nihil tamen amplius, quam ut ad primum ictum concurrerent. Mox ubi circumfusa undique rostra viderunt, abjectis statim telis, remisque, plausu undique pari, quod supplicantium fuit, vitam petiverunt. Non alias tam incruenta victoria usi unquam sumus: sed nec fidelior in posterum reperta gens ulla est. Idque prospectum singulari consilio ducis, qui maritimum genus à conspectu longe removit maris, & mediter-

*raneis*

[Terentius Ægeum] Jonium ei tribuit Appianus, cui sane consentit Plinius 3. 11. Ut appareat corruptum esse hac in parte Florum, quod & Vinetus opinatur. Eidem Varroni Plinius 7. 30. & 16. 4. navalem coronam hoc bello contigisse tradit, quod equidem nemo quod sciam auctorum dicit. Vellei. etiam 2. 81. corona navali neminem unquam Roman. ante Agrippam, donatum expresse affirmat. Item Seneca benef. 3. 32. hoc sensu videtur appellare coronam navalem unicum inter dona militaria decem. Idem.

[Vetus est] Ignorant has duas voces

Pallo. & v. e. oratio forte pender à superioribus, & legendum; ipse Pompeius originem fontemque belli Ciliciam *ἑὸν* *κοῖνὸν* obsedit, occupavit: vel retinendum; ipse Pomp. in or. subtemque belli Ciliciam. ut eleganter fute intelligatur. vel impetum fecit; vel aliud quid. *Salmasius.*

[Non ex fiducia &c.] Eodem sensu apud Livium 21. 40. Nec non illi quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt. & Tacitus Arg. 24. Reliquus est numerus ignavorum & metuentium, quos quod tandem invenisset, non resisterunt, sed deprehensi sunt novissimi &c. *Freinsb.*

*Quadra-*

raneis agris quasi obligavit. Eodemque tempore & usum maris navibus recuperavit, & terra homines suos reddidit. Quid prius in hac mirere victoria: vel locitatem, quod quadragesimo die parata est: an felicitatem, quod ne una quidem navis amissa est? an verum perpetuitatem, quod amplius pirata non fuerunt?

## CAP. VII. Bellum Creticum.



**C**reticum bellum, si vera volumus noscere, nos fecimus; sola vincendi nobilem insulam cupiditate. fuisse Mithridati videbatur.

Quadragesimo die ] Ita Zonaras secundo Annal. Undequingagesimo est apud Cicer. pro L. Manilia cap. 12. Similem in eodem celeritatem notat Plutarch. in vita cap. 20. quadragesima diebus, annum tunc agens quantum & vigesimum. hostes oppressit. Africam subegit, regna regumque negotia composuit. Celeritatem autem in duce quantivis pretii esse, satis indicat Curtius §. 5. Nullam virtutem regis istius magis quam celeritatem laudaverim. & magis etiam Dio sub finem lib. 42. Cæsar in omnibus negotiis, celeritate plurimum consecutus est, neque ulla alia causa fuit, cur omnes ea tempestate duces tantum rei bellicæ

gloria præcelleret. Idem. Quadragesimo die a freto Herculeo Balaericum, Africum, Sardoum, Gallicum, Ligustinum, & Tuscum lustrasse, & res cum legatis ordinasse alii scribunt: inde a Brundisio in Cilicium profectum, & captis partim prædonibus, partim interfectis, Ciliciam pop. Romani imperio adjunxisse. Captis autem piratis agrum assignavit, ne ex inopia ad piraticam relaberentur, Soloque Cilicæ urbem a Tigrae Armeniæ rege vastatam instauravit, eamque de suo nomine Pompejopolin vocavit, captivisque piratas ejus urbis colonos scripsit. Sardinus.

**C**reticum bellum. ] Cretensium Republicam late & eleganter in politicis describit Aristoteles l. 2. c. 8. ubi etiam ait eum ejus insulæ situm esse, ut ad imperium maris quasi formata videatur; & hoc maxime tantam vincendi nobilem insulam cupiditatem excitavit in Romanis. Certe ut securitati suæ quis consulat, loca quæ ad id maxime opportuna sunt occu-

pare, & munire posse videtur, si qui ibi agunt, incolas sacris suis & moribus relicto nulla iniuria afficiat. Ut enim legis aquilix actio cessat dum quis arcendi incendiî causa, vicinas ædes destruit, ob justum metum ne suas quoque ignis invadat. l. 49. §. 1. D. ad l. Ag. Ita qui a potente tyranno bello premitur, potest ut sibi consulat, vicinorum Principum arces ac urbes etiam

tur. hoc placuit armis vindicare. Primus invasit insulam Marcus Antonius, cum ingenti quidem victoria spe atque fiducia, adeo, ut plureis catenas in navibus, quam arma portaret. Dedit itaque pœnas recordiæ.

his invitis, præsidio suo firmare. Adeo ut etiam hoc bellum meliori saltem prætextu excusare potuissent Romani nisi in incolas injurii fuissent: Ceterum hæc insula maximi olim nominis, centum urbes numeravit, unde Virgil. *Æneid.*

Creta Iovis magni medio jacet insula ponto,

Mons Idæus ubi & gentis cunabula nostræ,

Centum urbes habitant magnas uberrima regna.

Hodie pauca in ea sed munitæ admodum, & frustra à Turca tentatæ sunt; parat Venetis à Bonifacio Montisferari Comite, qui ab Alexio per occidentales restituit eam dono acceptat, cum Thesaliæ regnum obtinuisset, dividenda: qui postea rebellem domuerunt, & deducta in eam colonia subjecerunt sibi omnino. Zevcot. Cretam alteram piratarum arcem fove fontem Plutarchus vocat. M. Antonium triumviri patrem cum amplissimo in eam imperio missum fuisse, turpissimoque victum, & morbo ibidem periisse, antequam Pompejus in piratas moveret, Cicero testatur. Huic Q. Metellus proconsul in eam missus succedit, sed cum lege Gabinia Pompejus etiam ad suum imperium Cretam pertinere asseveraret, magno odio inter duces & contumeliis utrimque certatum est, usque adeo quod Metellus iracundia exasperatus, dum sese Cretenses aliquot Pompejo ut elementiori dederunt, acerbissime in eos confu- luerit. et si Pompejus ad accipiendos illos in dedicationem, L. Octavius (qui hic Antonius male scribitur) misisset, ille contempto etiam legato, & irrita

Pompeii ambitione, Lappam urbem, quam Octavius præsidio ex piratis collecto munierat, expugnavit, & supplicium de piratis illis prædialiis sumisit. *Stadius.*

Si vera volumus noscere ] Verbum noscere eadem significatione reperitur, supr. 1. 8. exemplo Taciti demonstravimus. Simile autem protulit nosfer, supra 2. 18. & infra 3. 18. ita apud Curt. 7. 1. si verum audire vis. ita apud Livium 31. 18. in factus audire vera Philippus. ita, si verum audire velis, Apulei, in apolog. Aures quippe hominum ita plerumque formatæ sunt, ut aspera quæ vera, nihilque nisi jucundum & adulatorium accipiant. Quo pertinet illud Agathonis, quod refert Athenæus 5. 13.

ἔστι δὲ φροσὸν τὰ ληθῆς ἐξ ἧς ὁ εὐφροσῶν, ἔστι δὲ εὐφροσῶν τίς ὁ ἐξ ἧς τὰ ληθῆς φροσῶν. *Freinsht.*

Primus invasit insulam Marcus Antonius, cum ingenti quidem victoria spe atque fiducia, adeo, ut plures catenas in navibus, quam arma portaret ] Nemo celerius opprimitur quam qui nihil timet, & frequentissimum initium calamitatis securitas est. Spes nulla militum animos abjicit, nimia enervat, debere enim se vincere etiam sine armis credunt, qui stultæ spei se rotos derident, ideoque celeriter non leves temerariæ suæ recordiæ pœnas perfoliunt. Apud Justinum l. 34. Achæi cum Romanis pugnaturi prædam non prælium cogitantes, & vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt, & conjuges liberisque suos, ad spectaculum certaminis, in montibus posuerunt. Sed prælio commisso, ante ocu-



*vecordia. Nam plerasque naves intercepte hostes: captivâq; corpora religata velis ac funibus pependere: ac sic velificantes triumphantium in modum Cretes portibus suis adremigaverunt. Metellus deinde totam insulam igni ferroque populatus, intra castella & urbes redegit, & Cnossum, & Erythream, & ut Græci dicere solent, urbium matrem Cydoneam: adroque sæve in captivos consulebatur, ut veneno se plerisque conscicerent, alii deditioem suam ad Pompeium absentem mitterent. Et quum ille res in Asia gerens, eo quoque profectum misisset Antonium, in aliena provincia inclitus fuit: eoque infestior Metellus in hostes jus victoris exercuit: victisque Lathene & Panare Cydonea ducibus, victor rediit. nec*

los suorum cæsi, lugubre his spectaculum, & gravem luctus memoriam reliquerunt. Coniuges quoque liberique eorum, de spectatoribus captivi facti præda hostium fuere. Et quanta Hispanorum fiducia vel insania fuit, in quorum navibus quæ Belgium infestare petebant, plures pene laquei quam enses reperti fuerunt, quasi qui iis vehentibus non ut milites ad pugnandum sed ut carnifices ad pendendum innocios missi essent. Apud Thacydideem lego l. 2. in *Orat. Arch.* sæpe pauciores dum metuunt plures præ contemtu parum instructos profugasse. *Zerecat.*

*Alii deditioem suam ad Pompeium absentem mitterent* ] Hic in Cretenses quia Pompeium sibi prætuleraut atrociter sævit Metellus. Et Annibal cum in Italia bellum gereret promissam Romanis à Maharbale, cui se traderant, securitatem & salutem præflare noluit, negans iniussu suo aliquid fieri aut promitti potuisse *Polyb.* l. 3. Eadem quoque si auscultassent

fuisse Leydensum condicio, cum à Balæzo obsessi, multis diversorum literis ut nunc uni, nunc alteri, nunc tertio se dederent monebantur, quocumque tandem casu duos offensus. Quod autem subinde dubium sit cum quo quis debeat pacisci, sæpe ducis alterius superbie adscribendum est, sæpe fraudi. Vel enim alter credere non vult quia superiorem se esse, in eo saltem negotio, existimat, sicque dedita urbs vel provincia pro miserissimo scopo utriusque indignationi exponitur, & evadere vix potest ruinam; vel si fraude agat ut securius spoliaret ac pacta nõ servet, mavult veniam à se datam in dubium trahi, & an sibi licuerit concedere dolose, ab aliis disputari. *Zerecat. Lathene & Panare.* ] Lathenem & Panarem captos in triumpho ducere nequivit Metellus, quod Pompeius eos à Metello per Tribunum plebis, ut suos deditioem, abstulerit: ita ut Pompeius ornamentum triumphi Metellici subduxerit, Q. Metellum invitis æmulis in-

venio

*quicquam amplius tamen de tam famosa victoria, quam cognomen Creticum reportavit.*

## CAP. VIII.

## Bellum Balearicum.

**Q**uatenus Metelli Macedonici domus bellicis nominibus assueverat; altero ex liberis eius Cretico facto, mora non fuit, quin alter quoque Balearicus vocaretur. Baleares per idem tempus piratica rabie corruperant maria. Homines feros atque silvestres mireris ausos à scopulis suis saltum maria prospicere. Ascendere etiam inconditas rates, & prænavigantes subinde inopinato impetu terruere. Sed quum venientem ab alto Romanam classem

venio de Creta triumphasse, & ab insula Creticum nominatum anno DCXI. Tentatam & antea Cretam a Q. Fabio Labæone Prætoris auctor est Livius, sed

eum cum nihil dignum memoria gefisset, paucis tantum Romanis qui in insula serviebant receptis, inde abscessisse *Stad.*

**M**etelli, altero ex liberis eius &c.] Magna est apud Florum *diversio notis*, quod Balearicum faciat Cretici fratrem, & utrumque Metelli Macedonici filium. nam Balearicus fratrem habuit L. Metellum Dalmaticum, a Dalmatia devicta cognominatum: ita ut funus Macedonici patris a duobus filiis triumphalibus elatum fuerit. sed Creticum, cuius superiore bello cognomen à Creta devicta sumptum est, fuisse L. Metelli Dalmatici filium, Macedonici nepotem, ex tab. Capitol. verisimile est. ita ut hic sexaginta annorum intervallo in tempore digerendo, ex nominum confusione aberratum sit. Auctores Strabo libro tertio. *F. pit.* Liv. 60. Orofius 5. 13. Plinius 7. 44.

Vellej. Valerius Maximus. Hactenus *Stadius.* Pro Floro dixerim, liberorum appellatione etiam nepotes & pronepotes, ceterosque descendentes contineri. ut in l. 220. de V. S. *Freinsh.*

*Baleares.* ] Baleares duæ sunt insulæ in mari Mediterraneo, Terraconensis Hispania littoribus adversi, Græcis etiam Gymnasias dictæ, quoniam earum incolæ nudi sunt, cætera Florus. Hod. e major illa Majorca, minor Minorca vulgo dicitur. Baleares è studio per fundas ferendum nomen invenisse, ab aliquibus scriptum est: eorum opera in bello frequenter usus deinceps esse Romanos, apud rerum gestarum scriptores invenies. *Stadius.*

R.

Tribus

classē prospexissent, prædā putantes, ausi etiam occurrere: & primo impetu, ingenti lapidum saxorumque nimbo classē operuerunt. Tribus quisque fundis præliatur. certos esse quis miratur ictus, quum hæc sola genti arma sint. id unum ab infantia studium. Cibum puer à matre non accipit, nisi quem ipsa monstrante percussit. Sed non diu lapidatione terruere Romanos. postquam cominus ventum est, expertique rostra, & pila venientia, pecudum in morē clamore sublato, petierunt fuga litora: dilapsique in proximos tumulos, querendi fuerunt ut vincerentur.

## C A P. IX.

## Expeditio in Cypron.



*Derat fatum insularum: igitur & Cypro recepta sine bello. Insulam veteribus divitiis abundantem, & ob hoc Veneri sacram, Ptolemæus regebat. Sed divitiarum tanta*

*erat*

*Tribus fundis*] Quæ tam ad Baleares nostros, quam alias funditorum nationes attineant, invenias apud Lipsium Poliör. 4. 2. & 3.

*Cibum puer à matre*] Sic apud Carducos, Acarnianes & Ethiopes ingen-

tia saxa aut magni ponderis jacula & sagittas in destinatum locum artificiose conjicere docebantur ante cibum pueri. Et simile quid ab iis voluerunt Cyrus Persarum Rex & Gymnosophistæ. Zeyecotius.

*Derat fatum insularum*] Eodem redit illud supra 2. 16. 1. Quasi saculum illud everfionibus urbiū incurrerit Freinshemius.

*Cyprus recepta sine bello.*] Cyprus insula ab ortu Ifficum sinum & mare Syriacum, ab occafu Lycium & Pamphiliū, à Septentrione Cilicium, à meridie Ægyptium habet, Stad. Mirum est quod tradunt historici, in insula illa

nullum unquam tam accurate sepeliri potuisse, quin altero die indignabunda quasi terra sponte rejiceret cadaver; durasseque id donec Ericus II. Daniz Rex cum Hierosolymam peteret morbo ibi prius & post morte interceptus voluit ibidem sepeli ri. Ab eo tempore post commissum sibi tantum depositum, etiam cetera cadavera terra non invita admisit. Zeyecotius.

*erat fama, nec falso, ut victor gentium populus, & donare regna consuetus, Publio Clodio Tribuno duce, socii*

*Et ob hoc Veneri sacram*] Non video quænam hæc assertionis ratio sit, dives est. ergo Veneri sacra, potius Junoni fuisset. apparet ergo legendum ad hoc id est insuper, quo verbo & alias utitur. Veneri vero sacram sicut & Camers notavit, ideo fuisse putant, quod mos esset Cyprii, virgines ante nuptias proficere, ut dotalē pecuniam quærent. Justin. 18. 5. quem ab ipsa Veneri institutum Lactantius 1. 17. asserit. Sed hic mos cum & aliis gentibus fuerit; magis ideo Veneri sacra dicta fuit hæc insula, quod ibi præcipuo honore colebatur: quod præter alia notiora, etiam ex Tacito 3. 62. claret. Hinc etiam *Cypris & Cyria* celeberrime vocatur Poëtis. Hoc enim magis crediderim, quam quod Annal. tom. 1. Insulam à Dea nominatam, Zonaras prodit. Freinshemius.

*Divitiarum tanta erat fama*] Hæc igitur haud dubie causa fuit ejus rei, quamvis excuset alii, & in Ptolemæum Clodiumque rejiciant, ut Strabo extr. lib. 14. Vellei. 2. 45. Dio lib. 38. Clodio eam privatim fuisse causam non negem, populo Rom. quæ alia nisi divitiarum cupido? nec enim later Rom. eo tempore avaritia, quam exprimit Galgacus apud Tacit. Agr. 30. 10. *Romani si locuples hostis est, avari: si pauper, ambitiosi.* Improbant certe factum illud summopere Cicero pro domo cap. 8. Ammianus Marcell. 14. 27. Rufus cap. 13. Freinsh.

*Donare regna consuetus*] Ejus rei non unum occurrit exemplum in Romana historia; quæ haud parca manu cumulavit ad illa Tacit. 4. 5. 5. *Maurus luba ter acceperat, donum pop. Rom.* quatenus autem donatio isthæc eis lucrosa fueret, prodidimus large etiam ad ejusdem Taciti Agric. 14. 2. *Gruterus.* Porro videatur auctor noster imitatus Ci-

cer. pro Sextio cap. 26. Ille enim ita; *ut sedens cum purpura & sceptro, & illis infensibus regis, præconi publico subiceretur: & imperante pop. Romano, qui etiam bello victo regibus regna reddere consuevit, rex amicus, nulla injuria commemorata, nullis repetitis rebus, cum bonis omnibus publicaretur.*

*Publio Clodio tribuno duce.*] Satis notum est in omnibus collegiis esse acerrimos bonarum causarum patronos, quos mali, si qui (ut subinde evenit) sint, abesse plerumque desiderant, & si aliter non possint, seponere conantur per speciem honoris. Sic cum Ciceronem accusare & affligere vellent Clodius, Catonem cujus maxime auctoritatem timebat, ut abesse cogeretur huic provincie & bello lege lata præferebat. Quo facto multa Clodius obtinuit: nam & Ciceronem ob cives Catilinæ socios sine populi judicio necatos urbe expulsi, & Cæsaris ac Pompeii gratiam sibi confirmavit, qui solum consiliis suis gravem Catonem procul ab urbe agere optabant, & deum illatam sibi, ut existimabat, à Ptolemæo Rege injuriam, qui captum à piratis redimere noluerat, vindicavit. Stolidi profecto Regis illius avaritia fuit, qui cum anxius fordibus magnas opes collegisset, tanti nominis Romanum redimere recusavit. Sed an ideo armis petenda fuit insula quia Clodius captus à piratis redemptus non fuerat? Quid cum Clodio Cypriis? Vel uno hoc exemplo (mille & mille se offerunt) convinci satis potest tyrannos & grassatores fuisse Romanos; & maximam bellandi causam habuisse immanem & inextinguibilem libidinem dominandi. Zeyecot. P. Clodius hostis Ciceroni acerrimus & patricia gente in plebejam sese à M. Fontejo adoptandum, consule Cæsare adnente, dedit.

socii vivique regis confiscationem mandaverit. Et ille quidem ad rei famam veneno fata precepit. ceterum Porcius Cato Cyprias opes liburnis per Tiberinum ostium invexit que res latius ararium populi Romani, quam ullus triumphus implevit.

C A P. X.

Bellum Gallicum.



*Sia Pompeii manibus subacta; reliqua que restabant in Europa, fortuna in Casarem transulit. Restabant autem immanissimi gentium Galli, atque Germani: & quamvis*

ut Tribunatum pleb. per legem Sacram (qua cavebatur, ne cui patriciorum plebejum magistratum capere liceret) accipere posset, quem cum cepisset, ut Ciceronem per exsilium pelleret, Catonem qui solus illum proteſturus videbatur, honesto pretextu, ut ab Urbe abesset, lege lata ablegavit. Ut Cyprus insula in provinciâ formam redigeretur, ac bona regis Ptolemæi publicarentur, idque negotium M. Catoni viro inregerrimo mandaretur. Profecto Catone Cicer. mox lege lata, quia cives Catalinæ socios sine populi iudicio necasset, Urbe expulit. Cæsaris etiam & Pompeji gratiam sibi confirmasse Clodius opinabatur, quod Cæsarum eorum consiliis gravem amovisset. ille enim solus Cæsaris Pompeique coitiones & factiones, ut reipublicæ perniciosas, publice concionabatur esse dissociandas, nec iis Republicam per assinitatum necessitudinem esse propendam. Strabo l. 14. causas huius legis à Clodio latæ refert in regis

avaritiam, qui Clodium à piratis captum redimere noluerit, & in Clodio privatam cum Ptolemæo rege similitudinem: facitque Ptolemæum Cleopatæ reginæ Ægypti patrum. *Stadius.*  
*Veneno.* Canidium familiarem suum in Cyprum præmiserat Cato, qui Ptolemæo, ut sponte legi Clodii cederet, persuaderet: daturum ipsi populo Romano Veneris Paphiæ sacerdotium, quod ut opulentissimum, in præcipuâ dignitatis apud Cyprios habebatur. Rex hausto veneno ab eorum tumelia sese liberavit. Confectam pecuniam septem millium talentorum scribit Plutarchus: ac cum talentorum nunc esset temperamentum, ceteros Regales valeat, facile est hæc summam cum nostrate pecuniâ comparare. quam unius insulæ rex regno concessisset. Cyprum postea à Julio Cæsare Cleopatæ Ægypti reginæ concessum & post mortem ejus ad Romanos diiſe invenio. *Stadius.*

**I**N Cæsarem.] Cæsar in consulatu suo, quem Bibulo anno dcccxi. cepit, lege agraria popularem auram affectus, silyricum & Galliam ceteras

*vis toto orbe divisa, tamen qui vinceret habuit Britannia.*

cum tribus legionibus lege Vatinia à populo per quinquennium obtinuit: mox senatus ulteriorem etiam ipsi Galliam cum una legione decrevit Cæsari, ut sibi absenti & in Galliam profecto, etiam in urbe potestatem & amicos confirmaret, Pompejum Magnum sibi per siliam Juliam generum, Calpurnium Pisonem consulem designatum, sibi per Calpurniam siliam socerum comparat, Ciceronem & Catonem suis consiliis infestis ab urbe amovet, idque lege lata de P. Clodii Pulchri adoptione. Cæsari enim offensus Ciceronis pro C. Antonio oratione, qua patris statum Julio consule deplorabat; eadem die & hora nona à patriciis ad plebem traduxit. Cætera de Catonis expeditione nos superiore capite diximus, & deinceps per partes sumus cum Floro dicturi. *Stadius.*

*Immanissimi gentium.]* Pleni hoc elogio auctorum libri. unicum adscribam Egeſippum 29 *Galliarum incolæ populi natura feroces. & mox, immanes Germani, qui magnitudine corporum, & contemptu mortis ceteris validiores. Freinsh.*

*Galli.]* Galli ut è sinibus suis exierunt, & in Romanos moverunt, vel ipsi à Romanis laceſſiti sunt, ita in notitiam populi Romani ampliorem venerunt, & nomina primum acceperunt à sedibus, in quas migrarunt: ut Cisalpini dicti, qui Alpibus superatis Superbo regnante in Italiâ descendunt. Transalpini, qui in Gallia manserant, dicti sunt. Transalpinam Galliam Cæsari Ulteriori, Cisalpinam Citeriori vocat. Citerioris in Italia terminus ab Alpibus ad superum mare Rubicon fluvius & Ariminum erat, ad inferum mare Luca Liguriæ civitas, & Arnus fluvius. Cisalpina etiam Gallia flumine Pado in Cispadanam & Transpadanam aliquando divisa est. Gallia

inde omnis à cultu Gallorum distingui cœpit. Togata dicta est Cisalpina Gallia à togis, quibus utebantur Citerioris Galliæ populi: Transalpina vero sive ulterior in Braccatam & comatam. Braccata erat quæ ad mare mediterraneum, hoc est, in Liguttinum & Gallicum protendebatur; à Braccis vestitium genere brevi & præcincto, & ad terrorem movendum composito. Comata à promissis comis, qua Gallia in occasum & septentrionem ad Oceanum usque porrigitur. Ulteriorem deinde Cæsaris imperio notiore per flumina in partes tres distinxerunt. Aquitaniam Pyrenæis montibus, litoribus Oceani, & Garumna flumine includunt. Celticam, quæ Romanis proprie Gallia dicitur, Rhodano à Narbonensi, Sequana & Matrona à Belgica, Garumna ab Aquitanis distinguit. Belgicam ab ortu & septentrione Rhenus à Germania separat, Galliam iterum aliter ab Augusto terminatam suo loco dicemus. *Stadius.*

*Et quamvis toto orbe divisa, tamen &c.]* Finis erat orbis ora Gallici litoris, nisi Britannia insula non qualibet amplitudine, nomen pene alterius orbis mereverunt. Solin. cap. 25. Virg. Eclog. 1.

*Et penitus toto diviso orbe Britannos.* Claudianus de laud. Stilicon. 3.

*Vincendos alio quæſivit in orbe Britannos.*

*Cæsar.* Egeſippus loco modo citato: *Britannia extra orbem posita, sed Rom. virtute in orbem redacta. Quos etas superior ignoravit, didicit Rom. victoria.* Ex hac ratione D. Hieron. ad Gerontium sub fin. *extremos hominum vocat Marinos.* Si tamen Saxoni, & Alberto Crantzio Norvagiæ 1. 28. credimus, diu ante Romanos Britanniam irrupere Dani, alique Septentrionales. ut Romani eam sibi primitus cognitam falso glorientur. *Freinshemius.*

*tannia. Primus Gallie motus ab Helvetiis cepit: qui Rhodanum inter & Rhenum siti, non sufficientibus terris, venere sedes petendum, incensis manibus suis. hoc sacramentum fuit, ne redirent. Sed petito tempore ad deliberandum, quum inter moras Cæsar, Rhodani ponte rescisso, abstulisset fugam; statim bellicosissimam gentem sic in sedes suas, quasi greges in stabula pastor, deduxit. Sequens longeque cruentior*

## pugna

*Helvetiis*] Helvetios Cæsar ab octu à Germania Rheno dividit; à meridie Jura monte; Lemanno lacu, Sequanis & Rhodano fluvio à Narbonensi Gallia & provincia distinguit: hodie Suiizeri dicuntur. *Stadius.*

*Petito tempore ad deliberandum, cum inter moras Cæsar Rhodani ponte rescisso, &c.*] Sciebat Cæsar primum Gallo- rum impetum plusquam virorum esse, ceteros minus quam feminarum. Itaque ut cum feroce gente non statim dimicare cogere- tur, nihil missis ad se Legatis negavit, nihil etiam concessit: donec opportunum ad pugnandum tempus advenisse judicans, cum securi illi nihil minus quam pugnam timerent, usus occasione facili negotio superavit. Nunquam magis decipitur hostis, quam cum ob injectam pacis mentionem aut spem primum ardorem remittit. Capi suere fraude Philippi Phocense. *Inst. l. 5. c. 4. & 5.* Deceptus magnæ Britanniæ Rex Jacobus, qui non ante decipi se sensit quam perditus esse Palatinatus. Ego illos prudentes esse iudico qui quod per Legatos urgent, vel statim fieri vel statim volunt negari; tempus quod ad deliberandum petitur insidiosum plerumque est. & ideo diligenter ante in omnia inquiri oportet quam illi concedatur. *Zeycecius.*

*Inter moras Cæsar, Rhodani ponte rescisso.*] Cæsar audito Helvetiorum

motu, iter ab Urbe Genevam maturaverat, & ut viam Helvetiis præcluderet, pontem qui ad Genevam erat, rescindi iussit. Geneva enim extremum oppidum Allobrogum, proximum Helvetiis erat. Helvetii missis ad Cæsarem legatis, iter ut ipsis per provinciam sine maleficio facere liceret, rogabant. Cæsar deliberandi spatio usque ad Idus Aprilis sumpto, murum à Lemanno lacu ad Juram montem XIX. mill. passuum longum ducit, & ita Helvetios à protectione prohibet. Ipsi ad Ararim descendent, Cæsar trajicientes ipsos, & quartam partem nondum traductam concidit, aut fuga dissipavit. Iterum Divicone legato frustra ad Cæsarem missis, pergunt in Aduos; equitatum Cæsar is IV. millium numero avidius infecutus, aliquot occisis, repreferrunt. Inde Cæsar ipsorum velligis semper insistens, eos a populationibus coëtebat, & magno difficulte prælio in itinere eos fudit fugavitque, ita ut cxxx. millia hominum ex cccxxviii. millibus supersessent, qui in Lingonum fines profecti, inopiaque fracti, sese supplices Cæsari per legatos dediderunt. quos, obsidibus datis, armis & perfugis traditis in fines suos, unde erant profecti, redire, oppida vicofque quos vincerant restituere iussit. *Stadius.*

*Belgarum*] Ex verbis Flori hic pos- turus, item Cæsar. Comment. 2. 17. &c.

*pugna Belgarum: quippe pro libertate pugnantium. Hic cum multa Romanorum militum insignia, tum illud egressum ipsius ducis, quod nutante in fugam exercitu, rapto fugientis è manu scuto, in primam volitans aciem, manu prælium restituit. Inde cum Venetis etiam navale bellum: sed major cum Oceano, quam*

rursus ex Val. Max. 3. 2. 19. item ceteris deprehendimus hunc locum insigniter depravatum, ut non *Belgarum* legendum sit, sed *Nerviorum*. ait enim hic Florus: *In hac pugna multa Rom insignia fuisse, tum illud egressum ipsius ducis, quod nutante in fugam exercitu &c.* Hoc autem non in pugna cum Belgis, sed cum Nervii accidisse, scribit Cæsar, & Val. Max. Accedit ad hoc, quoniam Belge facili pugna a Cæsare superati sunt. *Lege Cæs. de bell. Gall. 2. 10. &c. & Livium lib. 104. Cameris.* Sed videtur oblitus ille, Nervios ex Belgis esse. *Vinetus.* Sequenti anno Cæsar in Belgas, qui per hiemem inter se contra Romanos conjuraverant, exercitum duxit: Belgas ad Axonam flumen cecidit: inde in Suefiones. Bellocos, Ambianos profectus, ipsos, qua sese debebant in fidem recepit. Mover inde in Nervios bellicosissimam Belgarum gentem, quos cum Atrebaribus & Veromandis ipsorum sociis difficillimo ad Scaldim fluvium prælio ad internecionem usque delevit. Advatici, Cimbrorum & Theutonum progenies, Nervii auxilium veniebant atque ipsorum clade, quam in itinere intellexerunt perterriti, domum dilabuntur & sese Cæsaris clementie per- mitunt. M. Cicero, qui superiore anno ab Urbe lege Clodia expulsi fuerat, hoc anno lege Centuriata Sextili mense lata, maximo Senatus gaudio & universæ Italiæ revocatus est, XVI. quam exulaverat mense: sub finem namque Martii mensis anno superiore

in exilium pulsus est, revocatus hoc anno rediit Romam pridie Nonas Septemb. *Stad.*

*Illud egressum ipsius Ducis: quod nutante in fugam exercitu, rapto fugientis è manu scuto, in primam volitans aciem, manu prælium restituit*] Idem Cæsar in Africa eo prælio quo Labienum & Petreum superavit fugientem aquiliferum ad primam aciem retraxit; cum exprobratione ignavia exclamans, quorsum tu abis? illic sunt cum quibus dimicamus; sicque labantem belli fortunam divino animi ardore restituit. *Zeycecius.* vide Val. Max. 3. 2. 19. Sueton. 62. 1. & nostrum infra 4. 2. 82.

*Inde cum Venetis.*] P. Crassus Cæsaris legatus superiore anno Venetos, Vnellos, Osiinos, Curiosolitas, Sefuvios, Aulercos, Rhedones, maritimæ Gallie ad Oceanum Britannicum civitates in dedicationem redegerat, atque cum Cæsar in Illyrico ipsa hieme profectus erat, Veneti, equites frumentii petendi causa à P. Crasso, qui Andibus hiemabat, missos retinebant, ut datos Cæsar obsides eorum permutatione recuperarent. Hoc factum ceteræ civitates sequuntur, omnesque sollicitate sociatæque inter se conjurant: eam injuriam Cæsar armis profecutus cum exercitu proficiscitur in Venetos, & ut auxilia ipsorum distineret, singulis nationibus per legatos bellum moveret, qui re bene gesta hostes partim dedicatione imperata facere coegerunt. Cæsar Venetos navali prælio per D.

quam cum ipsis navibus rixa. quippe illæ rudēs, & informes, & statim naufragæ quum rostra sensissent. sed hærebat in vadis pugna, quum æstibus solitis cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello videretur. Ille quoque accessere diversitates progentium locorumque natura. Aquitani callidum genus, in speluncas se recipiebant; iussit includi: Morini dilabebantur in silvas; iussit incendi. Nemo tantum feroces dixerit Gallos; fraudibus agunt: Induciomarus Treviros, Ambiorix concitavit Eburones.

Brutum victos in deditionem accepit. Crassus Sontiates, Aquitanos & maximam Aquitaniam partem; Sabinus Unellos & maritimas civitates, & Viridovicem ipsorum ducem vicit. Cæsar inde in Morinos & Menapios adhuc armatus bellum convertit, sed superveniente tempestate, & hieme, & quia illi paludibus & silvis se suaque abderant, militem in hiberna reduxit. ipse Lucam in Italiam proficisci: ut quo ab Urbe Pompejus, Crassus, Claudius, Metellus Nepos, aliique Senatores colloquendi gratia convenirent. Cæsar lib. Comment. 111. Plutarch. in Cæs. Stad.

Iussit includi &c. ] Diversas in tali casu artes adhibere diversi. supra 2. 3. Babius latebras hestium ignibus sepsit. Sertorius apud Plut. in vita cap. 26. & 27. multo pulvere e. citato quem ventus in os speluncæ impingeret, latentes ad deditionem compulit. Herodes apud Joseph. 14. 2. arcis quibusdam, ubi milites incluserat, ad ostia speluncarum alias inaccessibilibus superne demissis. Inprimis autem huic similis est Taciti locus 14. 23. Barbari pro ingenio quisque, alii preces offerre, quidam deservere vicis, & in avia digredi: ac fœvere, qui se speluncis ac cavissima secum abderent. Igitur dux Romanus diversis ar-

nes. *ibus, misericordia adversos supplicia, celeritate adversus profugos, immitis in qui latebras insederant, ora & exitus specuum sarmentis virgultisque completis, igni exurit.* Freinsh.

Ambiorix. ] Cæsar ex Britannia victor reversus, L. Domitio, Ap. Claudio cons. consilium Gallorum Samorbrinx induxit, & quia frumentum obficcitatem angustius provenerat, coactus est legiones suas per plures civitates in hiberna distribuere. Legionem unam & quinque cohortes, quibus legatos. Q. Titurium Sabinum, & L. Aurunculejum Cottam præesse iussit, in Eburones, qui Ambiorigi & Carivulco parebant, misit. T. Labienum cum quarta legione Rhemis in confinio Trevirotum hiemare iussit, Induciomarus Trevir Cæsari insensus, quia Cingentorigenem æmulum ipsi preculisset, cum Ambiorige, quem tamen multis sibi beneficiis Cæsar antea devinxerat, & Carivulco, ut opprimerentur legiones, conspirat Ambiorix subito ad Cottam & Sabinum castra properat, à quibus vi repulsus dolo agit Sabinum & Cottam simulata officii benevolentia admonet, ut suæ ac militum salutem consulant. Galliam, ut communem libertatem à Romanis vindicaret, consp. raffe: accitos stipendio

nes. utrique, absente Cæsare conjuratione facta, in venire legatos. sed ille fortiter à Dolabella summotus est, relatumque regis caput. hic insidiis in valle dispositis, dolo perculi. itaque & castra direpta sunt, & aurum ablatum. Cottam cum Titurio Sabinolegato ibi amisimus. Nec ulla de rege mox ultio: quippe perpetua trans Rhenum fuga latuit. Nec Rhenus ergo immunis. nec enim fuserat, ut liber esset receptor

in auxilium Germanos, qui jam superato Rheno intra biduum adituri essent; ipsi conient, velintne ad Labienum aut Q. Ciceronem, quorum castra L. millium passuum abessent, in tutum priusquam cap. Gallorum conveniant, suos adducere; se tutum iter per fines suos daturum: mox itaque in castris convocato concilio certatum est sententia acriter inter duces. Sabinus eundem ex amicissimi regis Ambiorigis consilio contendit. Cotta nihil temere credendum hosti, nec legionem insidiarum periculum in itinere objectandam disputat, tandem Cotta cæterorum consensu victus est, & profectus prima luce pronuntiatur, eos solutus ordinibus abeuntes, hottes ex insidiis adiunantur, & velut indagine clausos eminus læcessunt, fortissimum quemque vulnerant, aut circumfusi occidunt. Titurus tot malis circumventus, dum Ambiorigi deditionem offert, occiditur: Cotta itrenue pugnans cum maxima militum parte interficiscitur: cætera pars in castra recurrens sese mutuis vulneribus confecit. Inde Eburones adjunctis Advacis & Nervii sese in Ciceronem, qui apud Nervios hiemabat, convertunt, à quo fortiter repulsi sunt, nec dolo nec vi pares & superveniente Cæsare cum vii. millibus, funduntur fuganturque lx. millia hominum. Induciomaro sui contentum studio etiam T. Labienus

augebat, quousque auxiliis in castra quam occultissime accesserit, eundem ex more solito temere castris insulantem, subita nec inopinata eruptione profligaverit, fugientemque in vado fluminis affectui equites interficiunt caputque caesi in castra referunt. Cæsar lib. 5. eadem Dio, & Plutarch. male hic scribitur Dolabella pro T. Labieno. Stadus.

Ille fortiter à Dolabella summotus est. ] Sive Dolabella sive T. Labienus fuerit qui Induciomarum superavit, egregio stratagemate victoriam obtinuit. Insultantem enim quotidie castris vecordiam simulato timore fovit, usque dum convocatis clam auxiliis, cum suo more insolentem subita & non expectata eruptione oppressit. Non satis didicerat Induciomarus, nisi il turo in hoste despici, & sæpe contemptum hostem creumentum edidisse certamen. Zevocat.

Hic insidiis in valle dispositis, dolo perculit, &c. ] Plures exercitus hostium insidiis periisse quam armis historiarum docent. Maluisset fidem promissis Ambiorigis non adhiberi Cotta, sed voluit Sabinus: cuius infelicem sententiam secuti Romani una cum eo & altero periere. An ergo damnandum fuit consilium Sabinum? absit ut hoc putem, nisi forte aliud cogitare Ambiorigem ex non vanis circumstantiis Cotta ante collegerit, & Sabinum ac militibus indicarit, alias fortunæ adscribere & cum

prator hostium atque defensor. Sed prima contra Germanos illius pugna, iustissimis quidem ex causis. Hædui enim de incurfionibus eorum querebantur. Quæ Ariovisti superbia? Quæ legati dicerent, Veni ad Cæfarem. Quis est autem Cæsar? & , Si vult, veniat, inquit. & , Quid ad illum, quid agat nostra Germania? num ego me interpono Romanis? Itaq; tantus gentis novæ terror in castris, ut

Plauto dicere cogor in Pseud.

*Centum doctum hominum consilia, sola hæc devincit Dea. Idem.*

Receptor hostium ] Receptorores enim perinde puniuntur ac meruerunt ii quos receperunt. l. 1. de recept. in cuius sine leve mendum est, sed quod sensum vehementer pervertit; legitur enim: *In pari causa habendi sunt: quia cum apprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel subreptorum parte, dimiserunt.* Scribendum enim: *In pari causa habendi sunt, qui, cum &c.* ut bimestris sit hæc lex, æquatque de receptoribus primo; tum etiam de iis qui non recipiunt quidem latronem, sed accepta pecunia, cum possent apprehendere, dimitunt. Freinsh.

Ariovisti. ] Ariovistus Cæsare confule, rex & amicus à Senatu appellatus erat, qui Æduis cum Arvernīs & Sequanis de Galliæ principatu contententibus, contra Æduos ut potentiores mercede in Galliam cum Germanis accersitus erat, atque cum ille per vim occupatos Sequanos crudelissime vexaret. Æduosque congressi ausos magna calamitate afflixisset, Æduorum precibus, & Senatus consulto. quo Ædui ut socii defendendi erant, Cæsar commotus. nihilque pacati ab Ariovisto Cæsaris legatis responderetur, in Ariovistum movit, & ex itinere Vesontionem occupat, presidioque firmat: cum ibidem Cæsar ob belli apparatus

hæreret, consternatione exercitui suo oborta, quia hostium ferocia verbis nimium & fama efferebatur, metum suis omnem veris rationibus dissolvit, & mox in hostem movit, quem nequidquam colloquiis tentatum, & Harudum, Marcomannorum Triboccorum, Vangionum, Nemetum, Sebusiorum, Suevorum auxiliis fuffultum, & acie, quia ante novam lunam ne pugnaret, ipsi à foreligis mulierculis obnuntiandum erat, decernere cunctantem, ad prælium tamen cogit, superat, & ultra Rhenum profugat. Cæsar libr. 1. Plutarchus Dio. Stad.

Quid ad illum quid agat nostra Germania? num ego me interpono Romanis? Cæsar ipse l. 1. de bel. Gal. scribit respondisse Ariovistum: Jus esse belli, ut, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent imperarent: Populum Romanum victis non ad alterius præscriptum, sed ad suum arbitrium imperare confuisset, si ipse populo Romano non præscriberet, quemadmodum suo iure uteretur; non oportere se à populo Romano in suo iure impediri. Æduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent, & armis congressi ac superati essent, stipendiarios esse factos: magnam Cæsarem injuriam facere, qui suo adventu vectigalia sibi deteriora faceret. Ædus se offidas reddidit non esse; neque iis, neque eorum sociis injuria bellum illaturum,

testamenta passim etiam in principiis scriberentur. Sed illa immania corpora, quo erant majora, eo magis gladiis ferroque patuerunt. Qui calor in præliando militum fuerit, nullo magis exprimi potest, quam quod elatis super caput scutis, quum se testudine barbarus tegetet, super ipsa Romani scuta salierunt: & inde in jugulos gladiis descendebant. Iterum de Ger-

mano

rum, si in eo manerent, quod convenisset, stipendiumque quotannis pendere. Florus noster iustissimas hujus belli causas fuisse ait. E diverso Caro Cæsarem ob motum injuste bellum Germanis dedi oportere sæpe censuit in Senatu, & non nisi prospere decedentibus rebus isti illum periculo erumpit fuisse scribit in eius vita Suetonius cap. 24. Et quidem bellum novum suscipere Senatu inconsulto non potuit Cæsar. Istud enim iis tantum licet quorum summa & indefinita potestas ab alterius auctoritate non dependet. Quod autem Cæsar illatas scutis injurias vindicare se velle præ se tulerit, speciosum magis fuit quam verum. Scimus ex veteribus novisque historis alieni cupiditatem hos sibi plerumque querere obtentus. Ædus & Sequani certis cum Ariovisto legibus transegerant; si duriores illæ fuerint, facilitatem suam aut fortunam potius accusare debuerunt, quam, nulla nova injuria læsi, bellum movere. Nec potuit Cæsar causam illorum suscipere, quin simul injustitiæ damnatos Romanos, qui quos semel subegerant, nisi pactis starent ac bona fide parent, puniebant ut rebelles. Zevetotius.

Nam ego me interpono Romanis? ] Idem respondit reddidit iis olim Antiochus apud Livium 33. 26. & Appian. princ. Syriaci pag. 88. itemque prætor Achæorum Lycortas, apud eundem Livium 39. 37. Freinsh.

Testamenta passim etiam in principiis ] Expressit verba Cæsaris de bell. Gal. 1. 39. Principia enim hoc loco pars castrorum est, non aciei. Porro testamentorum militarium duo reperuntur genera, prius ad quod hoc exemplum pertinet, quod pugnam ingressuri faciebant; quod etiam *provincinum* §. 1. Inst. de testam. ord. vel in *provincina* (vide Festum) appellatur: Alterum, quod milites in castris degentes condebant, de quo tituli Inst. D. & C. Prioris exemplum est apud Vellei. 2. 5. quod sua jam tum ætate defuisse Cicerone de natura deor. 2. 3. queritur. Datur etiam casus, ubi in medio periculo tale testamentum fit, ut apud Joseph. de bell. Jud. 7. 6. Simile est primo quod apud Justin. 3. 5. de Spartanis refertur: eos prælium inturos, *tefferas, insculptis suis & patrum nominibus, dextro brachio deligasse, ut si omnes adversum prælium confosississet, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulos in tradis sepultura possent.* Quamvis enim solius sepulture causa fecisset Justinus putet: nullus tamen dubito, quin hereditates etiam & legata aliqui eorum eadem ratione reliquerint. Idem.

Testudine ] Testudo hoc loco militum manus dicitur, quæ confertis super capita scutis sese contra impetus lapidum & telorum desuper cadentium protegit. vide Lips. Polior. 1. 5. Stadus.

Germano ] Cn. Pompeio & M. Crasso iterum

*mano Tentari querebantur. Hic vero jam Cæsar ultro Mosulam navali ponte transgreditur, ipsumque*

*Rhe-*

iterum Coss. Uspetes Germani Tentari, qui à Suevis bellicosissima & maxima Germaniæ gente exacti, triennio per Germaniæ vagabantur, non longe ab Rheni ostiis in Galliam trajiciunt, Ménapios profligant, ipsorumque sedes occupant. Cæsar his de rebus certior factus, cui mobilitas & Gallicæ gentis infirmitas suspecta erat, maturat in Germanicam expeditionem, confirmatque Gallorum animos jam utcumque labefactos. Germanos qui jam trajecerant Rhenum, dum legatos ipsorum pro agris petendis milios retinet, ex improvviso nec tale quid opinantes adortus, cecce xxx. milia hostium non longe à Confluente Mosæ & Rheni profligat, castris exsistit, & dissipat, & perpaucos suorum vulneratis, periculosisimo bello defungitur. Ubiis qui ultra Rhenum habitabant, Suevis vectigales & nunc obsidibus Cæsari datis populi Romani amici, Cæsaris auxilium contra Suevorum injurias orabant: quare Cæsar ut Ubios defenderet, ut Germanos etiam propiore periculo & bello domestico frangeret, Rhenum ponte publicio intra decimum diem confecto superavit, & in Tacambros signa convertit: illi & cæteri Germani Suevique sese in sylvas & paludes una cum rebus carissimis receperant: Cæsar late populatis igne ferroque ipsorum agris, & Ubiis liberatis, xviii. die iterum in Galliam exercitum reduxit, pontemque rescidit. Hujus pontis structuram ut Cæsar elegantissime & absolutissime describit, ita eum Jocundus Veronensis corrupte depingit, Cardanus in subtilitate sua subtiliter, Jo. Buteo in Geometricis diligenter & fideliter. Cum Pompeius & Cæsar Cæsaris etiam factione Coss. essent declarari; id enim superioris anni con-

ventu Lucæ per coalitionem optimationem conceptum fuerat, provincias lege Trebonia, frustra intercedente Catone, in quinquennium Pompeius Hispaniam, Crassus Syriam & Parthicum bellum, Cæsar Gallias & Germaniam in alterum quinquennium novo exemplo per vim obtinuerunt. Julia uxor Pompeii è partus doloribus etiam periit, atque ita necessitudinis vinculum illud, quo Cæsar & Pompeius solum in amicitia tenebantur, abruptum est, cum siliola etiam quæ nara erat, statim matrem sequeretur: anno proximo id accidisse, cum Cæsar Britanniam peragraret, testatur Seneca de consolatione ad Marciam, & Cicero ad Quintum fratrem lib. iii. *Stad.*

*Utro] Dicit Florus, jam sua sponte transisse Cæsarem, non læsentibus Germanis. Sic Tacitus 1. 3. 7. 2. Duxque veteres reges Agrippam & Iacchum expedire copias quæis Parthorum fins ultro intrarent. Sic etiam notter sapius. Freinshemius.*

*Mosulam] Hoc reposuit Vinetus, cum servarent mss. ejus, Masiliam, quod & in v. c. & Pall. tribus; ita tamen, ut restet à prima manu in tertio, Mosellam. Gruterus. Mosula flumen nusquam lectum mihi, nisi quod Guliel. Brito lib. 10. Philippicod.*

*Ut miraretur fieri se Mosula rubrum Sanguine sanctorum.*

Totum autem locum ita corrigi doctissimus Cluverius Germ. aut. 2. 14. *infra Mosellam navali ponte transgreditur ipsum Rhenum.* Cujus tamen rationes curatus expendere jam non vacat. *Idem.*

*Navali ponte] Hujus pontis structuram Cæsar de bell. Gall. 4. 17. elegantissime & absolutissime describit.*

*Rhenum: & Hercyniis hostem querit in silvis: sed in saltus & paludes genus omne diffugerat. tantum pavoris incussit intra ripam subito Romana vis. Nec semel Rhenus, sed iterum quoque, & quidem ponte facto, penetratus est. Sed major aliquanto trepidatio: quippe quum Rhenum suum sic ponte, quasi jugo captum viderent, fuga rursus in silvas ac paludes: & quod acerbissimum Cæsari fuit, non fuere qui vincerentur. Omnibus terra marique captis, respexit Oceanum: & quasi hic Romanus orbis non sufficeret, alterum cogitavit. Classe igitur comparata, Britanniam transit, mira celeritate: quippe qui tertia vigilia*

*Nec semel, &c.] Jactat Cæsar apud Julianum semel ille (Alexander) Istrum transiit; ego bis Rhenum.*

*Ponte facto] Nota atque instituta ratione, ait Cæs. de bell. Gall. 6. 9. Quomodo autem Romani quam facillime fluvios transgredi consueverint, refert Suidas in voce Ἰστῦμα, De hitoria Sueton. Cæs. 25. 3. Germanos qui trans Rhenum accolunt, primus Rom. ponte fabricato aggressus, maximis cladibus affecit. Freinshemius.*

*Romanus] Romanum orbem vocat Ἰν ἑαυτοῖσιν, nam ita Romanos vocat gentium dominos, orbis Dominos. Cæsaris ambitionem & φιλαρχίαν tangit: cui exsaturandæ non erat satis orbis terrarum, & quicquid parebat Romanis, nisi alterum orbem quaesisset. Alterum orbem Britanniam intelligit, de qua in continenti sequitur, quem novum orbem & alterum orbem appellant Romani ut notum est. Salm.*

*Britanniam.] Cæsar quia intelligebat Britannos hostibus populi Romani auxilia subministrare, aut profugos etiam excipere, in eos proficisci decrevit. Bis itaque hac de causa in Bri-*

tanniam insulam trajecit, Primo sub Autumni æquinoctium, cum tertia vigilia è Morinorum portu solvens, hora circiter diei quarta in Britanniam appulit, Pompejo & Craffo Coss. ipse Britannos, facto prælio, ut se ejus clementia permitterent, impulit: sed cum classis ejus quæ equitatum transportabat, ob incognitum Romanis ælitum Oceani circa plenam lunam & circa æquinoctia, quod etiam Tacitus testatur, sævissimum, scædissima tempestate disiecta est. Quæ res Britannos ad rebellandum erexit, sed iterum suffugatique, imperata datis obsidibus facere coacti sunt. Cæsar cum suis incolumis in Galliam rediit. Atque cum Britannii quos promiserant obsides non misissent, iterum Cæsar in Britanniam navigat, solvitque ab Iccio portu ad solis occasum, Africo spirante, & ad insulam magno cum militum labore accessit meridiano fere tempore; oborta enim malacia ad terram remigandum erat. Hostes navium multitudinem, erant enim octingentæ, perterriti à litore discesserant; eos Cæsar insecutus, Cassivellaunum regem, quem suis

gilia Morino solvisset à portu, minus quam medio die insulam ingressus est. Plena erant tumultu hostico litora; & trepidantia ad conspectum rei nova carpenta volitabant. itaque trepidatio pro victoria fuit. Arma, & obsides accepit à trepidis: & ulterius iisset, nisi improbam classem naufragio castigasset Oceanus. Reversus igitur in Galliam, classe majore, auctisque admodum copiis, in eundem rursus Oceanum, eosdemque rursus Britannos, Calidonas sequutus in silvas, unum quoque è regibus Cavelanis in vincula dedit. Contentus his (non enim provincie, sed nomini studebatur) cum majore quam prius praeda re-  
 vectus est; ipso quoque Oceano tranquillo magis, & propitio, quasi imparem se fateretur. Sed maxima omnium, eademque novissima conjuratio fuit Galliarum, quum omnes pariter Arvernos atque Biturigas, Carnutas simul Sequanosque contraxit, ille cor-

poro

tuis Copiis Britannii præfecerant, profugit Trinobantes & alias Britannice civitates in dedicationem & ipsum Casivellaunum accipit: vectigalemque populo Romano Britanniam facit, & quia in Gallia hiemare decreverat, sub æquinoctium Autumnale v. i. Kal. Octobris, secunda inita cum solvisset vigilia, prima luce cum classe incolumi Galliam attingit L. Domitio, Appio Claudio consulibus. Cæsar lib. v. Dio. Plutarchus. *Stad.*

Morino solvisset à portu) Apparet hinc iter fuisse Britanniam petentibus. quo respexerit Virg. Æn. 8. 777. & ex eo D. Hieron. & magis Gracius Cynegetici vers. 147.

Quid freta si Morini dubio resistentia ponto

Veneris, atque ipsas libeat penetrare Britan-  
 nos? Kreinsh.

Carpenta] vide Cæsari de bell. Gall. 4. 33. adde sup. 3. 2.

Conjuratio Galliarum. ] Gallia tota pro libertate contra Romanos conjuravit, Cn. Pompejo sine collega confule an. DCC. I. dum Cæsarem civilibus moribus temerorum, & nivium, quæ in Alpibus ceciderant, altitudine à Gallia exclusum opinantur, initium à Carnutibus cepit, qui reliquorum locietatem jurejurando sibi abstringunt, ac die conducta Genabum profecti, cives Romanos, qui negotiandi causa ibidem constiterant, interficiunt, ea fama eodem die ad Arvernos per centum millia passuum perlata, eos etiam ad arma duce Vercingentorige Arverno incitat, qua contagione & ceteri Gallicæ populi in bellum trahuntur. *Stad.*

poro, armis, spirituque terribilis, nomine etiam quasi terrore composito, Vercingentorix. ille festis diebus, & comitialibus, quum frequentissimos in lucis habere; ferocibus dictis ad jus pristinum libertatis erexit. Aberat tunc Cæsar, Ravennæ delectum agens: & hieme creverant Alpes: sic interclusum putabant iter. Sed ille qualis erat ad nuntium rei felicissimæ temeritatis? Per invios ad id tempus montium tumulos, per intactas vias, & nives, expedita manu emer-  
 sus,

Ille festis diebus & comitialibus. ] *ἡντιν ὄργος φῶς ἐπέθεθεν*, ut Græci dicunt: sic eg. novi correctorum vestigia. conciliabilibus erat in veteri scriptura, quam in comitialibus convertunt. omnino cum festis dies præcessissent, comitiales sequi debere sibi persuaserunt: quod falsissimum est. Vercingentorix & ejusdem factionis homines dies tantum festos, quibus sua conciliabula indicerent, eligebant, ut melius latere possent. quod comitialibus diebus non ita facile illis factum fuisset Cæsar eadem de re loquens, *indictis inter se principes Gallie conciliis sylvæstribus ac remotis locis. conciliabilibus igitur verum est. Festus, conciliabula sunt loca ubi in concilium conveniunt. Cæsar concilia vocat. Salmastius.*

Qualis erat, ad nuntium rei felicissimæ temeritatis? ] Belle quidem Salmastius locum scribit & explicat. *qualis erat, ad nuntium rei felicissimæ per invios &c.* cum ita legatur in optimo Vall. *qualis erat ὅς εἶπεν*. quomodo loquitur Appianus de bell. civ. 3. pag. 568. sive felicissima temeritate. Videtur tamen aliud sentire Florus, & tribuere Cæsari, quod Alexandro Seneca de benefic. 1. 13. *felicem temeritatem*, ut ita scribendum sit; *qualis erat felicissimæ temeritatis ad nuntium rei*, hoc est, ut erat. *fel. temer.* fateor quidem non

succurrere, vocem qualis uspiam hoc modo usurpatam, sed nec itum altero sensu legisse me memini; verum semper, ut, vel sicut. Liv. 27. 53. *vinctos ut erat*: Ovid. amor. 2. 5.

Sicut erant, & erant compii, laniare capillos,

Et fuit in teneras impetu ire genas.

Idem in epist. Paridis.

Et forei effissis ut erat Cassandra capillis,

Quo ruis? exclamat.

Curtius S. 3 sicut erat, cruenta veste. Sueton. Othone 8. sicut erant cruenti. Porro ne quid desideret lector, etiam Gruteri conjecturas subnectam. arbitratur autem legi posse: *Sed ille, qualis erat, ad nuntium rei (felicissimæ temeritatis per) invios ad id tempus montium tumulos, intactas vias emensus &c.* ut per secundum natum fuerit à priori par, postea degenerante in per. sane emetiri per tumulos, per vias, inloens locutio. Aur si istud displiceret, forte fuisse: *sed ille, qualis erat, ad nuntium rei felicissimæ temeritatis, per invios ad id tempus tumulos, per intactas vias emensus: sicque plane exhibet Pal. sec. Freinsheimius.*

Per invios ad id tempus montium tumulos, per intactas vias & nives, expedita manu emensus occupat Galliam, &c. ] Nullam in Alexandro virtutem magis quam



*emersus, occupat Galliam; & ex distantibus hibernis castra contraxit; & ante in media Gallia fuit quam ab ultima timeretur. Tum ipsa capita belli aggressus, urbes; Avaricum cum quadraginta millibus propugnantium sustulit: Alexiam ducentorum quinquaginta millium juventute subnixam flammis adæquavit. Circa Gergoviam Arvernorum, tota belli*

quam celeritatem laudat Curtius. Et qui ad illius exemplum omnia maxime sua dirigebat Cæsar falsus sape fuit, præcipuas se obtinuisse victorias non differendo. Verum non semper festinandum est. Hic autem maturandum Cæsari fuit, tum ut principis obitaret, & inexpectato suo adventu nondum longa mora confirmatos adversarios terreret, tum etiam ne si, quæ quotidie adhuc novæ legebantur hostium copias, cum veteribus conjunctæ fuissent, minus facile potuisset resistere. Zevecotius. Gebennam montem qui Arvernos ab Helviis dividit, durissimo anni tempore altissima ad sex pedes nive impeditum Cæsar summo militum labore superat, & in Arvernorum fines pervenit: hinc Velludonum Senonum oppidum per deductionem recipit, inde ad Genabum Carnutum ad Ligerim oppidum proficiscitur, quod, dum Genabenses fuga sibi consulere parant, occupat, oppidoque potitur, diruit, incendit, ut civium Romanorum cædi ibidem perpetrata, parentaret; prædam militibus donat, & Ligerim exercitu traducto, movet in Bituriges, oppidum ipsorum Noviodunum ex itinere capit. Vercingentorigis equitatum fundit fugatque. Galli xx. & amplius Biturigum urbes, ut Cæsarem frumentatione & comœatu excluderent, publico consilio incendunt. *Stad.*

*Mersus*] Similis prope locus apud Cicer. pro Sextio cap. 5. cum è prima

Apennini atque nivibus illis emersissis. libid. cap. 9. emersum subito extendit. Idem de divin. 2. 68. subito sum visus emersus ex flumine. Valer. Max. 1. 4. 1. ext. ingens avium multitudo proxime læcu emersa. Utitur hac voce Livius 1. 13. 8. 7. & Tacitus 1. 65. paludibus emersam dixit. Forſitan & apud eundem 1. iv. 38. 17. legendum sit: per aspernam Illyricorum, Pœoniam inde & Thracia pugnando cum ferocissimis gentibus emersi. pro quo vulgo legitur, emersi Sic apud Froncin. 3. 1. 2. & apud Sen. natur. quaest. 5. 13. eruptus. Freins.

*Avaricum*] Avaricum Biturigum oppidum trans Ligerim, fere ab omni parte flumine aut palude circumdatum. ab ea parte ubi aditum angustum habebat, Cæsar, frustra renitente Vercingentorige, maximo militum labore, difficillimo anni tempore, exercitu etiam suo rei frumentariae difficultate affecto expugnavit, ex xl. m. armatorum vix octingenti, primo captae urbis clamore audito, fuga elapsi ad Vercingentorigem incolomes pervenerunt. Cæsar lib. vii. *Stad.*

*Alexiam*] Meminit præter citatos auctores Polyænus lib. 8. ubi idem hostium numerus, qui apud nostrum, nempe *μυριάδες* xx, hoc est, ducenta quinquaginta (non ut vulgo editur, quinque) millia. *Id m.*

*Circa Gergoviam*] Gergovia Arvernorum oppidum secundum flumen Elaver, in altissimo monte situm est, quod Cæsar oppugnatum omisit, & ad Alexiam

*moles fuit: quippe quum octoginta millia muro, & arce, & abruptis defenderent; maximam civitatem, vallo, sudibus, & fossa, inductoque fossæ flumine, ad hoc decem & octo castellis, ingentique lorica circumdatam, primum fame domuit: mox audentem eruptiones, in vallo, gladiis, sudibusque concidit: novissime in deditionem redegit. Ipse ille rex, maximum victoriae decus, supplex quum in castra venisset, tum & phaleros, & sua arma ante Cæsaris genua projecit: Habes, inquit, fortem virum, vir fortissime, vicisti.*

## CAP. XI.

## Bellum Parthicum.

**D**um Gallos per Cæsarem in Septemtrione debellat, interim ad Orientem grave vulnus à Parthis populus Romanus accepit. Nec de fortuna queri possumus. caret solatio

Alexiam Mandubiorum oppidum in colle summo, ejus radices duo duabus ex partibus flumine subleabant, contendit; Vercingentorigem equestri prælio congressum fundit, fugatque in castra; equitatu dimisso ad cogenda auxilia Vercingentorigis sese cum octoginta millibus in Alexiam recipit: quem variis munitionibus Cæsar obsessum circumvallatumque inclusit, & ab omni externo auxilio, quod Gallia totius conspiratione ab obsidione Alexiam convenerat, exclusit: quare in desperationem Alexienses coacti, Vercingentorigem seseque Cæsari dedunt, & arma projiciunt. *Stadius.* Errat Florus, frustra enim tentatam reliquit Cæsar, & Vercingentorigem qui cum octoginta millibus Alexiam se receperat, obsedit, & undique circumvallavit; unde fame domiti, & reducti ad

extrema prædarii & cives, secum Obse Cæsari dederunt. Alibi notavi Regedionem nimiam multitudinem gravandam non esse, quod male cessit hic Gallis. Urbs natura & arte munita, quippe qua sita erat in monte cuius radices duabus ex partibus flumine alluebant, tanto militum numero ad defensionem sui non egebat, sufficissent pauciores. quibus non tam cito defuisset annona, atque adeo bellum trahere & Romanis resistere potuissent, usque dum Cæsar vel mora & tædio, vel auxiliorum, quæ ubique parabantur, vi averfus fuisset, ac urbs obsidione liberata. *Zevecotius.*

*Ingentique lorica*] De lorice incredibili labore per maximum spacium ductis, exempla sunt in nostro supr. 2. 18. & infr. 4. 2. vide etiam Veget. 4. 28. *Freinsheimius.*

latio clades. *Adversis & diis, & hominibus, cupiditas consulis Crassi, dum Parthico inhiat auro, undecim strage legionum, & ipsius capite multata est. Et tribunus plebis Metellus, exeuntem ducem hostilibus diris devoverat: & quum Zeugma transfisset exercitus, rapta subitis signa turbinibus hausit Euphrates: & quum apud Nicephorum castra posuisset,*

**C**rassi. ] M. Crassus cum Pompejo iterum consul, lege Trebonia per vim perrogata, Syriam & Particum bellum in quinquennium obtinuit, quare Crassus in consulatu ab Urbe paludatus in Syriam delectu habito properat, nihil dirarum Ateii Capitonis tribuni plebis devotionibus commotus, cum in Syria omnia quieta esse offendifset, ipse belli gerendi gloria & avaritiæ morbo ardens, in Parthos paulo ante pacatos, & tum etiam Orode regnante quietos, sine Senatusconsulto aut populi jussu movit, ipsorum opulentia solum, quæ celebris erat, ad prædandum invitatus. Trajecto Euphrate, ac plerisque Mesopotamiciæ locis evastatis, aut occupatis, ejus regionis satrapem Talimenum llacem, equestri prælio ad Ichnius (id castelli nomen est) facile vicit, atque eodem impetu usus Nicephorum & aliquot Græcæ originis urbes in potestatem redegit: Zenodotiam, quæ præsidarios quos petierat Romanos obtuncaverat, exercitui suo diripiendam dedit. Ea victoria contentus Crassus, urbibusque, quas ceperat, præsidio firmatis, in Syriam in hiberna concessit, ac imprudenter Parthis jam à se irritatis spatium ad belli apparatus dedit. Dio, Plutarchus, Appianus. *Stad.*

*Dum Parthico inhiat auro* ] Plinius 33. 10. *M. Crassus negabat diritem esse, nisi qui reditu annuo legionem exerceat* habet Cicero Offic. 1. 8. & Plut. Cras. cap. 3. ut appareat legiones in Plinio

rescribendum] tueri possent. In agris suis siferitium M. M. possedit. Quiritium post Syllam ditissimus. Nec fuit satia nistitum Parthorum esurisset aurum. Cam.

*Zeugma.* ] Zeugma Assyriæ urbs ad citeriorem Euphratis ripam posita, nomen habet, quod ibi Alexander Magnus ponte catenis juncto exercitum transportaverat. Cum Crassus ibidem copias trajiceret, tam sæda tempestate & profunda caligine circumfusus est, ut sensus aurium & oculorum omnibus adimeretur, & ut veluti prodigio hoc præmonentibus diis ab incepto itinere desisteret, nec signa etiam, tamquam sequi nollent, terra evelli poterant: pons etiam, quasi iter ipsorum reditu præcluderet, tempestate disjectus est. Sed Crassus iis contentus ab Euphrate, qui solus comæatus subvehere & hostem à latere summovere poterat, in Parthos movit, nec legati Vogesis, ab Orode missi, qui contra sedulo, quod ipsi cum Lucullo & Pompejo erat, bellum cum sociis & federatis susciperet, deterritus est. *Stad.*

*Rapta subitis signa turbinibus hausit Euphrates* ] Obsequens cap. 123. Multa in hac expeditione omnia notarunt Cicero de divin. 2. 40. Plin. 15. 19. quibus Plutarch. cap. 36. Appian. pag. 139. Dio lib. 40. pag. 144. ipsius etiam Crassi vocem addunt; qua se pontem ideo rescindere militibus dixit, ne quis eorum reverteretur. Quæ vox valde terruit animos Rom. Nam antiquitus ex verbis temere prolapsis captabantur omnia

*missi ab Orode rege legati denunciare, percussorium cum Pompeio foederum, Syllaque, meminisset. Regiis inhians ille thesauris, nihil, ne imaginario quidem jure; sed Seleuciæ se responsum esse, respondit. Itaque dii foederum ultores, nec insidiis, nec virtuti hostium defuerunt. Iam primum, qui solus & subvehere comæatus, & munire poterat à tergo, relictus Euphrates. tum simulato transfugæ cuidam Mezææ Syro creditur, dum in medianam campo-*

omina, ut ejus rei exemplum est in Valer. Max. 1. 5. 4. Quapropter sedulo dabant operam, ne quid ominose vocis excideret. Sic arbitrium antiqui dicebant mortem. Festus. Hinc urbium etiam immutata vocabula *Hirpinorum colonia una Beneventum, auspiciatus mutato nomine, quæ quondam appellata Maleventum.* Plinius 3. 11. adde Livium. 9. 27. *Epidamnium colonia, propter inauspicatum nomen à Romanis Dyrrachium appellata.* Idem Plinius 3. 23. *Adscribam Helladium in Biblioth. Photii Cod. 279. pag. 1594. Antiqui solliciti fuerunt, ne male ominosa dicerent, maxime vero Athenienses, ideo & δειρομήλων, αἰχμησὶ appellati, δήμιον, κρινὸν vocabant; & εἰσινώας, εὐμενίδας, vel σεμνὸς βῆδς; μῦθον vocabant ἀγῶς; ὄζον; μέλι nominabant; ζελῖν, γλυκέαν; βόρβορον, ὄχελον, &c.* Hoc pertinet quod in religiosis locis dedicandis sanctissimæ nomina requirerentur. vide Tac. H. 4. 53. 3. *Freinsb.*

*Imaginario jure* ] Sic Antonius infra 4. 10. neque causa, neque consilio, ac ne imaginaria quidem belli indictione, in Parthis impetum fecit.

*Seleucia se responsum* ] Similis superbia similes eventus habuere Democritus Atolorum prætor, qui respondit Quintio, decretum responsumque bre-

*vi in Italia, castris super ripam Tiberis positis daturum: Liv. 35. 33. postea captus. Idem 36. 25. & suamet manu interfectus in eadem ripa Tiberis. Idem 37. 46. Et Manuel Commenus Imp. qui Sultano Turcico pacem perenti per legatos, Iconii se responsum dixerat, ab eodem postea maximis claudibus attritus, & ad extrema deductus. Auctor Choniates. *Freinsb.**

*Munire poterat à tergo* ] Ita coni unxi prius distinguebatur *munire poterat*, à tergo relictus Euphrates, ut sensus esset Euphratem à tergo relictum: contra historiam, & mentem Flori: quæ est, Euphratem, nisi relictus, & in aliam partem iter versum esset, potuisse rursum præstare Rom. exercitum à tergo. Idem.

*Mezææ Syro* ] *Argharum Arabum præfectum* Appian. Parth. pag. 140. à vocat: *Avgarum Osroënum* Dio l. 40. pag. 145. *Aviamnem* Plutarch. Cras. cap. 37. *Avacabum & Macorum* Sextus Rufus. Constat apud omnes, hunc transfugam, quocunque nomine fuerit, subornatum à Perlis fuisse, ut Crassi credulitate in ipsius perniciem abuteretur. *Stadius & Vinetus.* Et hæc quidem tuta frequenque via est fallenda hostem; qua usi Rifices Darium, Æthis Lysimachum, apud Polyæn. lib. 7. Popedius Cæpionem apud Appian. de bell.

*camporum vastitatem eodem duce ductus exercitus, undique hosti exponeretur. Itaque vix dum venerat Carras, quum undique præfecti regis, Sillaces & Surenas, ostendere signa auro sericeis que vexillis vibrantia. Tum sine mora circumfusi undique equitatus, in modum grandinis atque nimborum densa pariter tela fuderunt. Sic miserabili strage deletus exercitus. Ipse in colloquium sollicitatus, signo dato, vivus in hostium manus incidisset, nisi tribunis relucantibus, fugam ducis, barbari ferro occupassent. Sic quoque relatum caput ludibrio hosti fuit. Filium ducis, pæne in conspectu patris, eisdem telis operuere. Reliquia infelicis exercitus, quo quemque rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque distracta, vix nuntium cladis retulerunt. Caput ejus recisum*

bell. Civ. lib. 1. pag. 377. Perfa quidem Julianum apud Jordanem de reg. succen. cap. 89. in loca iniqua deductos hostibus suis cadendos capiendosque præbuere; Alii urbes cepere, quos notamus supra 1, 7. Alii, (ut Hannibal) per numerosiores transfugas, ipsos ad quos transfugerant occidere. *Freinsb.*

*Carras.*] Carthæ urbs Mesopotamiæ cis Chaboram flumen sita, ea in Bibliis Haram sive Charam dicitur, ex Abrahami Patriarchæ historia satis celebris. Ad Carras à Surena & Syllace Orodus ducibus Crassus circumventus, totum fere exercitum cum P. Crasso filio, qui ad eum a Julio Cæsare cum lectissimis mille equitibus è Gallia missus venerat, amisit, cujus reliquiis in collem receptis, evocatus à Surena in colloquium tanquam de pace acturo, captus, atque, ne vivus in hostium potestatem veniret, repugnans occisus est. Qui è calamitate evaserant, fuga

in Armeniam, Ciliciam, quo quemque metus aversum egit, dissipati sunt. Cassius Longinus quæritur cum aliqua parte in Syriam incolumis rediit: accidit ea clades vi. Idus Junias, ut ex Ovidio sexto Fastorum notum est. *Stad.*

*Signa auro, sericisque vexillis vibrantia*] Vir doctus ad poetæ, fenaricos censet alludi hoc loco morem Romanum. at cur Parthis item non conveniat, fateor me nescire. cum enim signa vexillaque habuisse ratio & scriptorum loca dicent, cur eadem auro sericoque facta fuisse non potuerint? apud opulentissimam certe gentem, quæque divitias suas, ut Iustinus 41. 2. 10. auctor est, nuspium magis quam in armis ostentavit. *Freinsb.*

*Vix nuntium cladis retulerunt.*] Sic olim in clade Cyri à Scythis accepta, etiam illud memorabile fuit, quod ne nuntius quidem tanta cladis superstit: Just. 1. 8. Excerptum Velleii ex Gallica historia, quod Lazius reperit, & genuinum

*cum dextera manu, ad regem reportatum, ludibrio fuit, neque indigno. Aurum enim liquidum in victum oris infusum est; ut cujus animus arserat auri cupiditate, ejus etiam mortuum exanguè corpus auro ureretur.*

## CAP. XII.

## Anacephalæosis.

**H**æc est illa tertia ætas populi Romani transmarina, qua Italia progredi ausus, orbe toto arma circumtulit. Cujus ætatis superiores centum anni, sancti, pii, & ut diximus, aurei, sine flagitio, sine scelerè, dum sincera adhuc & innocua pastoris illius sectæ integritas, dumque Pænorum hostium imminens metus disciplinam veterem continebat. Postremi centum, quos à Car-

num credidit, repugnante Welsero in Vindelicis pag. 147. *Legionem divinitam, ut nuncius superest, funditus deleverunt:* talia quidem passim occurrunt in auctoribus. Quanta porro hæc fuerit clades, satis explicat Appianus de bell. civil. 2. pag. 438. a nam ex centum milibus vix decem millia resugerunt in Syriam. Idem.

*Aurum liquidum in victum oris infusum est: ut cujus animus arserat auri cupiditate, ejus etiam mortuum & exanguè corpus auro ureretur.*] Sic Scytharum regina Tomyris avulsam Cyri caput in utrem humano sanguine plenum abjecit; Sæcia, inquit, te sanguine quem fristi. Crudele hoc nimis & inhumanum plane videri posset, nisi designata hujusmodi in vivos supplicia, quæ in mortuos commissa sunt aliquantum excusarent. Sigismundus Imperator

ægre, ut decebat, ferens Pionem, quem exercitui suo præfecerat, hostium donis se fivisse corrumpti, in vivis adhuc os aurum jussit infundi. Chilenfes quoque, qui ad mare pacificum in America agunt, infensissimi Hispanorum hostes Valddiviam ut regionem Hispanis omnino subjiceret, arces struentem, ac ducentem colonias, post occisos omnes qui eum comitatus fuerant milites, vivum ceperrunt, infusoque in os ejus liquefacto auro, ut metallo quod tanto studio quæsierat, tandem se fatiaret miserum monuerunt. Nec minus horrendo mortis genere perit nuper Algiri in Africa Maurus, qui quia præscriptum Turcarum lege jejunium vinum adustum bibens violarat, ut liquido plumbo in os effuso occideretur, damnatus fuit. *Zevic.*

à Carthaginis, Corinthi, Numantiaque excidiis, & Attali regis Asiatica hereditate deduximus in Casarem & Pompeium, sequutumque hos, de quo dicemus, Augustum, ut claritate rerum bellicarum magnifici, ita domesticis cladibus miseri & erubescendi. Quippe sicut Galliam, Thraciam, Ciliciam, Cappadociam, uberrimas validissimasque provincias, Armenios etiam, & Britannos, ut non in usum, ita ad imperii speciem magna nomina acquisisse, pulchrum atque decorum: ita eodem tempore dimicasse dominum civibus, sociis, mancipiis, gladiatoribus, totòq; inter se senatu, turpe atque miserandum. Ac nescio an satius fuerit populo Romano, Sicilia, & Africa contento fuisse, aut his etiam ipsis carere, dominantem in Italia sua quam eo magnitudinis crescere, ut viribus suis conficeretur. Quæ enim res alia furores civiles pepe-

**N**escio an satius fuerit populo Romano; Sicilia & Africa contento fuisse, at his etiam ipsis carere dominantem in Italia sua, quam eo magnitudinis crescere, ut viribus suis conficeretur. Effrenis illa ampliandi imperii libido quæ cæpta Nini Assyriorum Regis temporibus Inst. l. 1. qui, quasi avitum defendendi se tantum gentibus morem, nova imperii cupiditate mutavit; populos multos & Principes ad hæc usque tempora inflammare non desinit, instigat me ut quod de re ista sentiam quam possum brevissime proponam. Et quidem causæ varix sunt ob quas pleræque ista magna Imperia mihi placere non possunt. Prima est, quia ut plurimum malis artibus non jure quæsitæ sunt. Altera, quia ægre retinentur, magnisque mutationibus sunt obnoxia. Tertia demum, quia etiam retentæ onerant sæpe magis Principes suos

quam reddunt securos. Quod ad primam attinet, scio multos nimis Principes exiguam admodum jultitiam curam gerere, & illud semper se tantum habere pro honesto quod sibi est utile, unde nullam turpem vincendi causam esse putantes libertati omnium insidias struunt, & cum Tiridate Tac. ann. xv. in summa fortuna æquius quod validius, & sua retinere privatæ domus de alienis certare regiam laudem esse existimant; atque adeo libidinem dominandi causam belli habent, & maximam gloriam in maximo imperio putant Sal. Cat. ex omni occasione quærentes triumphum. Verum mali illi & ideo nec laude nec imitatione digni sunt, bonisque omnibus jure non placent. Et sæpius observatum fuit male parta tandem male dilabi. Dixi deinde ægre retineri magna Imperia, & vere. Nam vicini omnes ac socii poten-

peperit, quam nimia felicitas? Syria prima nos victa corripit: mox Asiatica Pergamæ regis hereditas. Illæ opes atque divinæ affluxere sæculi mores: merisamque vitiis suis, quasi sentina, rem publicam pessum dedere. Unde enim populus Romanus à tribunis agros & cibaria flagitaret, nisi per famem, quam luxu fecerat? Hinc ergo Gracchana & prima & secunda

tem nimis Principem timent, ac ideo oderunt, nocentem cupiditatem differunt in occasionem: adeo ut talis præcipuo imperiorum fulcro careat, amicis nempe Sal. Jug. quos sinceros non habet, quamvis multi metu coacti tales esse se simulent, qui simulare non desinent quam diu pacis bellique arbitrium penes illum esse putabunt, quod si imminuta, occasione aliqua, potentia fuerit, & id illi eripiat, quos amicos se ante habere credebat, æcerimos sentiet inimicos. Hinc validis passim prædiis in finibus opus est, ubi nec exteris omnino fidere, nec suos, ne provincias delectibus exhauriat, & domi se reddat imbecilliorum, tuto potest adhibere. Apud Curtium l. 4. Darii ad Alexandrum Legatus sic eum alloquitur; *Perculosum est prægrare Imperium; difficile est continere quod capere non possis. Vide sine ut navigia quæ madum excedunt regi nequeunt? Nescio an Darius ideo tam multa amisit, quia nimie opes magne jacturæ locum faciunt. Facilius est quædam vincere quam tueri: quam Hercule expeditius manus nostræ rapiunt quam continent.* Sapiisset ille & consulisset suis si bene monenti auscultasset, securitatemque potius suam in posterum quam regni magnitudinem curans, iis quæ jam obtinuerat, & a Persa offerbantur contentus esse maluisset, quam ulterius pergere & debellare Darium. Vix enim Alexandro mortuo; nondum certe sepulto, vadium illud Imperii corpus solum

fuit & inter plures divisum: Totque nobiles magni Regis victoriæ non luctuosæ tantum ac ferales Macedonia, quæ ad potentiorum Procerum arbitrium dominum sæpius mutans, & indigna ferre coacta fuit; sed etiam Castandri scelere matri, filiis, & universæ regis familiæ exitiosæ fuerunt. Quæ autem magna Imperia suos sæpe Principes onerent, disco ex Strabone l. 2. & 4. qui scribit, noluisse Romanos occupare Britanniam cum possent, quia plus in necessaria ad eam retinendam præsidia impendendum fuisset, quam colligi potuissent ex vestigialibus ac tributis. Et nescio an non ideo Iaponiam sponte deseruerint Chineses. Quin etiam sunt aliqui qui affirmare non dubitant infirmiores esse Gallis Hispanos, quia tot in Europa & extra eam loca possident, tantis terrarum ac marium spatii inter se disjuncta, de quorum opinione alibi agendi commodior forte erit locus. Illud interim est certum, ararium Hispaniæ necessariis ubique sumptibus non sufficere, unde cum sæpe ob non repræsentata stipendia egentium militum sedes laboret, etiam eorum opera inutilis est, & optimæ subinde occasiones negliguntur. Restat igitur ut cum Valerio Maximo l. 4. c. 1. dicam, Ea demum potentia rata est quæ viribus suis modum imponit; & cum Aristotele Pol. 2. cap. 5. mediocria imperia præferam magnis. Status enim qui nec ob nimiam potentiam aliis suspectus, nec ob

cunda, & illa tertia Appuleiana seditio. Unde regnaret iudicariis legibus divulgatus à senatu eques, nisi ex avaritia, ut vectigalia reipublicæ, atque ipsa iudicia in quaestu haberentur? Hinc rursus & promissa civitas Latio, & per hoc arma sociorum. Quid autem bella servilia? unde nobis, nisi ex abundantia familiarum? Unde gladiatorii adversus dominos suos exercitum,

imbecillitatem nimiam est obnoxius, tuis esse confuevit. Cum enim omnia fere bella ex spe vel metu nascantur, non temere ulli quietem eorum turbant, quos nec ob imbecillitatem metuunt, nec ob quæ defensus se sufficit, potentiam facile possent superare; adeo ut illi Aristotele teste Pol. 4. c. 19. quia neque insidias patiuntur, neque struunt, mediocritatis beneficio vivant secute, ubi & Phocylidem citat dicentem,

*Esse volo medius: mediis sunt commoda multa.*

*Illæ operæ atque divitiæ affixere seculi mores: mors atque vitii suis quasi sentina, Rempublicam pessumda cedere.* Apud Sallustium lego in fragmento, ad Cas. Sæpe jam audivi qui Reges, quæ civitates per opulentiam magna imperia amiserint, quæ per virtutem inopes ceperant. Vere & nervose scribit poeta Inv. Sat. 7.

*Prima peregrinos obscena pecunia mores*

*Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu*

*Divitiæ molles*

Ab eo tempore ceperunt censu distinguuntur Ordines, & quod certissimum corruptæ Reipub. signum est, plus opibus quam virtuti fuit concessum, inclinatique ad servitutem Romani viros optimos, tantum ob rei familiaris angustias, senatu moverunt, nimis cito & male oblitii Poplicolæ, Reguli, Cincinnati & aliorum, quibus vivis vigorem

suum & augmentum debuit Respub. quorum aliquibus post mortem lectus funebri & rogus defuit. Fides & merita Magistratus commendare debent non opes, quas sæpe mali & scelerati cives possident. Nec multum moveant quæ contra pauperes plerumque proferuntur argumenta; Contemni eos nimirum, & ideo cum auctoritate minus valeant, non ut Magistratibus oportet illis obediri: Deinde promotos sæpe superbire juxta versum:

*Asperius nihil est humili cum surgit in altum.*

Demum ob domesticam necessitatem facilius corrumpi, & non raro plus sibi quam patriæ studere. Nam quod primum objicitur eos contemni, & auctoritate parum valere. Nego omnino, nisi forte tantum deferendum sit improbis aliquibus & rerum meliorum ignaris, ut ab illorum sententia Magistratus dignitatis suæ commendationem debeant expectare. Quod additur eos superbire; scio multorum animos obtenta dignitate aliqua nimis inflari. at tales eam non meruisse existimo. Ea veræ virtutis natura est, ut & primæ, quam exiit, conditionis nunquam obliviscatur, & eam, quam induit, non negligat; sed habita loci ac temporis ratione nec deprimat se nimium nec extollat. Scio aliquos assilud agere, & nullius minus rei, quam vitæ & fortunæ prioris meminisse, sed ego de omnibus hic ago, non de quibusdam. Restat tertium, eos nempe

corrum-

corrumpti, nisi ad conciliandum plebis favorem effusa largitio, quum spectaculis indulget, supplicia quondam hostium artem facit? Iam ut speciosiora vitia tangamus, nonne ambitus honorum ab iisdem divitiis incitatus? Atqui inde Mariana, inde Syllana tempestas. Aut magnificus apparatus conviviorum, & sumptuosus largitio, nonne ab opulentia, paritura mox egestatem? Hæc Catilinam patriæ suæ impegit. Denique

que

corrumpti facile, ut rei familiaris angustis medeantur, quasi vero ab isto vitio exempti sint ditissimi, & verum non sit quod scribit poeta:

*Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.*

Apud Aristotelem Pol. 5. 6. 7. lego ditiores si Remp. regant injuriis alios asficere, & omnia ad se rapere solere, addetque alio loco lib. 4. c. 12. idem affirmare divito locum cupiditates Rempub. magis perdere quam pauperum. Vult quidem Plato plures ex ditioribus Reipub. suæ præesse, sed id esse oligarchicum, seu ubi pauci dominantur sic fieri, probat quem statim citavi Aristoteles pol. 1. 2. 1. 4. Ideo ego exillimo cum diversæ Resp. sint, & diversi singularum mores, prius loci de quo agitur consuetudinem, postea reliqua considerari debere. Nec displicent mihi Chalcedonenses qui pauperes quidem à muneribus arcebant; sed ut qui inter eos Reipubl. prodesse poterant, ejus quoque redderentur participes, necessitati eorum subvenire solebant, ut non minuta legis auctoritate, tamen rebus præessent aptissimi. Quod & Venetos agere, notius est quam ut dici oporteat. Zevcotius.

*Nonne ambitus honorum ab iisdem divitiis incitatus?* Apud Lampridium ait Alexander Severus pati se nolle mercatores potestatum, necesse enim esse, ut, qui emunt, divendant. Et Seneca de

benef. l. c. 16. provincias spoliari, & nummarium tribunal audita utrimque licitatione, alteri addici non miratur, quia quæ quis emit ea gentium jure vendere permittitur. Zevcot.

*Magnificus apparatus conviviorum, &c.]* Sumptuariam legem maxima cura exercuit Cæsar. Suet. c. 43. Et revera sæpe bene ante conclituta Respublicæ aut pereunt aut mutantur, cum intemperanter vivendo aliqui sua consumpserunt. Arist. pol. 5. c. 6. Rebus enim novis tales non studere vix possibile est, dum deliciis ac voluptatibus assueti paupertatem ferre non possunt. Multo ideo populi exquisita ingenia cænarum damnarunt, & operam dederunt ne luxus mensæ profusis sumptibus excresceret. Lycurgus ne cuiquam luxuria in occulto esset, publice omnes jussit convivari. Apud Romanos lex Fannia cum diebus sollemnioribus (ut ludis Romanis, Megalensibus, plebeis, & aliis) splendidius aliqui cænare vellent, centum æris, & non amplius, in singulos dies impendi permittit, unde veteres cænæ centenarie nomen invenerunt. Idem.

*Paritura mox egestatem.]* Nec nimias opes, nec extremam paupertatem in Republica quam à seditionibus liberam agere vult, esse desiderat divinus Plato. Idem enim discrimen à nimia egestate timendum est, quod à divitiis nimis, qua de re latius alibi egi; hic

que illa ipsa principatus & dominandi cupido, unde, nisi ex nimis opibus venit? Atqui hæc Cæsarem atq; Pompeium, furialibus in exitum reipublicæ facibus armavit. Hos igitur populi Romani omnes domesticos motus, separatos ab externis justisque bellis, ex ordine prosequemur.

## CAP. XIII.

## Seditiositas tribuniciæ potestatis.

**S**editio omnium causis Tribunicia potestas excitavit: quæ specie quidem plebs tuenda, cujus in auxilium comparata est, re autem dominationem sibi acquirens, studium populi ac favorem, agrariis, frumentariis, judicariis

hic tantum dicam optare Tyrannos ut subditi pauperes sint, ne, quod impatienter ferunt, jugum excutiant. Edicto legitimi perique & qui non inuitos regunt, Principes, malunt ditiores; quo enim subditi beatiore sunt, eo majori pignore habent obligatos. At ubi plures regunt, quo major est

mediocrium, qui nec egent nimis nec abundant, multitudo, securior plebique est Respublica; istorum enim mediocrium maxime opera seditiositas facilius & nondum ortæ impediuntur, & extinguuntur jam ortæ. *Arist. Pol. 4. c. 11. Zeyec.*

**T**ribunicia potestas.] Ti. & C. Sempronii Gracchi fratres Trib. plebseditiosi & furiosi, ut optimatum potentiam, cui erant iniquissimi, frangerent, plebs opes confirmabant, eamque quo ad omnia, quæ in Rempublicam molirentur, devinctiorem haberent, optimatum agros plebi dividebant, frumentum gratis largiebantur, socios civitate donabant, ut ita plebejorum suffragiorum multitudinem facilius nobilitatis factionem in comitiis imminerent. Atque dum judicariis etiam legibus à Senatoribus ad equites judicia transfusissent, consensum

illum civitatis optimum dissolverunt. Ita plebs potestate eousque invalente, ut optimatum opes multis partibus inferiores essent, plebs ex libidine & Tribunorum impotentia dominari cepit, atque dum nobilitas ab ea se vindicare conatur, tanta seditiosum moles exstructa est, ut audacissimo cuique, dum largitione plebem jam dominantem corrumpit, via ad lacerandam aut occupandam Rempublicam patefacta sit. *Stad.*

*Agrariis, frum. jud.] Agraria lex primum à Sp. Cassio tertium consule anno cclxxxvii. promulgata profecti.*

diciariis legibus aucupabatur. Inerat omnibus speciebus aequitatis. Quid enim tam justum, quam recipere

ferri non potuit, neque unquam sine maximis motibus Reipublicæ agitata fuit: ejus varia fuisse capita invenio, sed quæ huc facit potissimum, ea erat quo possessores veteri agrorum possessione exturbabat, ut illa Licinia Tribunicia, ne quis plus D. jugera agri possideret, cætera plebi dederet: eam pertulit anno cccclxxxv. atque mox quod filium emancipando mille jugerum possideret, & legi fraudem fecisset, sua lege x. mill. aris damnatus est: & ab hac agraria deinceps quieta civitas fuit usque ad T. Gracchi tribunatum, qui legem Liciniam pertulit, quantumvis nobilitate, quæ patriæ sedibus per eam movebatur, adversante anno v. c. dxxx. *Stad.* Cajus Gracchus legem frumentariam tulit, ut frumentum in modios singulos plebi semis & trientibus daretur: Ita enim vitus plebi suppeditabatur sine labore, Repugnabant boni, quia ea lege plebem ab industria ad desidiam avocari putabant, & ærarium exhauriri videbatur. inde L. Saturninus in tribunatu conatus est perrogare legem qua frumentum plebi gratis daretur, eam pertulit à P. Clodio tribuno plebis, habeo auctores. Judicium est potestas de rebus aut publicis ex jure & legibus Romanis judicandi, qui judicia obirent, iudices dicti sunt. Iudices à magistratu, hoc est, primum à regibus, inde à consulis, sequenti tempore à prætoribus, ad quos jurisdicctio, translata erat, è Senatorum ordine dabantur. Iudicia alia privata, alia publica: privata injuriæ privato civi illatam vindicabant, publica Reipublicæ. In privatis, si de jure actio esset, dabantur vel arbitri, vel decemviri, vel centumviri. Si de facto controversia erat, recuperatores, qui de rebus reddendis vel recipiendis cognoscebant. Si de

neutro questio erat, edictum prætoris interponebatur. Publicorum vero judiciorum dominus post exactos reges populus Romanus usque ad annum urbis conditæ sexcentessimum quarrum fuit, publicas questiones, quibus ad populum accusabat reum magistratus (nemini enim alii licuit) fuisse inventio, de majestate, parricidio, peculatu, de quibus judicio populi condemnati puniebantur morte, exsilio, multa. Majestatis crimine tenebantur, qui magistratus vel populi amplitudinem læssissent, vel in rempublicam sese hostiliter gessissent, quod perduellionis crimen vocabatur. Parricidii accusabantur, qui cujusque hominis eadem perpetrassent. Peculatus inquirebatur, qui de publico furtum fecisset: Perduellionis crimen ut maximum centuriis comitiis à populo judicabatur: de ceteris autem omnibus comitiis tribuitis. Aut cum usus postulare, Questores ex Senatusconsulto creabantur, qui de crimine publico quærerent, vel Dictator, vel Coss. ambo, vel alter, vel prætor, qui ita extra ordinem justus erat quætere. Questor dicebatur, quouique perpetuæ questiones anno Urbis conditæ dciv. constitutæ sunt: tum enim pro Questoribus extraordinariis prætores ordinarii sunt cepti creati, qui suas quisque questiones quotannis sortirentur. Majestatis, peculatus, ambitus, repetundarum; quibus questiones de falso, de parricidio, de sicariis, de injuriis, Sulla adjeccit. Prætor qui questionem sortitus erat, eam cum selectis judicibus exercebat, questor, edicticis cum edicticis judicibus. Prætor aut questor sortiebatur iudices ex decurvis quas prætores urbani quotannis non forte, sed judicio jurati conscribent, & quia decuriæ ex ordinibus iis, apud quos judicia

pere plebem jus suum à patribus? ne populus gentium victor, orbisque possessor, extorris aris ac focus ageret. Quid tam æquum, quam inopem populum vivere ex arario suo? Quid ad jus libertatis æquum de magis efficax, quam ut senatu regente provincias, ordinis equestris auctoritas saltem judiciorum regnaretur? Sed hæc ipsa in perniciem redibant: & misera respublica in exitium suum merces erat. Nam & à senatu inequitim translata judiciorum potestas, vectigalia, id est, imperii patrimonium, sup-

prime-

dicia essent, desigebantur, delecti iudices appellati sunt, & ipsorum cœtus consilium, at qui primus ex ipsis sententiam ferrebat, is Iudex quætionis, aut princeps iudicium vocabatur. Concilium illud ex Senatoribus tantum consistabat usque ad Caji Græchi legem, qui iudicia ad equites transtulit, & tum ex equitum ordine decuriae, & ex ipsis concilium descriptum est, qua Gracchi lege universa Reipublicæ ratio perversa est, & Senatus dignitate sola præstabat, equestris ordo potentia, opibus, dominatione turpissima & superbissima regnabat. Edicti iudices erant, non quos iustor fortitus esset, sed accusator edidisset, neque ex certis decuriis, sed ex omni populo sumti, quos delectis sive selectis iudicibus Cicero opponit. *Stad.*

*Ne pop. gentium victor &c.*] Quibus hæc perodus tota videtur execranda, tanquam quæ iisdem concipiatur verbis cap. seq. auctoris partitionem execrasset. pertinere enim hæc sententia ad ill. agrarias; ut sequens ad frumentarias; tertia deinde ad iudiciarias: quod ipsum tam clarum est, ut pudeat monere. sequenti cap. isthæc plane esse supervacua, omnia fere vociferantur. Et hæc quidem adhuc mea est opinio; eam autem paratus, ubi rationes au-

divero. *Gruterus.*

*Aris ac focus.*] Ita quidem scribere quibus nefas putabatur isthæc duo dirimi, quod alias solentur conjungi. Sed huic loco nihil cum aris, quin iugiter, *agris* rescribendum sit, non dubio, nec quisquam puto, dubitabit. *Frinib.*

*Vivere ex arario suo.*] Nam ex illo depromebatur pecunia, qua cœmementum frumentum, quod postea vilissimo pretio vendebatur plebi. *Idem.*

*In exitium suum merces erat.*] Acute. quomodo etiam Vellei. 2. 22. 7. *ut sui quisque periculi merces foret.* Idem 2. 28. *fiereque quisque merces mortis sue.* Seneca de benef. 1. 9. *qui pretium se sui fecit.* Petron. carmine de bello civili vers. 50. *Roma ipsa sui merces erat.* Claudian. princ. Paneg. de consul. Malli Theodori: *Ipsa quidem virtus pretium sibi.* Et elegantissimus Barclajus de populo suo Siculo proditor sui & proditoris merces. Idem plane cum nostro dicit Val. Max. 7. 6. 4. *quo tempore non reip. victoria quærebatur, sed præmium victoria res erat publica.* Idem.

*Vectigalia.*] Vectigal pecunia erat, quæ vel portus, vel venditionis, vel circumvectationis nomine exigebatur. Hinc nomina *vectigalium, Portorii, Decumatum, & Scriptura,* vel *Salis & Macelli,* vel *Vicesima* apud scriptores ob-

primebat: & emptio frumenti, ipsos Reipublicæ nervos, exhauriebat ararium. Reduci plebs in agros unde poterat sine possidentium everfione? qui ipse pars populi erant, & tamen relictas sibi à majoribus sedes, ætate, quasi jure hæreditario possidebant.

CAP.

via sunt. *Portoria* pecuniæ erant, quæ portionibus pendebantur, id est, iis qui mercedes ex mercibus devehendis aut traiciendis exigebant. *Decumas* solvebant fructuum, qui agrum publicum arabant. *Scriptura* erat vectigal, quod ab iis pendebatur, qui silvis & palæis publicis fruebantur. *Macelli* nomine res omnes quæ ad victum hominum pertinebant, comprehendebantur, ea vectigalia ut civibus ditato arario remissa sunt; ita *Vicesima*, quæ ab iis qui manumittebantur exigebatur, [de cujus origine Livius 7. 16. 9.] semper remansit. At vectigalia provinciarum sunt imposita, quæ aut certa erant, & *stipendia* dicebantur: aut incerta, quæ iis, quæ exposuimus, nominibus pendebantur, eaque publicani ad hastam à censoribus redimebant, idque quartus sui causa, ut ea à provincialibus suo periculo exigenter, & reip. datis sponforibus repræsentarent, atque quom publicani fere equites fuerint, & ad ipsos iudicia lege Gracchi translata essent, facile erat suæ societati favendo vel ludificare locationem, vel remittere, vel redemptionis parte relevare: atque tali coitione pecuniam publicam depeculari. *Stadius.* Porro eleganter vectigalia, *patrimonium imperii* vocat auctor. his enim *Resp. sustinetur*, ut apud Tacitum 13. 51. 2. *Senatores Neroni, abolitionem eorum molientem inculcant.* Nam (verba Taciti H. 4. 74.) *neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.* Igitur augendi potius quam minuendi reditus, si tamen honeste, & absque sub-

ditorum incommodo possit fieri. Pertrinet huc Augusti factum apud Dion. lib. 56. pag. 674. *Adrianus tamen Cæsar SESTERTIUM. NOVIES. MILLIES. CENTENA MILLIA.* fisco debita remisit, teste veteri inscriptione apud Gruterum pag. 10. *num. 6.* & Spartiano in vita cap. 7. *Freinshemius.*

*Ararium.*] *Ararium* locus erat in quo pecunia publica in aede Saturni custodiebatur, quod triplex apud scriptores observavi. Unum, in quo civium tributa ac sociorum vectigalia, & prædæ imperatorum condebantur, quo sumtus bellorum ordinarii sustinebantur. Alterum sanctius ararium, in quo aurum vicesimarum, ex vicesima manumissorum collectum ad ultimos casus servabatur. Tertium sanctius Gallicum, in quo pecunia Gallici belli causa reponebatur. *Stadius.*

*Ætate quasi hæreditario jure possideb.*] Lipsius dicit. cap. xix. dicit abesse Ms. suo dictionem *ætate*. quo dūce deinceps conjicit, *hæreditario jure possidebant*, tanquam florus exponat quid pro ejectione plebe dici possit. at ego alibi in suspicionibus lib. 29. cap. 7. defendi lectionem vulgatam; subnixam nunc quoque Pall. trium auctoritate, arbitrator enim omnino propugnari à Floro possessores, utique cum plebis jus supra explicuerit, illis, *quid enim tam justum &c.* Cruter, Gujus opinio vel inde firmatur, quod hac posteriore capituli parte recenset incommoda & iniquitatem quæ sequerentur leges istas, cum prius commoda earum æquitate quæ proposuisset. Hoc addo, videri voculam tamen traiciendam, ita: *qui*

tamen

## Seditio Tiberii Gracchi.

**R**imam certaminum facem Tiberius Gracchus accendit, genere, forma, eloquentia facile princeps. Sed hic, sive Manciniana deditio, quia sponsor fœderis fuerat,

ramen ipsi pars populi erant, & relicta sibi &c. Porro similes in sua Rep. turbas, optimo sane modo, sed aliis non

**R**imam certaminum facem Tiberius Gracchus accendit. ] Utrumque Gracchum excusat, & seditiois culpam in nobilitate reicit his verbis Salutius In Jugurth. *Vbi primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam injuste potentie anteponebant: moveri civitas & diffusio civilis, quasi permixtio terre, viri caput. Nam postquam Tiberius & C. Gracchus quorum majores Punico atque aliis bellis multum Republice addiderant, vindicare plebem in libertatem, & paucorum scelera patefacere cœtere; nobilitas noxia, atque eo percussis, modo per socios & nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis à plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat: & primo Tiberium, dein paucas post annos eadem ingredientem Cajum ferro necaverat. Quod autem Florus actus dominandi cupiditate tribunos, nobilitatem opprimere voluisse scribit, nugæ sunt. Verus ista malorum consuetudo est: ut injuriam impune inferant, accepisse se fingunt. Zeveco.*

Ti. Graccho invidia Numantini fœderis, qui feriendo quæstor C. Mancini eonfulis cum esset, interfuerat, & iu eo fœdere improbando Senatus severitas dolori & timori fuit, istaque res illum à gravitate patrum desciscere ad equites & plebem coegit: de Mancini

semper perinde prompto, discutit Aratus Sicyonius apud Cicero. de officiis 2. 28. *Freinshemius.*

deditioe in bello Numantino diximus. *Stad.*

*Genere.* ] Nati enim sunt Ti. & C. Gracchi fratres patre Tib. Sempronio Graccho, qui bis consul fuit, bisque triumphavit, & censoria feveritate cum C. Claudio Pulchro nobilis est: matre Cornelia femina lectissima, moribus sanctissimis, P. Cornelii Scipionis, qui Annibalem debellavit, filia. *Stad.*

*Facile princeps* ] Hoc est, egregius, eximius. Hoc enim verbi civiliter capiendum est, non ita stricte, quasi Florus cum omnibus aliis, ipsique patri præponat. Quem ei errore vitæ doctus ad Vellejum impingit. Sic cum aliquem fortissimum, doctissimum &c. dicimus, non continuo sequitur, neminem ad idem fortitudinis doctrinæque pervenisse. Sic Cicero pro Cluentio cap. 5. *A. Cluentius homo non solum municipii Lavinatensis, ex quo erat, sed etiam regionis illius, & vicinitatis, virtute, existimatione, nobilitate facile princeps.* Idem Cicero Gracchum hunc summum Oratorem fuisse dicit. Bruto cap. 27. *Freinsb.*

*Sive Manciniane deditiois, qui sponsor fœderis fuerat, contagium timens, & inde popularis.* ] Sæpe metus seditiois & turbæ causa est, dum qui offendisse se scit, penam quam veretur sic evasurum se sperat. *Olim. Aristot.*

*contagium timens, & inde popularis: sive a quo & bono ductus, quia depulsam agris suis plebem miseratus est, quacunque mente, rem ausus ingentem, postquam rogationis dies aderat, ingenti stipatus agmine Rostra conscendit: nec deerat obviam manu tota inde*

Aristotele teste *pol. 5. cap. 3.* in Rhodo nobiles contra plebem conspirarunt, tantum ob judicia quæ illis intendebantur. Nec desuerant qui Cæsarem turbare omnia & permiscere voluisse existimabant, quia timebat ne eorum quæ primo consulatu adversus auspicia, legesque & intercessionis gessisset, rationem reddere cogeretur; & si privatus redisset Milonis exemplo circumpositis armatis causam apud Judices dicere. *Suet. in Iud. c. 30.* Necessè omnino est, ut, qui se saluum esse vult, istorum metuentium consilia mature præveniat, & vel puniat itatim vel itatim ignoscat. *Zevec.*

*Agri.* Romanum vocant scriptores, quidquid montium camporumque extra urbem Romanam ex omni arte sociorum fines attingeret. Agros quos populus Romanus bello atque armis ademisset hostibus, eos fere si culti essent, civibus diviserunt; siniculi, Italici hominibus, atque adeo etiam plebi Romanæ per censores locabant fruendos, ea tamen conditione, ut qui ararent, decimam frumenticæ, quintam ceterarum frugum partem solverent: qui vero majora aut minoræ pecora alerent, certum vectigal penderent. Cum autem evenisset ut incredibili locupletum impudentia atque libidine aratores antiquis pulsi possessionibus, quas divites aliis temporibus alias ementes continuaverunt, & P. R. vectigalibus annuis, & pauperis propriis alimentis essent exusti, lex fuit ad avaritiam locupletum coercendam necessaria; quam Liciniam & Semproniam supra retulimus: Lici-

niam Gracchus auxit, ne fraus legi fieret: ut didimum filii tribueretur, quod reliquum esset, id pauperibus, qui nihil haberent, divideretur. Quod si quis agrum emptione latius patefaceret, ut triumviri quotannis ad id creati judicarent, quæ publicus, quæ privatus esset: eam legem Tiberii morte neglectam, iterum frater ejus Cajus retulit, quem cum pariter patres interfecissent, lex ipsorum consilio lata est, qua agrorum venditio permitteretur, atque ita agri in divitum a pauperibus ementium potestatem iterum redacti sunt. *Stad.*

*Miseratus est* ] Sequebantur quædam ex præcedenti capite repetita; *ne populum victor, &c.* quæ omisi, secutus judicium Gruteri, cujus ipsa verba subnectam. Miror tot hujus auctoris correctores, tot editores, ne suspiciatos quidem, & verbulo uno indicasse, totam hanc periodum transcriptam fere verbatenus ex præcedenti capite ego sane id jam nunc enuncio, obelo etiam fixurus, nisi festinatio isthæc vetaret. Conspiciuntur quidem in Pall. sed quid tum; non hodie & heri primum nata librorum sinistra liberalitas, hæctenus Gruterus.

*Ingenti agmine stipatus*] A. Gell. 2. 13. recitans verba Sempronii Afellionis de Tib. Graccho, Gracchus, inquit, domo cum proficisceretur, nunquam minus terna aut quaterne millia hominum sequebatur. *Camers.*

*Rostræ.* ] Suggestum in foro ante curiam Hostilium exstructum, navium ab Antiatibus captarum rostris adornatum fuisse, Rostræ quoque id tempus fuisse



inde nobilitas, & tribuni in partibus. Sed ubi intercedentem legibus suis Cnæum Octavium videt Gracchus, contra fas collegii, jus potestatis, injecta manu depulit Rostris: adeoque presenti metu mortis exterruit, ut abdicare se magistratu cogeretur. sic triumvir creatus dividendis agris. Quum ad perpetranda cæpta, die comitiorum prorogari sibi vellet imperium, obviam nobilium manu, eorumque quos agris moverat, cades à foro capit. Inde quum in Capitolium profugisset, plebemque ad defensionem salutis sue, manu caput tangens, hortaretur, præbuit speciem regnum sibi & diadema poscentis: atque ita du-

fuisset appellatum, Livius scribit. In rostris magistratus sedentes jus dicebant, & ibidem feres legabantur, & conones habebantur. *Stad.*

*Octavium.* Tribuni plebis decem creabantur, quorum potestas major semper erat in vetando, hoc est, interdicens quam jubendo: nam etiam si ceteri omnes rogationem alicujus legis ad populum ferrent, unus tamen Tribuni intercessio, ne lex illa perferretur, impediēbat: cum itaque M. Octavius collega diversæ partis studiosus Graccho intercederet, ille in eum furorem exarsit, ut novo exemplo ei potestatem lege lata (nihil enim collegam, quod alii scribunt, violavit) adimeret, aliumque in ejus locum suæ factionis hominem Q. Mummiū furrogaret, atque hac ferocia multum plebis animos à Graccho alienatos fuisse invenio. *Idem.*

*Triumvir.* Triumviro, qui agros plebi lege sua dividerent, quique quotannis crearentur, ut judicaret qua publicus, qua privatus ager esset, lege sanxerat. seque & Cajum fratrem, & Appium Claudium focerum primos triumviro creavit. Imperium nimis

improprie per tribunatu dixit: est namque imperium belli gerendi potestas populi jussu alicui commissa. *Idem.*

Cum ad perpetranda cæpta die comitiorum prorogari sibi vellet imperium, Magistratus qui periculosi non sunt, diutius munere fungi possunt, nisi obster consuetudo; sed alios omnes à diuturno imperio malo arceri, nisi aliud suadeat Reipublicæ commodum aut salus. Contra externam certe vim præstat sæpe uti iisdem, unde non male post cladem Varianam Augustus *Suet. in Oct. 23.* Præsidibus provinciarum propogavit imperium, ut à periculis & affluētis focii continerentur: sed contra internam vim & domesticam pericula præstat plerumque sæpe magistratus mutare. *Zeyce.*

*Præbuit speciem regnum sibi & diadema poscentis.* Similem ex gestu errorem prodit Suetonius, Cæsar. 33. 2. & 3. ubi Cæsar existimatur equestrius sollicitus singulis (militibus): quod accidit opinione falsa. Nam cum in alloquendo exhortandoque sapius digitem levæ manus ostentans, affirmaret se ad faciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensionis esset, animum quoque

ce Scipione Nasica, concitato in arma populo, quasi jure oppressus est.

## CAP. XV.

## Seditio Caii Gracchi.



Tatim & mortis, & legum fratris sui vindex non minore impetu incaluit Caius Gracchus. qui cum pari tumultu atque terrore plebem in avitos agros arcesseret; & recen-

tem  
quo animo detraheretur sibi: extrema concis, cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod visu suspicabatur; promissumque jus annulorum cum millibus quadringenis fama distulit.

Duce Scipione Nasica, concitato in arma populo, quasi jure oppressus est.] Romano Jure qui injussu Principis aut populi bellum gerit, delectum habet, aut exercitum comparat, Majestatis tenetur. Unde in Justiniano Codice extat constitutio Valentiniāni, & Valentis: Nulli propterea nobis inscius atque incosultis, quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur. Non igitur est dubium, quin contra jus & Rempublicam egerit hic Nasica. Quamvis enim salus Reipublicæ ad omnes pertinet, illius cura spectat ad paucos. Brutum, Octavium, & alios causam publicam privato consilio suscepisse scribit & laudat Cicero. Verum prudentissimus homo nimio factionis studio, aut Antonii odio ad absurda sentienda abreptus mihi fuisse videtur, nec satis cogitasse tanta potestate pri-

vatis concessa, publicam tolli, & nequissimis civibus magnam offerri occasionem: inter quos nominare audeo Nasicam qui non alteri rei quam avaritiæ suæ fuit velificatus. Cum enim magnam agri publici partem possideret, ex eo se pelli graviter tulit, & ideo, uti plerumque insolentium mos est, injuria tueri conari quod jure non possunt, contumeliis primū, post etiam armis Gracchum adortus, non tam Reip. se studere probavit quam sibi. *Zeyce.* Scipio Nasica cum segniter P. Mucius ageret, & seditio glisceret, seque se jussit qui Rempublicam salvam vellent, atque ita auctore Scipione à nobilitate in Capitolio Gracchus occisus est, ictus fragmentis subfelliū, & inter alios, qui in eadem seditioe cæsi erant, insepultus in Tiberim à Lucretio ædili, qui inde Vesillo cognomen invenit, projectus est, P. Mucius arma, quæ privatus P. Scipio sumperat, ea, Ti. Graccho interempto, jure optimo sumpta fuisse defendit. *Stad.*

Gracchus.] C. Gracchus decennio post fratris cædem Tribunatum plebis capit, & seditiosis legibus latis Rempublicam biennio perturbat. Cum Minucius Rufus tribunus plebis Grac-

chi leges qui jam tribunatu abierat, abrogaturus esset, occupatum est ab utraque parte Capitolium: in ea turba Atilius, Opimii consulis minister. Senatus ejus cæde graviter offensus, mandat

tem Attali hereditatem in alimenta populo pollicere-  
tur; jamque nimius, & potens altero tribunatu, se-  
cunda plebe volitaret: obrogare auso legibus suis Mi-  
nucio tribuno, fretus comitum manu, fatale familia  
sua Capitolium invasit. Unde proximorum cæde pul-  
sus, quem se in Aventinum recepisset; inde quoque  
obvia senatus manu, ab Opimio consule oppressus est.

*Insul-*

mandat L. Opimio consuli ut videat  
ne quid Respublica detrimenti capiat:  
ita Opimius postridie armato Senatu  
atque equitibus in forum descendit.  
Gracchus ac Fulvius Flaccus, is qui  
ante de Gallis triumphaverat, cum suis  
Aventinum obtinuerunt. Cum de  
conditionibus pacis frustra per Fulvii  
filium legatum actum esset, Gracchus  
ab Opimianis Aventino armis pulsus  
una cum Fulvio & duobus ejus filiis  
interfectus est, caput ejus ad Opimium  
delatum auro redemptum est. Sunt qui  
Gracchum Philocratis servi sui manu  
confectum scribant. L. Opimius, est  
crudelissime in Gracchanos sævisset, &  
ob id à P. Decio tribuno pl. accusaretur,  
tamen eum Populus Romanus  
semper periculo liberavit: sed cum pos-  
tea muneribus à Jugurtha Numidica  
rege corruptus populi Romani majestatem  
imminuisse accusaretur, ejus  
sævitate memoria adhuc eadem invidia  
desflagrans, iudicio publico condem-  
natus, in exilio & ignominia Dyrachii  
consenuit & mortuus est. *Skad.*

*Pari tumultu atque terrore*] Compara-  
ratio hic inter Gracchos est, non inter  
tumultu & terrorem. Vide supra 1. 13.

*Fatale familie sue Capitolium*] Sic  
supra 1. 14. *solemnem familie sue consecra-*  
*tionem.* & infra 4. 7. *fatalis Cn. Pom-*  
*pejo harena.* Apud Lucan. 7. 591. *fa-*  
*tales Philippas.* apud Sueton. Cæsar. 59.  
*invictum in Africa fataliter Scipionum*  
*nomen.* Credebant enim veteres, qui-  
busdam gentibus, familiis, hominibus,

loca alia aliis feliciora esse, aut in-  
quiora. *Freinsb.*

*Ab Oppimio Consule oppressus est.* In  
spectro quod defuncti fratris imagi-  
nem exprimebat, admonitus fuisse  
scribitur ne fero, quod evitare non po-  
terat, se ignave subtraheret. Et ideo  
nec armis se tegere, nec fuga sibi con-  
sultare voluit, tenentisque eum anxie  
uxoris Liciniae preces periturus negle-  
xit; satius esse judicans cadere honeste  
quam malo more & civili bello inju-  
riam vincere. Forte quidem ante  
cupidine victoriæ haud satis modera-  
tus animus illi fuit. *Salust. in Jugurth.*  
& hoc perdidit multos. Quicumque  
in veteratos Reipublicæ mores emen-  
dare vis: ne nimium festina, & ab im-  
petu te contine;

*Differ, habent parva commoda ma-*  
*gna mora.*

Pedetentim illa corrigere oportet, quæ  
cum vitia sint, longa consuetudine pro  
illis haberi desierunt. Galban. *(Tacit. hist. 1.)* Othoni prodidit nimium anti-  
qui rigoris & severitatis studium, cui  
cum tunc Romani milites pares non  
essent, non trahendi eo subito, sed mo-  
deste ac paulatim erant ducendi. *Ze-  
vecot.* Refert Val. Max. 6. 8. 3. à ser-  
vino interfectum, ne deveniret in ho-  
stium potestatem, cujus rei exemplum  
infra 4. 7. de Cassio & Bruto; & passim  
apud auctores. Auctor de vir. illustr.  
cap. 65. Gracchum sua, *vel servi manu*  
interfectum scribit ut ita in medio  
relinquat. *Freinsb.*

*Sacro-*

*Insultatum quoque mortis reliquiis: & illud sacro-*  
*sanctum caput Tribuni plebis percussoribus auro pen-*  
*satum est.*

## CAP. XVI.

### Seditio Appuleiana.

**N**ihilominus Appulejus Saturninus Grac-  
chanas asserere leges non destitit. Tantum  
animorum viro Marius dabat. qui nobilitati  
semper inimicus, consulatu suo pretere-  
rea

*Sacro sanctum caput trib. pl.]* Tribuni  
quippe plebis *iegoti* erant *νεγοτογοι*,  
verbis Appiani de bell. civ. lib. 1. pag.  
370. Hinc apud Plin. 7. 44. cum Cati-  
nius Labeo Trib. pl. summum virum  
& honoratissimum Metellum ad Tar-  
peium præcipitandi causa raperet, *res-*  
*sistendi, sacroque sanctum resellendi jus*  
*non fuit.* Sic ad Scipionem criminis in-  
simulatum missi tribuni pl. ut tum *com-*  
*prehendere juberent, ac jure sacro sanctæ po-*  
*testatis relucerent.* Livius 29. 20. De  
jure sacrum sancienti vide Liv. 3. 55.  
*Freinsb.* Errat in eo Florus, quod ca-

put hujus Gracchi sacro sanctum vocat,  
jam enim tribunatu abierat Gracchus,  
quare abdicato magistratu sacro sanctus  
esse desierat. Promulgatum erat si quis  
Caii caput adferret, quod æquale auri  
pondus ipsi de publico rependeretur.  
Septimuleius itaque ejus familiaris  
illud pilo transfixum ad Opimium  
consulem retulit, plumboque in cerebri  
detrahti locum infuso, ita ut septemdecim  
librarum & semissis ponderet, partici-  
dio etiam suo Reipublicam avaritiam  
circumscripsit. *Stadius.*

**A**ppulejus] L. Appuleius Saturninus  
dolore factus est popularis, quia  
in annonæ caritate quaestorem se à frum-  
mentaria procuracione senatus amo-  
verat, cepit itaque tribunatum plebis  
Mario III. consule, atque ejus potissimum  
opera consul IV. factus est. Cum Satur-  
ninus à Q. Metello Numidico censore,  
Senatu ob vitæ dedecora motus esset,  
eam ignominiam ulturus tribunatum  
plebis Mario v. consule petit iterum,  
atque novem jam creatis tribunis cum  
ipso candidato A. Nonius competitor  
obstaret, ut ejus cæde occupandi tri-  
butatus facultatem adipisceretur, eum

è caupona, in quam ipse confugerat,  
extractum, auxiliante C. Mario v. con-  
sule interfecit, & tribunatum plebis  
occupavit. *Stad.*

*Gracchanas asserere leges non destitit]*  
Saturninus ille cum quaestor esset, &  
in annonæ caritate auctoritate senatus  
à frumentaria procuracione fuisset a-  
motus, dolore factus est popularis.  
Multos nempe injuriæ transverfos a-  
gunt, & ideo ab iis abstinendum esse  
monet Aristoteles Pol. v. II. etiam cum  
revera injuriæ non sunt, sed esse quis  
credere potest. *Zevecot.*

*Nobilitati inimicus]* Forte scripserit  
auctor,

rea confisus, occiso palam comitiis Annio competitore Tribunatus subrogare conatus est in ejus locum Cajum Gracchum, hominem sine tribu, sine nomine: sed subdito titulo, in familiam ipse se adoptabat. Quum tot, tantisque ludibriis exultaret impune, rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, ut Senatum

auctor, inicu, hoc est, iniquus. Sicut apud Virg. l. o. 889. pugna congressus iniqua. præterea hoc vocabulo in ea re uti amant scriptores. Varro apud Nonium in Biceps: senatui iniquus. Ut recte citatur a Stadio. infra 3. 17. Tac. l. 4. 52. obliuientis principis palam iniquum. Horat. carm. l. 2. tenosius vitius iniquum. Sic ex diverso, æquus apud Tac. 4. 4. Drusus æquus adolescentibus, aut certe non aduersus habebatur. Rem quod attinet, tentantur id omnes fere. Valer. Max. 2. 3. 1. C. Marius civis aliquo magnificus, sed novitatis suæ conscientia versutatus non sane propitius. Tangit Sall. Jug. 8. 4. boiandi causis, simul & nobilitatem, uti consueverat exagitandi, concionem populi advocavit. Freinsh.

Annio] Advertendum, plurimum differre scriptores in nomine hujus. Auctor de vir. illustr. cap. 73. vocat A. Mumium. Livius epit. 69. A. Nummum, (Valer. Max. 9. 7. 3. & Orosius 5. 17. Appianus de bell. civ. lib. 1. pag. 367. c. Nonium. A. Mumium vocari etiam Gruterus mallet.

Subrogare conatus est in ejus locum C. Gracchum hominem sine tribu sine nomine; sed subdito titulo in familiam ipse se adoptabat.] Occasionem negligendam non esse locus hic docet. Tanti apud Romanos Gracchi fuerunt, ut non ita tuas tantum mortis iis erexerint, sed & hominem sine tribu sine nomine, quia se Gracchum vocabat, pro tribuno plebis agnoverint. Unde facile colligi potest cur fratres duocento statim studio occidi curarint

nobiles. Timebant nempe ne eos, quos ab iis pravis persuasionibus alienarant, penitentia; alios liberatos tandem a timore animus ad patronos suos defendendos accenderet. Messalina à Claudio damnata, nullam supplicii dilationem obtinuit, ne mobilis Princeps parceret multis nocitura: & in Anglia Scotiam Mariam, & Essexium jussu Elisabethæ periisse accepimus. Verum statim à signata sententia occasionis non negligentes, supplicium eorum maturarunt, qui, cum occisos eos vellent, notam Reginx clementiam habebant suspectam. Zeyceot.

C. Gracchum] Quinctium quendam, qui se Gracchum fratrem ob oris similitudinem mentiebatur, Q. Metellus ut inflicitium censu, contra vim incitatae multitudinis prohibuit: cum Saturninus, quia populo gratum ob Gracchorum memoriam seiebat, sibi collegam, tertio quem ceperat tribunatu, cooptavit quem primo magistratus sui die periiisse in seditione invenio. Hæc ex Cicer. pro Sextio cap. 47. Val. Max. 9. 7. 2. Appian. de bel. civ. lib. 1. pag. 369. Stadius. Val. Max. citato loco & 3. 18. & 3. 8. 6. hominem L. Equitium appellat: Cicer. pro Sextio cap. 38. Numerium & Quinctium. Freinsh.

Hominem sine tribu] Hoc est servum, aut ut alii scribunt fugitivum. Liberti enim tribum habebant Esquilinam, aut quamcunque urbanam, in qua censebantur. Stadius.

Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, ut Senatum quoque cogeret in ver-

natum quoque cogeret in verba jurare; quum abnuentibus aqua & igni interdicturum se minaretur. Vnus tamen extitit, qui mallet exilium. Igitur post Metelli fugam omni nobilitate percussa, quum jam tertium annum dominaretur, eo vesania progressus est, ut consularia quoque comitia nova cedere turbaret. Quippe ut satellitem furoris sui Glauciam, consulem faceret, Cajum Memmium competitorem interfici jussit: & in eo tumultu regem ex satellitibus

ba jurare] In tribunatu secundo legem ex Marii v. consulis auctoritate promulgavit Saturninus, ut quem agrum Marius in Gallia, pulsus Cimbris, armis vindicasset, is populo Romano divideretur, in eamque ubi à populo accepta esset, a singulis senatoribus jurari voluit, qui non jurasset, ei xx. talentorum multam irrogavit. Metello in popularem legem jurare nolenti, cum a bonis civibus defenderetur, ne cades eorum fieret, maluit de civitate quam de sententia discedere, profecto ei C. Marius consul aqua & igni interdixit, atque captatam hucque ultionis occasionem Saturninus exercuit. Metellus Smyrnæ exulavit, sed proximo anno ab exilio ingenti civitatis favore restitutus est. M. Antonio & A. Postumio Coss. anno deliv. In frumentariæ etiam legis rogatione Q. Cæpionem, cum quæstor urbanus esset, Saturnino restituisse, scribitur ad Herennium. Stadius.

Aqua & igni] Quibus aqua & igni interdictum erat, ius pœna exsilii est non nomine, re tamen ipsa irrogabatur; siquidem eorum rerum usu privati, quæ maxime ad vitam sustentandam sunt necessariæ, abire ab urbe cogebantur. Stadius.

Satellitem furoris sui Glauciam] Saturninus cum iii. tribunus plebis defi-

gnatus esset, C. Memmium consulatus competitorem, quem actionibus suis adversari judicabat, interfecit, ut C. Servilium Glauciam prætorem urbanum, suæque factionis studiosissimum, consulem crearet. Qua audacia commotus Senatus Mario mandavit, videri ne quid Respublica detrimenti acciperet, quo Senatusconsulto difficillimo Republicæ tempore plena imperii potestas consulibus tradebatur, itaque Marius Glauciam prætorem, Saturninum tribunum pleb. & Saufeium quaestorem armis in Capitolinum compulso obsedit, ac incisis aquæ fistulis, ad deditonem compulit, & contra fidem omnes uno die interfecit. Saturninum à C. Rabirio senatore occisum, & ejus caput per convivia circumlatum esse, auctores habeo. Quare postea Perduellionis à T. Labieno accusatus, cujus patruus Q. Labienus cum Saturnino occisus fuerat, à Cicerone tunc consule defensus est, & populi judicio absolutus. Stadius.

In eo tumultu Regem ex satellitibus suis se appellatum lætus accepit] Stulte omnino, publicis diris Romani Reges devoverant, & ideo ad motum capiti suo à Consule Antonio diadema repulit Cæsar; quo mortuo ob similem causam Dictaturam noluit Augustus; quam magna vi offerente populo, genu nixus dejecta

*bus suis se appellatum, letus accepit. Tum vero jam conspiratione Senatus, ipso quoque jam Mario consule, quia tueri non poterat, adverso, directæ in foro acies. expulsus inde, Capitolium invasit. Sed quum abruptis fistulis obsideretur, Senatuque per legatos pœnitentiæ fidem faceret, ab arce degressus, cum ducibus factionis receptus in curiam, aggressus est. Ibi eum facta irruptione, populus fistibus saxisque cooperatum in ipsa quoque morte laceravit.*

CAP.

dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est (Suet. in Aug. c. 52.) re nempe & potestate contentus nominis invidiam maluit declinare, ne initia principatus exponeret discrimini, ac plebem à se averteret, quæ sola libertatibus imagine contenta, quia nec Regis nec Dictatoris nomen audiebat, servire se nondum putabat. Prælati ideo vera sine nomine potestas, quam nudum ac inane sine potestate nomen. Et ut Tacitus ait *Hist. l. 4.* vim principatus complecti, nomen remittere. *Zevecot.*

*Ipsa quoque jam Mario Cæs. quoniam tueri non poterat, adverso* Eandem Mario culpam impingit Epit. Liviana 69. loco vulnerato, quem ita consuetudo: *Quibus rebus concitato senatu (in cuius causam & C. Marius, homo mutabilis, & varii consilii, ingenitque semper secundum fortunam, transferat.) cum cum tueri minime posset, oppressus armis, &c.* de Saturnino loquitur. Reliqui non attingunt hoc ulcus, sed tantum plenis buccis prædicant Saturninum à Mario eversum, quos inter Velleius, 2. 12. Val. Maxim. 8. 6. 2. *Freinsb.* Iniquissimum hoc Marii factum fuit, qui omnium quæ à Saturnino acta fuerant auctor & suasor, eum, cum tueri amplius non posset, subito destituit & contra fidem datam interfecit. Sic post eum Livium Verum quem in univeros diversæ factionis spe præmiorum corruptum fru-

stra produxerat, desperans tam præcipitis consilii eventum veneno intercepit, ne quod corrupti indicis extaret indicium. *Sal. in Ing. c. 20.* Sub Tiberio Piso ob peremptum devotionibus & veneno Germanicum in jus vocatus, cum se damnandum videret, vel, ut spargebatur sibi ipsi manus intulit, vel, quod prudentiores credere malebant, ab immisso percussore occisus fuit; ne libellum, qui literas Cæsaris & mandata in Germanicum continebat, tandem promeret apud Patres, ac Principem argueret; quod ante destinarat facere nisi elusus à Seiano per vana promissa fuisset. *Tac. an. 5. Zevecot.*

*Capitolium*] Observandum sollemne fuisse hoc refugium seditiosis & tumultuantibus. Exempla apud Liv. 3. 15. nostrum supr. 3. 14. Tacit. 3. 62. &c. *Freinsb.*

*Abruptis fistulis*] Cicer. pro Rabirio sine fragm. Vide Rycquium de Capitolio cap. 37.

*Cum ducibus factionis receptus in curiam aggressus est*] Editio nostra præfert, receptus in curiam est, non absurde, præsertim cum illud aggressus, videatur repetitum ex superiore linea, ubi fuerat degressus. & consentit historia. Appian. de bell. civ. lib. 1. pag. 370. *Consul in curiam eos (A pulseium & socios) inclusit, velut legitime sumptuos de eis supplicium.* *Freinsb.*

In

## CAP. XVII.

## Drusiana seditio.

**R**ostremo Livius Drusus non tribunatus modo viribus, sed ipsius etiam Senatus auctoritate, totiusque Italiæ consensu, eadem leges asserere conatus, dum aliud captat ex alio, tantum conflavit incendium, ut ne prima illius flamma posset sustineri, & subita morte correptus, hereditarium in posteros suos bellum propagaret. *Iudiciaria lege Gracchi dividerant populum*

Roma-

*In curiam*] *Hospitaliam*, ut patet ex Vellei. 2. 12. modo citato. De hac alii- que curiis vide Pomponium Latum in opusculo de antiq. Rom. 3. 26. *Idem.*

*Ibi in eum facta irruptione populus &c.*] Appian. de bell. civ. lib. 1. pag. 370 modo citata: *plebs curiæ tegulas convulsas jacebat in inclusos.* Quidam tamen nominatim in Rabirium eadem ejus conserunt, ut epit. Liv. 69. si modo sana ejus loci lectio; nam in antiquiori-

bus est; bello quodam interfectus est: ex quo Sigonius estinxit à Rabirio quodam, quod ceteri deinceps editores receperunt, temere fortassis; cum non à Rabirio interemptus sit, si Ciceroni in defensione ejus credimus, sed Scæva quodam servo: quod equidem magis credibile est, quam Rabirium immixtum fuisse isti cætui. putem igitur potius reformandum fuisse in epit. Liv. *telo quodam interfectus est.* *Idem.*

**L** Drusus.] M. Livius Drusus vir nobilissimus, eloquentissimus & sanctissimus, eo consilio tribunatum plebis cepit, ut summa ope niteretur pro optimatibus, quorum opes Gracchanis legibus fractæ erant; legem itaque rogabat, qua communicato inter senatores & equites judicio ordine in concordiam redigeret, sed collegarum improborum interesse impeditus, senatorum inconstantia & levitate deceptus, quando bene cæpta male cedebant, convertit quantum ad dandam Italiæ civitatem, quam promissam cum præstare non posset, Latinis propterea ac senatui, & equitibus ob latas leges insensus, in atrio domus suæ incerto

percussore, quem tamen C. Varium Cicerone nominat, occisus est: & nihil de ejus morte populus consultus, nulla quæstio à senatu discreta est, invidia cædis apud Philippum & Capionem fuit. Livium etiam Drusum hoc in tribunatu suo octavam partem æris argenteo miscuisse Plinius scribit, lib. 33. *Stadius.*

*Judiciaria lege Gracchi, &c.*] Varro apud Nonium in dictione, Biceps, eisdem fere verbis citatur: *Gracchus senatu iniquus equestri ordini judicium tradidit ac bicipitem civitatem fecit, discordiam civilem fontem.* Pertulit eam legem C. Gracchus deiecto ab interfectionis auxilio senatu, & conscientia ignominie

T 4

&amp; in-

Romanum, bicipitem ex una fecerant civitatem: Equites Romani, tanta potestate subnixi, ut qui fata fortunæque principum haberent in manu, interce-  
ptis vœtigalibus, peculabantur suo jure rempubli-  
cam: Senatus exilio Metelli, damnatione Rutilii de-  
bilitatus, omne decus majestatis amiserat. In hoc sta-  
tu rerum pares opibus, animis, dignitate, (unde &  
nata Livio Druso æmulatio accesserat) equitem Ser-  
vilius Cæpio, Senatum Livius Drusus asserere. Si-

& infamix, qua ob judicia corrupta flagrabant, quod Aurelium Cottam, Salinatorem. M. Aquilium repetundarum reos captis pecuniis aperte ab-  
solvisent. Narrant autem Gracchum accepta hac lege dixisse, se penitus nervos senatorii ordinis incidisse: quod vere ab ipso usurpatum fuisse res postea comprobavit: nam judiciorum auctoritate à senatoribus translata, equites de civibus Romanis, Italicis, & Senatoribus ipsis judicabant, multam, ignominiam, exilium irrogabant: quare eos vere dominos optimatibus proposuit. Equites etiam cum tribu-  
nis pl. conspiratione facta in comitiis coibant, atque ab iis omnia quæ vel-  
lent impetrabant, atque ita Rempubli-  
cam universam in potestate habebant, senatus dignitas sola eaque enervata, equestris ordo potentia & opibus flo-  
rebant. *Stad.*

*Gracchi.*] Ejeci vocem, quam inculcaverant alii. nam omnes quos vidi retinent *Caii Gracchi.* male omnino, quo enim referas illud *diviserant?* nempe ad utrumque Gracchum, non alterutrum, multo minus etiam ad equites Romanos. totum igitur locum alio modo interpunxi. *Frcinsh.*

*Damnatione Rutilii*] *P. Rutilius Rufus*, qui *Cof.* fuerat cum *C. Manlio* anno *DCCLXX.* vir innocentissimus, lege repetundarum interrogatus, &

conspiratione equitum qui tunc judi-  
cabant, ex invidia condemnatus est: quod cum *Q. Mucio Scævola* in Asia legatus fuisset, Asiaticos à publicano-  
rum (qui equites erant) injuriis defendisset: quare omnes civitates Asiae, legatos, fecessum ejus opperientes, & ad se ut veniret invitantes, obviam miserunt. à *Sulla* etiam revocatus, longius, ne quid contra leges faceret, in exilium recessit. *Smyrnæ* eum exulasse in *Bruto* scriptum est. *Stadium* ex *Vellei.* 3. 13. 2. *Ascon.* in *divinat.* *Liv. epit.* 70. *Seneca* de *provid.* cap. 3. *Val. Max.* *Cicero* in *Bruto.* *Egregium* hujus dictum recenset *Seneca* de *benef.* 6. 37. mortem & bona *Smyrnæ* relicta *Tacit.* 4. 43. 8. brevem sed egregiam laudem *Cicero* pro *C. Rabirio Postumo* cap. 10. & de *oratore* 1. 13. & pro *Fonte,* cap. 13. *Frcinsh.*

*Pares opibus, animis, dignitate*] *Justin.* 16. 3. *inter pares assiduum discordiæ malum.* adde eundem 13. 2. hinc apud *Tacit.* 2. 47. cum in *Asiam* ad introspectiendas lociorum res aliquis mittendus esset; *delectus est M. Aletus* è *pretoriis*, ne *consulari* obtinente *Asiam, æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur.* Idem 14. 46. *multis inter se per nobilitatem Volsis atque Africanis.* *Frcinsh.*

*Cæpio.*] *Q. Servilius Cæpio* consul anno *DCXLVIII.* legem tulit, qua sena-

gna, & aquile, & vexilla aderant: ceterum sic urbe in una, quasi in binis castris dissidebatur. Prior *Cæpio* in senatum impetu facto, reos ambitus *Scavorum* & *Philippum*, principes nobilitatis dejecit. His mo-  
tibus

toribus & equitibus inter se communi-  
cata sunt judicia, quam *Serviliam* *Cicero* vocat, at idem equitum animos propter judiciorum communicationem à *Cæpione* alienatos affirmat. Eam tamen legem aut non acceptam, aut non observatam, aut paulo post, cum publico judicio *Q. Servilius Cæpio* ob rem male cum *Cimbris* gestam damnatus esset, abrogatam esse verisimile est: alioquin quid opus erat, quod eam *Drusus* post annos quindecim denuo referret? *Inter Cæpionem & Drusum* ex annulo in auctione venali inimicitias coepisse, unde origo socialis belli, *Plinius* lib. 33. scribit. At hic *Cæpio* ab illo alter est: hic enim ejusdem cum equitibus factionis & popularis, ille nobilitatis & optimatum studiosus: hic proximo anno sociali bello à *Popedio* circumventus, & cum exercitu casus creditur. *Stad.*

*Reos ambitus.*] *Ambitus* sive ambitionis accusabatur, quicumque honores malis artibus affectabant: quod crimen apud Romanos variis legibus coercitum est. Severa erat *Calpurnia* consularis, quæ pecuniariam quoque pœnam habebat, cui postea derogatum est, etsi abrogata non fuerit. *Pramium* accusatoris erat, ut, si ambitus ipsi damnati essent, aliorumque eodem in genere culpam demonstrasset, ii in integrum restituerentur. Aut quod si accusator magistratum in judicium vocasset, ejusque culpam judicibus probasset, reus magistratum amitteret, accusator in ejus locum, si per a-  
tatem & leges licebat, sufficiebatur. Aut tribus permutationem accusator penebat, si modo ea tribus, in qua reus censebatur, nobilior esset, quam tri-

buis accusatoris. *Lex Tullia* consularis etiam ambitus condemnatis decennio aqua & igni interdicebat. *Ausidia* tribunica, hoc à cæteris novi habebat, ut qui nummos in tribu promississet, si non dedisset, impune esset: sin dedisset, ut is quoad viveret, singulis *HSIII M.* deberet. *Lex Julia* pœnam capitalem sanxit qualem *Polybius* Romæ suo tempore fuisse testatur, vel ex more, vel ex lege. Cum itaque *Coff.* quique fere mentes antequam inirent, designarentur, (designabantur enim *Julio*, inibant sequenti *Januario*) eo fere tempore per competitores, ob prædicta præmia de ambitionis crimine in ipsos inquirebatur. *Idem.*

*Scavorum.*] *Ambiguum* est quem de familia *Scavorum* designet: *Cicero* de *M. Aemilium Scavorum* ambitus à *P. Rutilio*, consulatus sui competitore, accusatum & absolutum fuisse: eundemque *Rutilium* à *Scavo* vicissim ob idem crimen in judicium vocatum fuisse scripsit: eundem senatus principem & à *Jugurtha* muneribus corruptum *Sallustius* testatur. *M. Aurelium Scavorum* suffectum fuisse collegam *Sulpicio Galba*, cum illius collega antequam iniret, mortuus scribatur, & istum, tum legatus *C. Manlio* consuli contra *Cimbros* esset, captum, & à *Bolo* *Cimbrorum* rege, cum ab iis in consilium evocatus, deterreret eos, ne *Alpes* transiret in *Italiam* degreffiuri, quod diceret Romanos vinci non posse, occisum. De hoc ne an illo *Scavo* loquatur, mihi adhuc incertum est: nam *Scavorum* à *Cæpione* pro *M. Scavo* repetundarum reum fuisse factum ob *Asiaticam* legationem, scribit *Afconius*, non ambitus. *Stad.*

*tibus ut resisteret Drusus, plebem ad se Gracchanis legibus, eisdem socios ad plebem spe civitatis exercit. Extat vox ipsius, Nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum. Aderat promulgandi dies; quum subito tanta vis hominum undique apparuit, ut hostium adventu obsessa civitas videretur. Ausus tamen obrogare de legibus consul Philippus: sed apprehensum fauci-*

*Philippum.]* Q. Marcium Philippum postquam calamitate sua cessisset Urbem, Nuceria civem factum esse Cicero scribit: licebat enim reo, antequam sententiæ perfererentur, exilio spontaneo publicum iudicium subterfugere. An de hoc Philippo Florus loquatur, mihi adhuc incertum est. De L. Philippo, quem paulo post consulem Drusi iussu violatum inquit, non posse intelligi, ex Ciceronis Officiis manifestum est: quia ille gloriari solebat se sine ullo munere omnia adeptum esse, quæ haberentur amplissima, quæ gloria cum ambitione ex diametro pugnat. *Idem.*

*Obrogare de legibus]* In solens loquendi forma; mihi quidem usi incognita; supra 3. 15. 4. *obrogare anso legibus suis Muncio tribuno*, quomodo quinque quoque scribarur, non video quid veter. *Freinsh.*

Obrogare hoc loco pro obnuntiare positum esse nullo exemplo videtur: obnuntiare enim consul tribuno, non intercedere poterat. Obnuntiabat autem qui contra auspicia aliquid fieri, vel ex augurum monitu, vel quia populo ad suffragia discedente fulgur aut tonitru observatum erat, nuntiabat, quod solum magistratus licebat. At a Philippo consule fuisse Livio Druso obnuntiatum, ex eo verisimile est: quod is a Senatu statim post mortem Drusi obtruncavit, quod Livii leges omnes

uno senatus consulto tollerentur: nempe huiusmodi legibus non videri populum teneri senatus decernebat, quæ contra auspicia latas esse augures monuissent. Leges sunt rogationes, quas populus Romanus universon, consulibus, vel alio patricio magistratu rogante, iussit. Plebiscita, quas plebs tributis comitiis sine patribus, tribuno pleb. rogante scivit. Plebiscitorum nomen cum legum auctoritate fuisse confusum post Hortensiam legem, quæ, quæ plebs scivisset, omnes Quiritis tenerent, sancitum erat, ex scriptoribus manifestum est: at locus postulat, ut ea quæ de legum ferendarum more ex veterum auctoritate observamus, hoc loco adferamus. Legitima rogationes habebantur, & quando legem laturus magistratus, domi etiam scribebat, & cum peritis consultabat, ne quid contra populi rem aut voluntatem sanciret, ne pugnantia capita simul ferret, neve quid, quod vetus aliqua lex iussisset, si ferretur, infirmaret (abrogabat tamen lex nova si perferretur veteri, præterquam sacratæ) ne curationem potestatem, commodumve aliquid ipse sibi sua lege, aut collegis, cognatis affinis mandaret, ne pluribus de rebus, quæ non eiusdem generis essent, una rogatione perferretur. Scriptam ita legislator Reipubl. studiosus antequam promulgaret, senatum consulebat, popularis vero contra

*faucibus viator non ante dimisit, quam sanguis in ora & oculos redundaret. Sic per vim lata, iussæque leges:*

tenta senatus auctoritate, legem rogabat. In publico inde ponebatur lex, hoc est, promulgabatur, eo consilio, ut inspicere qui vellet, & iudicio suo disquireret, non solum ut intercederet antequam ferretur, verum etiam an antiquanda an iubenda sibi suo suffragio videretur, aut legislatorem de corrigenda, vel non roganda lege merneret. Spatium promulgationis erat trimumdium, hoc est, per trinas nundinas: cum enim nundinarum causa ex agris cives in urbem convenirent, per trimumdium leges patere, ut à rusticis plebe ter legi cognoscique possent, voluerunt. Post tertias nundinas magistratus populum convocabat: ibi cum legem præco subjiciente scriba recitasset, tum quidem primum qui legem rogabat, populo suadebat, ut rogationem acciperet, sed post eum alii: primum privati, permittente magistratu, (nec enim aliter concionari privatis licebat) inde magistratus, ne si privati eos, qui magistratum gerebant ante audissent ab iis dissentire auderent: tum quidem si qui legi intercedere, (quod proprium tribunis pleb. erat) hoc est, vetare ne perferretur, vellent, potuerunt, dum sitella deferretur, dum æquabantur fortes, dum sortitio fiebat. Tribus vel centuriis in sortem coniectis, quæ prior exibat prærogativa dicebatur, populo tabellæ binæ distruebantur, quarum altera quæ abrogabat legem A. hoc est, antiquo, id est, antiqua volo, nova non proba: altera V. R. hoc est, uti rogas, habeat. Atque cum centuria five tribus tabulam pro sua quisque voluntate in cistam coniecisset, suffragia in utramque sententiam dinumerabantur, numerusque eorum punctis notabatur, unde ejus centuriæ vel tribus sententia dignoscebatur, eaque à præ-

cone renuntiabatur: & eadem in reliquis tribus vel centuriis servata, ex majore tribuum centuriarum numero vel antiquabatur lex vel sciscitabatur: accepta omnium civium iurando confirmabatur, & in æs incidebatur, & in ararium ferebatur, legique nomen factum est à gente legislatoris. Contra si qua lex rogata esset, ea ex senatus consulto à populo abrogabatur. *Stad.*

*Sed apprehensum &c.]* Nota immānem Tribunorum potentiam, qui ad eos. etiam summum honorem gerentem, viatorem audebant mittere. Exempla apud Liv. 2. 56. 4. 26. 5. 9. immo censorem in vincula ducere apud eundem 9. 3. 23. etiam triumphaturos vetare. Sueton. Tib. 2. 14. *Freinshem.* Tribunorum plebis, in privato, vel in magistratu aliquo ad concionem ad populum admittendo, vel ab eadem prohibendo tanta potestas erat, ut non solum de rostris concionantem, sed etiam de curru triumphantem detrahere tribunis pleb. licuerit, vel etiam ad supplicium si liberet ducere, propterea quod cui vellet manus injicere sacratis legibus poterat: ipsi cum sacrosanctus esset, nemo poterat. *Stadins.*

*Viator]* Difficite expresse Val. Max. 9. 5. *obtorque gula, & quidem non per viatorem, sed clientem suum.* Camers.

*Sanguis in ora & oculos redundaret]* Sic Pall. o. & v. e. Videatur tamen etiam legi non male posse, in aures, cur enim in ora potius quam in os auctor scripserit. \*Plinius 7. 44. *tantum parum esset, faucibus certe intortarum, expressisque per aures sanguinis pœnam excolam esse*, hoc autem erat *obtorque collo duci.* Auctor de Vir. illust. cap. 66. de hoc ipso facto: *consuli legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit, ut multus*

ges : sed pretium rogationis statim socii flagitare, quum interim imparem Drusum, agrumque rerum temere motarum, matura, ut in tali discrimine, mors abstulit. nec ideo minus socii promissa Drusi à populo Romano reposcere armis desierunt.

## CAP. XVIII.

## Bellum Sociale.



*S*ociale bellum vocetur licet; ut extenuemus invidiam: si verum tamen volumus, illud civile bellum fuit. quippe quum populus Romanus Etruscos, Latinos, Sabi-

multus sanguis efflueret à naribus. quod alii aliter efferunt. Tacit. 2. 70. quantum obducta veste, & adstrictu sancibus niti poterat. Cicero in Verr. 4. 10. quem abortiva gula de convivio in vincula atque in tenebras abripi iussit. Vide comment. ad Juvenal. 10. 88. Freinsh.

Imparem Drusum, agrumque rerum temere motarum, matura, ut in tali discrimine, mors abstulit.] In atrio domus suæ percussus inventus est; eorum proculdubio opera, qui ne ipsi quoque rerum temere motarum invidia premerentur, eum qui indicare poterat intercipere maluerunt. Certum est enim & Senatus univèrsi, & totius Italiæ consensu hæc omnia Drusum tentasse; at quia infelicitèr desertus fuit, ut præcedenti capite à Mario Saturninus. Non

*S*ociale. ] Bellum hoc triplici nomine dictum apud scriptores invenio, Sociale: quia cum sociis populi Romani gestum est. Marficum: quod à Marfis primo commotum. Italicum: ab Italica urbe, quo nomine Confinium dictum est, quia illo pro arce & con-

temere in re magni momenti alicui fidendum est; nimium sæpe mobiles multorum sunt animi, & multi ante periculum, procaces & generosi, in eo deficiunt. Deliberandum est diu quod statuendum est semel. Zeyceot.

Similimum illud Livii G. 1. de Q. Fabio, cui iudicio eum mors, adeo opportuna, ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit. Cæterum de morte Drusi referunt omnes quos vidi, incerto auctore exsum; præter Cicer. de nat. deor. 3. 33. qui percussorem eius nominat. Summo cruciatus, inquit, supplicioque C. Varius, homo importunissimus, perit: sed quia Drusum ferro, Metellum veneno sistuleat, illos conservari melius fuit, quam pænas scelèris Varium pendit. Freinsh.

cilii loco Itali hoc in bello contra Romanos utebantur. M. Fulvius Flaccus consul ad spem civitatis donandæ primæ socios erexerat. hoc est, ut perrogata quam promulgaverat lege, tributum & honorum petitionem confederentur: atque Fulvius ægre com-

pulsus

nosque miscuerit, & unum ex omnibus sanguinem ducat; corpus fecit ex membris, & ex omnibus unus est. Nec minore flagitio socii intra Italiam, quam intra urbem cives rebellabant. Itaque quum jus civitatis, quam viribus auxerant, socii iustissime postularent, ad quam spem eos cupidine dominationis Drusus erexerat; postquam ille domestico scelere oppressus est, eadem fax, quæ illum cremavit, socios in arma & oppugnationem Urbis accendit. Quid hac clade tristius? quid calamitosius? quum omne Latium, atque Picenum, Etruria omnis, atque Campania, postremo Italia contra matrem ac parentem suam Urbem consurgerent. quum omne robur fortissimorum fidelissimorumque sociorum sub suis quosque

signis

pulsus est, ut in curiam veniret, deinde patrum monenti, partim oranti senatui, ut ab incepto Reipublicæ tam permicioso desisteret, responsum non dedit: quare decreta ei provincia Gallia, senatus illum ab eo consilio avocavit, ipseque cum triumpho domum reverfus, se socium C. Græcho adiunxit, cum quo in eadem seditione à L. Opimio, ut dictum est, occisus fuit. Livius Drusus eandem legem perferre conatus est: sed ei civium, in quod incurrerat, odium impedimento fuit. Ergo Italici bis tanta spe dejecti, facta inter populi coitione adversus populum Romanum conjurarunt: quare populus Romanus saga sumpsit, ac bellum adversus Italicos iussit, Sexto Julio Cæsare & L. Marcio Philippo coff. anno DCLXII. *Stadius*. Quicumque; limitibus suis quos Jus vel natura præscripsit non contenti ulterius tendunt, & vel omnes, vel plurimos sibi parant subicere, plerumque quia cunctis simul pares se non esse sciunt, non differunt tantum ali-

quos, sed & socios ac amicos vocant, ut eorum maxime auxilium & opera priores debellant, nec eos ante invadunt quam pacatæ alibi res obtulerint occasionem. Sic post subactas gentes, socios in servitutum redegerunt Romani. Zeyceot.

Eadem fax quæ illum cremavit, socios &c. accendit.] Sic infra 3. 23. 2. Fax illius motus ab ipso Syllæ rogo exarsit. Non ab similibus locutio in Justin. 11. 1. nonnulli facem nuptiis filie accensam, rogo patris subditam dolebant. Freinsh.

Quid hac clade tristius? quid calamitosius? ] Plin. 2. 83. Bellum sociale, quod haud scio, an sanctius ipsi Italiæ fuerit, quam civilis. Vellei. 2. 15. 5. id bellum amplius cccm: juvenutis Italicæ abstulit. Idem.

Sub suis quosque signis.] Sic rescripti alii omnes, quantum scio, sub suis quosque signis. quod ego quidem haud intelligo. Sensus est, illa municipalia prodigia (ut vocat duces Italicos) socios adversus Romanos duxisse, sub suis quosque

*signis haberent, municipalia illa prodigia: Popedius Marfos, & Latinos Afranius; Umbros totus senatus, & consules; Samnium Lucaniamq; Telesinus: quum*

*quoque signis. ita Curtius 3. 3. 26. ultimi erant cum suis quisque ducibus, qui congerent agmen, leviter armati. Idem.*

*Municipalia, &c.] Municipiorum duplex apud Romanos scriptores genus inveniō, primum quod jure suo uteretur, & tantum munus honorarium inter cives Romanos obiret, hoc est, honoris causa in legione stipendium faceret, ut cives non ut focii in auxiliis: illaque municipia sine suffragio dicta sunt. Alterum genus municipiorum fuit eorum, in quibus cum suffragio latere civitas est data, hoc est, quibus honores dare & petere licebat: sed illi legibus suis spoliabantur, Romanis obstringebantur: hinc municipalia prodigia vocat duces Italici belli ex municipiis oriundos. *Stadius.**

*Popedius] Quintum Popedium vocat Appian. pag. 375. Popedium Strabo lib. 5, pag. 167. in Orofio tamen, 5. 9. est Popedius. Silonem cognomen Vellei. 2. 16. 1. Ep. Liv. 76. Diodor. excerpt. ex lib. 37. qui tamen *Q. Pompadium* vocat. Plut. Mar. cap. 54. ubi tamen editur *Πόπειος* pro *Πόντιος*, & de fort. Roman. cap. 15. Obsequens cap. 116. ubi *Pompeius Sylo*, pro *Popedius Silo*. est autem alius Pompeius Silo in editis Senecæ suavoris. *Freinsb.**

*Marfos] Fortissimum populum de quibus ferunt: ad id temporis nec sine Marfis, nec de Marfis triumphum visum. Appian. pag. 378. & hinc bellum itud *Marfium* appellatum fuit, à præcipua gente. *Idem.**

*Totus senatus & consules] Quamvis non obscurum sit auctorem Senatum consulefque quos instituerant Itali, dicere; (qua de re Strabo lib. 5. pag. 167 & Diodorus lib. 37.) sed male coherere sententiam, nemo paullum at-*

*tentior, non videt. Porro consilium est omnium ducum, qui memorantur, nomina subungere, si quæ forte medela huic auctori inde quari possit. Sunt igitur præter jam nominatos: *Herius Asinius Vellejo*, 2. 16. & Appiano pag. 375. Eutropio lib. 5. *Herius Asinius*; ejusque interpreti Græco *Ἡέρος Ασίνιος*. pro quo *Hirvus Asinius* est in epit. Liv. 73. ubi prætor *Marrucinarum* vocatur. *Insejus*, ut Vellei. appellat, vel, *P. Vettius*, ut Appianus, *Cato* qui *P. Vettius Cato*, & in aliis exempl. *Vettius Scato* est Ciceroni Philippica 12. 11. *C. Vettius* apud Senec. de benef. 3. 23. ubi prætor *Marforum* dicitur: *Titus Vettius* Eutropio, & ejus interpreti *Τίτος Βέτιος*. *C. Pontidius* apud Vellei. *Marius Egnatius* apud Vellei. Appian. & epit. Liv. 75. *Pontius Telesinus*, infra 3. 21. Vellei. 2. 27. Plut. Sylla cap. 57. Appian. pag. 405. *C. Papius* apud Appian. cognomen *Mutilius* ut Vellejus, & forte Plut. de fort. Roman. cap. 16. nam ibi *Μούλιος*, vel, ut Orof. 5. 11. habet *Mutilus* vel *Samnitium dux. M. Lamponius* Appian. & nostro infra 3. 21. quem *Lucanorum ducem* facit Diod. lib. 37. Plut. Sylla cap. 57. & Appian. pag. 405. *P. Ventidius*. Appian. hic videtur pater *Ventidii* qui *Parthos* vicit. vide Vellei. 1. 66. Plin. 7. 43. *Gusta Cappanus*. Appian. pag. 405. *C. Iudacius* Apulorum dux. Appian. vel secundum Orof. & Eutrop. *Picentium. P. Præfentius*. App. C. *Apponius Martius*. Diodor. Tib. *Cleptius* Diod. de quo idem lib. 36. *Lucania Cleptius* vir scientiarum militaris & fortitudine clarissimus præerat. *Agamemnon* archipirata *Marforum dux* Orof. & Eutrop. *Francus* Marfo-*

rum

*regum & gentium arbiter populus ipsum serere non posset, ut victrix Asia Europaque à Corfinio Roma peteretur. Primum fuit belli in Albano monte consilium, ut festo die Latinarum Iulius Cæsar, & Martius Philippus consules, inter sacra & aras immolarentur. Postquam id nefas prodicione discussum est, Asculo furor omnis erupit, in ipsa quidem ludorum frequentia trucidatis, qui tum aderant ab Urbe,*

*legatis,*

*rum dux. Orof. & Eutrop. Inventius. Eutrop. 5. 9. Obsidius Orof. Titum Herennium. & Aulum Cluentium addit Eutropius. Hi tunc quos reperire licuit, unde si quis auctori lucem fenerari possit, gauderem utique. *Freinsb.**

*Corfinio] Urbe Peligna, quam communi consilio muniverant Itali, Italicanque vocaverant. Idem.*

*In Albano monte.] Ubi fieri solebat Jovi Latiali feriis Latinis. Livius 21. 63. 10. ne Latinas indiceret, Iovique Latiali solemnè sacrum in monte Albano faceret. Idem. Latinarum feriarum, vel Latinorum ludorum originem, pompani, & cæremomas Dionysius late describit. Consules die iniri magistratus, Jovis Opt. Maximi templum adibant. Latinas indicebant, ad diem conditam ferias celebrabant, Jovi Latiali sacrum solenne in monte Albano faciebant. *Stad.**

*Asculo furor omnis erupit] Sic etiam Appianus. sed initium belli a Picentibus ortum est in ep. Liv. 72. Appianus idem & Strabo, Marfos defecisse primos memorant. Sed potest non magno negotio hic nodus dissolvi. Primum enim Asculum in Piceno est, auctore Plinio 3. 13. neque ullum relinquunt dubitandi locum ep. Liv. in qua sic scriptum est, *Italici populi defecerunt, initio belli à Picentibus orto*. hoc autem initium quale fuerit narrans hæc addit, *Q. Servilius præcos. in oppido Ascu-**

*lo cum omnibus civibus Rom. qui in eo oppido erant, occisus est. Deinde Marfi reliquus populus auctores defectionis fuere, Popedius præcipue, quem Romanos imitati eos. crearunt. Florus. Strabo. Diodorus. Eosdem ante alios arma sumpsisse indicare videtur Paterculus. 2. 15. 3. hæc omnes ob causas bellum Marficum est appellatum, non Samniticum, quamvis ex ea gente aliter esset eos. creatus. Hæc *Vincinius* Contarenum variat. lect. initio. Asculanum civem pro obfide Italici fœderis ductum in urbem aliam, quidam indicaverat Servilio Cæpioni pro consule agenti in Apulia, qui prope oppidum ingressus, Asculanosque solenne patrum celebrantes minis deterere conatus, ab eis interfectus, quod defectionem proditam intelligeret: si mulque Fontejus ejus legatus, & quotquot erant Asculi cives Romani, atque bona eorum direpta sunt. Itaque aperta conjuratione omnes arma corripiant. Marfi, Peligini, Vestini, Marucini: eos sequuntur Picentes, Frenetani, Irpini, Pompeiani, Venusini, Apulii, Lucani, Samnites aviri hostes, Latini, & quidquid populorum ultra Lirim usque ad sinum Adriaticum habitabat. Utrique armantur copiæ ad centum millia hominum, & à populo R. utrique coss. T. Cæfari & Rutilio Lupo imperium datum est. *Stad.**

*Legatis] Orof. 5. 17. C. Servius præ-*

*torum*



legatis. hoc fuit impii belli sacramentum. Inde jam passim ab omni parte Italia, duce & auctore belli discursante Popedio, diversa per populos & urbes signa cecinere. non Annibalis, non Pyrrhi tanta vastatio. Ecce Ocriculum, ecce Grumentum, ecce Fesula, ecce Carsoli, Reate, Nuceria, & Picentia; cædibus ferro, & igne vastantur. Fusa Rutilii copia, fusa Capionis.

Nam

rorem legatum ad se missum apud Asculum occiderunt, statimque clausa civitate omnes cives Rom. indicta (an indigna?) eade jugularunt. At qualis ille legatus? qua de causa missus? quo more? an legatus hic est pro præside quod posterioribus sæculis nomen obtinuit? videretur, nisi pugnaret veteris reip. constitutio, qua præsidēs propria habebant auspicia, propriam jurisdictionem ex lege, non demandatam, ut postea Cæsarius imperantibus. Prope igitur est, ut cenfeam, Florum & Orosium (modo sic scripserit uterque) lapsos sui sæculi consuetudine, legatos appellasse qui pro consulibus, aut pro prætoribus erant. Hoc enim expresse Appianus pag. 374. cum imperio fuisse in iis regionibus; & ne putes officianter hoc dixisse. addit: *apparet enim junc quoque regiones Italia distributas fuisse proconsulibus, quem morem imitatus Adrianus imperator, vetulit post ætates aliquot.* Restat alia auctorum pugna de nomine & honore cætorum, Vellei enim 2. 15. *Servilium prætorum*, ut & modo citatus Orosius, vocant. epir. Liv. *Q. Servilium proconsulem*; cui accedit Appianus, qui Fonte, etiam legatum eius cæsum fuisse, quod & ipsum Vellejus. Post horum necem omnes qui tum in oppido erant Romanos promiscua cæde stratos, omnes consentiunt. *Ereinsb.*

*Popedio*] Q. Popedium Silonem hujus belli ducem fuisse Appianus etiam

& Orosius testantur, qui dum transfuga fidem magna fraude sibi præstruxerat. cum majore perfidia Capionem in insidias cum comitatu suo pertractum occidit. Popedii exercitum Cæcilius Metellus adortus prælio vicit, in quo etiam ipse Popedius cæsus est. *Stad.*

*Grumentum.*] Licinius Crassus Cæsaris legatus à M. Lamponio Italicorum duce, octingentis ex ejus exercitu occisis, fuga in Grumentum Picentiorum oppidum compulsus est. *Idem.*

*Rutilii.*] P. Rutilius Lupus consul una cum C. Mario legato duos pontes non longe inter se distantes super Lirim construxerat, ad trajiciendas copias, quibus Vetricus Cato Mariorum dux sese cum exercitu opposuit: cumque propius ad Marii pontem movisset, insidias noctu circa P. Rutilii tractum, quem ipsi permisisse disposuit, cæsis itaque multis, multos in flumen præcipites agit. Rutilius consul in capite faucibus, paulo post ex vulnere moritur. Marius ubi eam cladem ex cadaveribus prono flumine ad castra delatis intellexit. prope rat ad hostium castra, eaque expugnat, & calamitatem acceptam castigat. Consul cadaver in Urbem relatum, magnum luctum civibus & confirmationem artulit: quare Senatusconsultum factum est, ut posthac defunctorum corpora ibi sepelirentur, ubicumque occidissent. ita Appian. *Stadius.*

Lini

Nam ipse Iulius Cæsar exercitu amisso, quum in Urbem cruentus referretur, miserabili funere medianæ etiam Urbem perviam fecit. Sed magna populi Romani fortuna, & semper in malis major, totis denuo viribus insurrexit: aggressique singuli populos; Cato discutit Etruscos; Gabinus Marfos; Carbo Lucanos; Sylla Samnites. Strabo vero Pompejus omnia flam-

*Iulius Cæsar*] Alios esse secutum anales Florum oportuit, qui ea de L. Julio Cæsare scribit, quæ alii de Rutilio Lupo memorie prodiderunt. accedit ad criminationem Flori, quod Annales Coss. hunc Julium censorem cum Licinio Crasso in proximum annum nuncupent, & Rutilium Lupum in prælio occisum testentur. *Stad.* Talia consideranti suboritur suspicio, librariorum redonandum hunc Julium Cæsarem, quem forsitan ex notis male intellectis emiserunt; quid enim proprius quam ex his literis *Cos. fieri Cæs.* nec *Iulius & Rutilius* scriptura multum discrepant. præterea quid ista vox *ipse*? cui bono? aut quis ita loquitur? cur ergo diffitear, videri legendum: *nam ipse Mutius Cos. Ereinsb.*

*Cato discutit Etruscos*] Alii id negant; & egregio stratagemate belli periculum minuisse ajunt Romanos. Nam cum tot se simul hostibus resistere posse diffiderent, initam inter eos societatem dissolvere laborarunt; & ideo Etruscis, ut eos ab aliis alienarent ac sibi jungerent, nihil eorum, quæ desiderabant negavere, æquiore animo dignitatis ad tempus quam Imperii in perpetuum jacturam ferri debere exitimantes. *Verec.* Etruscorum animos, dum moliantur bellum, à Senatu Romano in amicitiam civitatis donatione fuisse preoccupatos alii scribunt. [Appianus pag. 379.] sed L. Porcium Catonem Cos. rebus prospere gestis, fuisseque aliquoties Marfis, dum castra

eorum ad Fucinum lacum expugnat, fraude C. Marii, cujus patris victoriam Cimbricam Cato dicitur extenuaverat, in turba occisum esse, Orosius 5. 17. scribit. *Stadius.*

*Gabinum.*] Gabinium adversus Lucanos bene pugnasse; multa oppida expugnasse: sed dum castra illorum obideret, interiisse, apud alios scriptores observavi. *Idem.*

*Sylla Samnites.*] Sulla legatus Samnites prælio regit, & bina eorum castra expugnavit; ipse tot successibus invitatus, & cum præturam etiam hoc bello feliciter gesto illustraturus esset, consulatum in proximum annum petiit, eumque honorem undequingagesimo ætatis anno omnium pæne civium suffragio affectus est. *Idem.* Sienna apud Cicer. de divin. 1. 33. *Cum Sylla in agro Nolano immolaret, ante prætorium ab infima ara subito anguis emerisset, cum quidam C. Posthumius harsus peroraret illum, ut in expeditionem exercitum educeret, id cum Sylla fecisset, tum ante oppidum Nolano florētissima Samnitum castra cepit.* *Idem Val. Max. 1. 6. 4. Plut. Sylla cap. 7. Obsequens cap 116. Ereinsb.*

*Strabo vero Pompejus & c.*] Vellejus 2. 22. 1. *Magni pater, cujus præclara opera bello Marfico, præcipue circa Picenum agrum, usque erant respublice, quique Asculum cepit, circa quam urbem cum in multis aliis regionibus exercitus dispersi forent, V. & LXX. M. civium Rom. amplius LX. M. Italicorum, una die confixerant*

V

Servit

*flammis ferroque populatus, non prius finem cadium fecit, quam Aſculi everſione, Manibus tot exercituum conſularium, direptarumque urbium diis, litaretur.*

## C A P. XIX.

## Bellum Servile.

**V**Tcunque, et ſi cum ſociis, (nefaſ!) cum liberis tamen, & ingenuis dimicatum eſt. quis æquo animo ferat in principe gentium populo bella ſervorum? Primum Servile bellum inter initia Urbis Herdonio Sabino duce in ipſa Urbe tentatum eſt: quum occupata tribuniciis ſeditionibus civitate, Capitolium obſeſſum eſt, & à conſule captum.

**S**ervile] Animadvertendum, hoc bellum geſtum ante bellum ſociale, ut ex proceſſu ſcriptorum videre licet. Eutrop. præterea dicit geſtum anno DCI. Sociale vero anno DCXXII. ab v. c. Auſtor Solin. cap. 2. Tempore igitur ſociale bellum poſterius eſt, ſed dignitate prius. *Camers.*

**Herdonio.]** Herdonius Sabinus convocatis ad arma exſulibus, & ſervis ad libertatem, Capitolium noctu occupaverat anno cccxiii. quod dum Valeſius Poplicola armis recuperat, cecidit; & Herdonius eo in prælio interfectus eſt: eodem etiam tempore laborabatur in Urbe magno motu inter patres & plebem, C. Terentio Arſa tribuno plebis legibus in patrum ſervitium promulgandis omni ſtudio incumbente. *Stad.*

**Tumultus magis fuit quam bellum.]** Tumultus erat cum ex ſubito, & vicino plerumq; bello ſumma oriebatur per-

turbati. Hinc factum, ut iudiciis forenſibus nullus eſſet locus. Nec enim Juri dicundo vacare ſe debere prudenter exiſtimarunt, cum ſecurus forte cives aut mitiora ſperantes præſentis, ac magni periculi ſuo ipſi exemplo admonere debebant, & leges ſtra exerceri offendere, ni imminens iis perniciēs armis omnium, etiam ante togatorum, averteretur. Nec id ſufficiēbat, etiam delectus iſto tempore & in urbe & in Italia habebatur promiſcua, nec ullum excuſabat vacatio. Sciebant enim, quod & Ariſtoteles ſcripſit lib. 8. pol. c. 8. difficilibus Republicæ temporibus civem quemque non ſuum ſed civitatis eſſe debere, nec ut periclitanti ſtatuſi ullus ſe ſubtrahat ullo modo eſſe ferendum. *Zerec.* Tumultu ex Senatuſconſulti decreto juſtitium indicebatur, ſaga ſumebantur, delectus ſine vocationibus habebatur tam in Urbe, quam in Italia. *Stad.*

ſed

*ſed hic tumultus magis fuit quam bellum. Mox imperio per diverſa terrarum occupato, quis crederet Siciliam multo cruentius ſervili, quam Punico bello eſſe vaſtatam? Terra frugum ferax, & quodammo- do ſuburbana provincia, latifundiis civium Romanorum tenebatur. Hic ad cultum agri, frequentia erga ſtula, catenatique cultores, materiam bello præbuere. Syrus quidam nomine Eurus (magnitudo cladum facit, ut meminerimus) fanatico furore ſimulato, dum Syriæ deæ comas jaſtat, ad libertatem & arma ſervos, quaſi numinum imperio concitavit; idque ut divinitus fieri probaret, in ore abſtita nuce, quam ſulphure,*

*Terra frugum ferax] Quo reſpectu ille M. Cato ſapiens cellam penariam veip. nutricem plebis Romanæ Siciliam nominavit. Cicero in Verr. 2. 2. benigniſſimam vobis nutricem. Val. Maxim. 7. 6. 1. καὶ δὴ καὶ καλῶν ἀπὸ τῆς ταμίον τῆς Πάμου, atque adeo penum urbis appellant. Strab. lib. 6. pag. 188. & ſi recte memini, à quodam auctore horvorum pop. Rom. vocatur. infra 4. 2. annonæ pignus. Plura de ejus fertilitate Claudii de raptu Proſerp. lib. 1. Lucretius lib. 1. Silius 14. 23. Diodorus 5. 2. Polybius lib. 1. Solin. cap. 11. Mela lib. 2. Freinſh.*

*Catenatique cultores] Vide Lipſium eleftorum 2. 15.*

*Magnitudo cladum facit, ut meminerimus.]* Similis fere ſententia ſupra 2. 6. *Canne, ignobilis vicus, ſed magnitudine cladis emerſit, & XL. M. eade parte nobilitas.* Plutarch. Sylla cap. 72. inter eos Eunum hunc numerat, qui nulla quidem virtute, nobilitati ſunt tamen. Freinſh.

*Syriæ Deæ comas jaſtat.]* Nihil in ſpeciem fallacium quam pravam religionem eſſe, ubi Deorum nomen præ-

tenditur ſceleribus ait Livius, l. 39. Regnante Claudio quidam in Ægypto fuit, qui cum pietatis imagine ad triginta hominum millia pellexiſſet in partes, Hieroſolymam ibi regnatorum tendebat, verum à Floro tempeſtively fuit oppreſſus Joſeph. 2. de bello Jud. 12. *Zerecot.* De hac vide Salmatiſt Plinianas exercitationes in Solinum pag. 574. &c: Eam attingit vetus inſcriptio apud Gruterum pag. 5. numer. 1. JOVI. O. M. ET. DEÆ. SURIÆ. Freinſh.

*Comas] Paſſim edd. ceremonias. at vetus, comas, utrumque quomodo defendatur habet: ſed admiſi illud comas, quod ita quoque extaret in muſ. Venedici & Palatinis. Gruterus. Pontano autem reſcribendum videtur comos. romus enim eſt ſaltationis genus, quod tibia & ſiſtula in comefactionibus. cujuſmodi erant Syriæ iſtius deæ, paſſim agitabatur.*

*In ore abſtita nuce &c:]* Sio Barchobabas auctor ſeditionis Judaicæ, ſupplicium in ore ſuſceſſam anhelitu ventis abſtita, ut flammam eructare putaretur. D. Hieronym. apologia adverſus Ruſſinum. Freinſh.

phure, & igne stipaverat, leniter inspirans, flammam inter verba fundebat. Hoc miraculum primum duo millia ex obvius; mox jure belli refractis ergastulis, sexaginta amplius millium fecit exercitum: regisque, ne quid malis deesset, decoratus insignibus, castella, oppida, vicos, miserabili direptione vastavit. Quin illud quoque, (ultimum belli dedecus) capta sunt castra Pratorum; nec nominare ipsos pudebit, castra Manilii, Lentuli, Pisonis, Hypsæi. Itaque qui per fugitivarios distrahi debuissent, pratorios duces, profugos prælio, ipsi sequebantur. Tandem P. Rupilio Imperatore supplicium de eis sumptum est. Hic enim victos, & apud Ennam novissime obfessos, quum

Inve belli.] Quod igitur jus belli fervis? aut porro jus belli consistit in refringendis & armandis ergastulis? nihil ramen expedio, nisi debiles conjecturas. quid si *more belli*? nam hoc sæpius factum legimus, nullò tamen jure, nec enim continuo mos in jus transit. quid si *vi revelli*? quid si *vi & bello*? aut inferamus vocem, ut folet Florus, quasi jure belli? elige vel coarctet. Idem.

Regisque &c.] Insuper mutato nomine, Antiochum se vocavit, alios servos sibi subditos Syros. Diodorus. Sic ut apud eundem alter servorum dux Tryphonem se dici iussit. Nam in hac quoque re non nihil est momenti. tangit Just. 1. 10. 3. Colomanus quidam rex à Persis constituitur, Davii nomine, ne quid regie majestati deesset, honoratus Idem.

Fugitivarios] Græci eleganter φυγαδικός. [Plur. Demophil. cap. 40.] recentior Hellenismus etiam διαφυγίτας, (qui forte fuerint Diocimite Marcellini 17. 20.) Metaphrastes in vita S. Athanasii, Κυρίαν ζωὴν ὑπέθευ τὸς διαφυγίτας, ἐν μὴ τὸν Ἀθανάσιον ζωὴν

πυροῦ ἠνωσι. Justinianus ἐπειράδας Græce nominat illos Quæstores a se institutos, quorum officium describit Novella 80. Casaubonus. De fugitivariis porro proprie sic dictis vide Gothofredi notam ad l. 18. de præf. verb. Quod autem ex l. 15. eod. tit. fugitivarios eos etiam quidam faciunt, qui noverunt ubi delitaret servus, eumque judicant, causam non vident. nec enim magis isti fugitivarii, quam quævis alius, qui latentem latronem, aut prædonem quemcumque indicat, quod omnes facere tenentur per l. 1. de receptat. Freinsb.

P. Rupilio.] Tres consules in Sicilia rem gefisse contra servos invenio. C. Fulvium Flaccum, quo eventu tamen, quia rerum memoria hic perit, parum compertum habeo. L. Pisonem Flaccum successisse, qui octo millia servorum interfecit. quos capere potuit, patibulo affixit. P. Rupilius Pisoni successit. qui cum fugitivis debellavit, ac bello confecto provinciam ordinavit.

Stadh

Cenci

quum fame quasi pestilentia consumpsisset, reliquias latronum compedibus & catenis religavit, crucibusque punivit. fuitque de servis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret. Vix dum respiraverat insula, quum statim servi, & à Syro reditur ad Cilicem. Athenio pastor, interfecto domino, familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat. Ipse veste purpurea, argenteoque baculo, & regium in morem fronte redimita, non minorem, quam ille fanaticus prior, conflatur exercitum: acriusque multo, quasi & illum vindicaret, vicos, castella, oppida diripiens, in dominos, in servos infestus, quasi in transfugas, sæviebat. Ab hoc quoque Pratorii exercitus cæsi; capta Servilii castra, capta Luculli. Sed Aquilius Ruplii usus exemplo, interclusum

hostem

Crucibusque punivit] Servili supplicio. Vide Liplium de Cruce 1. 12.

Ovatione] Minoris triumphi genus est, quod concedebatur imperatori bus, cum ante bella non rite indictis, neque cum jure hoste gesta essent: aut hostium nomen humile & non idoneum est, ut servorum piratarumque: aut deditione receptis facta, impulvere (ut dici solet) incedentique victoria evenit. Agell. 5. 6. Ovans nec curru vectus, nec trabea, nec toga picta indutus, pedibus urbem exercitu præcunte ingreditur, ut Dionysius 5. 46. [qui pedestrem triumphum vocat ovationem, extremo lib. 9.] testatur. itidem Masurius Sabinus apud Agell. dicto loco prodidit: sequentibus eos non militibus, sed universo senatu. Myrtea coronatos fuisse, & vios, qui ovantes ingrederentur, ut qui triumphantes venerentur, laurea? Plutarchus Marcello cap. 35. & 36. Pliinius 15. 29. Festus, Agell. testantur. Ovationem Plut. ab ove, quam immo-

labant ovantes, ut triumphantes in Capitolio tauro: dictam contendit. Strabonius. Dionysius 5. 46. à Græco ἐὸς ὄσας vocabulo ob obsequitatem corrupto deducit.

Contentus] Sic Aquilius apud Cicer. de orat. 2. 47. Crassus apud Plin. 15. 22. ex hac causa ovantes urbem ingressi. Freinsb.

Regium in morem fronte redimita] Hoc est diademate revincta, Diadema enim erat fascia candida, qua frontem circumligabant. Hinc illud Favonii in Pompejum apud Val. Max. 6. 2. 7. Vide omnino Lipsium ad Tac. 6. 37. & Brissonium de regno Pers. lib. 1. pag. 35. Idem.

Ab hoc quoque] Diodorus lib. 36. tribuit hæc Salvio cuidam, cui Athenio, velut imperator regi audiens fuerit. Idem.

Aquilius] Quem ab egregia fortitudine laudat Diodorus sine narrationis hujus, & Athenionem sua manu confe-

hostem commeatibus ad extrema compulit: communitasque copias armis, fame facile delevit: dedidissentque se, nisi suppliciorum metu voluntariam mortem prætulissent. Ac ne de duce quidem supplicium exigi potuit, quamvis in manus venerit. quippe dum circa adprehendendum cum multitudo contendit, interrixantium manus præda lacerata est.

## CAP. XX.

## Bellum Spartacium.

**N**imvero servilium armorum dedecus feras. nam & ipsi per fortunam in omnia obnoxii, tamen quasi secundum hominum genus sunt: & in bona libertatis nostræ adoptantur. Bellum Spartaco duce concitatum, quo nomine appellem, nescio. quippe quum servi militaverint, gladiatores imperaverint: illi infimæ sortis homines: hi pesti-

confecisse scribit. Hic est, quem mox Mithridates cepit, necavitque; de quo Athenæus s. 14. Manius Aquilius qui consulatum gessit, & de Sicilia triumphavit. Qui capiendus de minori triumpho, hoc est, ovatione, quod etiam Casaubonus monuit. Idem.

**Q**uasi secundum genus hominum sunt. Sic ille apud Juven. 6. 221. O demens, ita servus homo est? Homines autem eos esse, parumque discriminis inter eos & dominos, pulchre ostendit Seneca epist. 47. Freinsb.

Gladiatores. Gladiatores servi erant, qui in ludo suo à Lanitis pugnandi artem edocebantur, ut cum munus gladiatorum a magistralu ipsi populo ad voluptatem præberetur, tunc illi à mu-

Interrixantium manus præda lacerata est.] Sic infra 3. 21. Babius inter manus laceratus est. Simile in Pausania mihi lectum memini, de quodam formoso puero, duarum partium manibus, dum utrinque trahitur, distracto. Freinsbemi.

neratoribus redempti in arena depugnarent, ea quidem necessitate, ut vel adversarium victum conficerent, vel ipsi conficerentur, idque toties donec vel ætate emerit, vel sapius victores libertate & missione digni haberentur, & rude à prætorè donarentur, qua accepta ab omni depugnandi necessitate liberabântur. Causam tam atrocis & funesti spectaculi populo dati Julius Capitolinus duplicem refert: unam, quod

pestimam auxere ludibrio calamitatem. Spartacus, Crixus, Oenomaus, effracto Lentuli ludo, cum triginta haud amplius ejusdem fortunæ viris eruperunt Capua;

quod ita hanc devotionem contra hostes factam putarent, ut civium sanguine litato, specie pugnarum Fortunam satiarent: alteram & verisimiliorum, ut tam cruento spectaculo cives Romanos assuefacerent, ne in proelio similes casus exhorrescerent. Stad.

Hi pestimam.] Quid si legas: illi infimæ sortis homines, hi pestimæ, nam &c. & auxere ludibrio calamitatem huc facit, cum enim calamitosissimum sit servire, miserius adhuc est gladiatorem esse: cuius vita, vilisque sanguis, ludicris & spectaculis impenditur. Freinsb.

Lentuli ludo.] Lentulus quidam Barbatus magnam gladiatorum familiam Capua aiebat, qui a quodam Spartaco Thrace persuasi, ut pro sua potius libertate, quam pro spectatorum voluptate dimicarent, effracta custodia, & armis, quæ viatoribus obviis eripuerant, instructi, Vesuvium montem occuparunt. Stad.

Cum triginta haud amplius.] Ita Mss. Vineri ac Pall. ut & v. e. ideoque malui, quam quod hætenus cusi, cum septuaginta: etsi ita plerique scriptorum, immo adhuc illud aut mutarim in haud [obsecutus sum iudicio] ut neget, amplius fuisse quam xxx. quem numerum invenies quoque apud Cicer. lib. 6. epist. ad Atticum. Gruterus. Ciceronis ad Atticum 6. 2. verba sunt hæc: non amplius, inquis, quinquaginta. Cum Spartaco nimis multi primo fuerunt. De numero porro isto varietatem auctorum proponere libet: LXXIX. fuisse Plutarchus Crasso cap. 14. scribit: Appianus de bel. civ. lib. 1. pag. 423. LXX. Epit. Liv. 95. Vellei. 2. 30. Eutrop. 6. 2. Oros. s. 25. & Frontin. 1. 5. 21. LXXIII. Pacatus Paneg. Theod. cap. 23. indefinite, effracto Cn. Lentuli ludo mir-

millonum agmen emicuit. Idem postea accidit imperante Probo, ut effracto ludo LXXX. gladiatores turbas darent. Zosimus sine primi libri quod extat. Freinsb.

Viris.] Ita Pal. prim. ac tert. nam sec. ludis: quod proclive quidem mutare in ludis; sed an ideo etiam convenit? mihi non videtur. Flori ævo id nomen datum gladiatoribus; etsi negare nolum potuisse invaluisse sæculo sequenti. Haud eis disconvenire nomen rivorum, liquet ex sequentibus, ubi iterum iisdem tribuitur. Gruterus. Sic Plutarcho pastores, qui postea Spartaco aggregati sunt, appellantur παῖδες καὶ ποδοκῆες ἀνδρες. Freinsb. Ἄνδρες vocat qui potius ἀνδράποδοι erant. Optime vetus liber, cum ejusdem fortunæ ludis. facilis emendatio: ludis enim lego. Ludii vulgo sunt saltatores: Ovidius: Ludii æquatam ter pede pulsat bunnum. Sed ludii etiam sunt gladiatores à ludo dicti, ut manifeste indicat hic locus. Trebellius Pollio Claudio. At ego scio sepius inter gladiatores bonis propugnatoribus hoc nomen adpositum, habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomine in indice ludorum. ita vulgo legitur pessime. nam scribendū, in indice ludiorū. Ludii sunt gladiatores. ille libellus munerarius nominæ continet gladiatorum. In eo catalogo gladiatorem nomine Aureolum conscriptum fuisse scribit Pollio. nec dissimulandum est, nos ludiorum reperisse in optimis membranarum Palatinarum quas studiose contulimus. Glossæ veteres, Lanista, λουδδιζρόφθ, μονομαχίαζρόφθ, επισπίλης, μονομάχων. legendum λουδδιζρόφθ. Ludius enim idem est quod μονομάχθ. inde

Capua; servisque ad vexillum & ad auxilium vocatis, quum statim decem amplius millia cõissent hominum, non modo effugisse contenti, jam vindicari volebant. Prima velut harena viris mons Vesuvius placuit. Ibi quum obsiderentur à Clodio Glabro, per fauces cavi montis vitigineis delapsi vinculis, adimas ejus descendere radices: & exitu invio, nihil tale opinantis ducis subito impetu castra rapuere. Inde alia castra, deinceps Coram, totamque pervagantur Campaniam. nec villarum atque vicorum vastatione contenti, Nolam atque Nuceriam, Thurios atque Metapontum terribili strage populantur. Affluentibus in diem copiis, quum jam esset justus exercitus;

è vi-

λουδολόφου dicitur lanista qui ludios id est μονομάχους instituit. Ludii igitur sunt gladiatores. quod nunc primi nos docemus. Salmastius.

Clodio Glabro. ] Claudium Pulchrum legatum habet Epitom. 95. κλάδιον Plutarch. l. xxiv. gladiatorum eo, quo noster Florus refert, stratagemate a Clodii obsessione elapsos, eoque aliquot ejus cohortes nec opinantes aggressos, loco pepulisse, testatur etiam Frontin. lib. i. cap. v. Stad.

Exitu invio ] Pall. tres exitu in uno, aut imo, quod facile mutetur in exitu invio, sed aliud quid later, quod conjectura non adsequetur; certe non mea, qui Davus sum, non Oedipus. Grotius. Salmastius tamen valde probabiliter corrigit, non uno; nisi forte obster, quod videatur hæc lectio dicere, dispersos fuisse multos in exitus, ut putari queat, non potuisse tam facile rursus conjungi, multo minus propter paucitatē pluribus ex partibus castra aggredi. Forte non absurdum fuerit legere; exitu in ipso ut referatur ad ca-

stra in ipso exitu opposita. malim exitu in imo, nisi modo præcessisset id vocis. Freinsh.

Castra. Deinceps ] Videtur utique non expers injuriæ locus. Ad sensum rectius constituendum hæc scriptura profecerit: Inde alia castra, deinceps Coram. totamque pervagati Campaniam, nec vil. &c. Freinsh.

Inde alia castra. ] I. Varinium Glabrum prætorem Spartacus magno prælio vicit, ejusque equo ornamentis, & lictoribus potitus est. Furium ejus legatum cum duobus millibus profligavit; Collinium alterum ejus legatum apud Salinas lavantem ex inopinato fere oppressit, ejusque impedimentis & castris potitus, fugientemque exercitum assecutus, occiso Cosconio fudit fugavitque. Hic jam celebrior factus Spartacus, affluente undique turba, exercitum LXXM. collegit. Stad.

Thurios. ] Thurii urbs Locrorum in sinu Tarentino ad Sibarim fluvium, antea etiam Sibaris dicta, ubi Herodotus

è viminibus pecudumque tegumentis inconditos sibi clypeos: è ferro ergastulorum recocto, gladios ac tela fecerunt. Ac ne quod decus justo deesset exercitui, domitis obviiis gregibus paratur equitatus. captaque de prætoribus insignia & fasces ad ducem detulere. Nec abnuvit ille de stipendiario Thrace miles, de milite desertor, inde latro, deinde in honore virum gladiator. qui defunctorum quoque prælio ducum funera imperatoris celebravit exequiis, captivosque circa rogum jusit armis depugnare: quasi plane expiaturus omne præteritum de decus, si de gladiatore munerator fuisset. Inde jam consulares quoque aggressus, in Apennino Lentuli exercitum percecudit: apud Mutinam Caii Casii castra delevit. Quibus elatus victoriis, de invadenda urbe Romana (quod satis est turpitudini nostræ) deliberavit. Tandem etiam totis imperii

tus historiam suam scripsit, & mortuus sepulsusque est. Thucyd. lib. 5. Idem.

E viminibus ] Nota consiciendorum scutorum ratio, & urgente necessitate sæpius usurpata. Cæsar. de bel. Gall. 2. 33. de Arvaticis: Scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, que subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant. ad talia scuta tyrones exercebantur apud antiquos. De Spartaco loquitur Frontinus l. 7. 6. Sallustius etiam videtur accipiendus H. 4. 3. Hincorum pergnari, (sic enim legendum est; non perignari) & soliti neclere ex viminibus vasa agrestia; ibi tum quod insipia scutorum fuerat, ad eam artem se quisque in formam pærmæ equestris armabat. Freinsh.

Circa rogum. ] Crixus Spartaci socius ad Garganum montem à Gellio consule una cum xxx. M. fugitivis oppressus & occisus est, atque manibus

ejus parentavit Spartacus, trecentosque ex Gellii & Lentuli cõss. exercitu captivos Crixo inferias misit. Stad.

Munerator. ] Muneratores & munerarii dicebantur qui ludos gladiatorios populo, empris à Lanista gladiatoribus suo sumtu, exhibebant. Idem.

Lentuli, &c. ] Cum Spartacus per Apenninum in Galliam properaret, Gellius consul præoccupato itinere eum exclusit, Lentulus consul à tergo ejus vestigiis inhærebat: sed ille singulos per occasionem aggressus repulit, quibus trepide fugientibus, eorum castris cum omnibus simul impedimentis positus est. Idem.

Caii Casii. ] C. Cassius Galliæ Cisalpinæ prætor circa Padum cum decem millium exercitu erat, qui Spartaco obviam profectus, ac prælio commisso fugatus, & ægre elapsus est. Idem.

imperii viribus contra mirmillonem consurgitur : pudoremque Romanum Licinius Crassus asseruit. à quo pulsus fugatique (pudet dicere) hostes, in extrema Italia refugerunt. Ibi circa Bruttium angulum clu- si, quum fugam in Siciliam pararent, neque navigia suppetere, ratesque ex cratibus, & dolia connexa virgultis in rapidissimo freto frustra experirentur, tandem eruptione facta, dignam viris obire mortem: & quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est. Spartacus ipse in primo agmine fortissime dimicans, quasi imperator occisus est.

## CAP. XXI.

## Bellum civile Marianum.

**H**oc deerat unum populi Romani malis, jam ut ipse intra se parricidiale bellum domi stringeret; & in urbe media ac foro, quasi

harena,

Contra mirmillonem] Species pro genere. Nec enim mirmillo fuit ille Spartacus, Thrax genere, & ut Sidorius modo dicebat, sic armatus, propria Thracibus ornatura. vide Lips. Saturn. 2. 9. & 13. Freinsb. Mirmillones & Retiarii gladiatores erant, qui inter se in arena committebantur. Retiarii dicti erant, quia reti varie suos adversarios implicabant & capiebant. Stad.

Bruttium angulum] Sic. supra 2. 6. Nero in ultimo Italiae angulum (iisdem Bruttii erant) submovet Annibalem. Livius etiam sine libri 27. extremum Italiae angulum Bruttis dixit. Freinsb. Bruttium ἀγγυλίον scriptum. in veteribus Græcis βετίλιος & βετίλιος. Sic & Brindisium non raro occurrit in

scriptis libris. est Græcis βεβδενον. mox clausi Nazarianus, non ocellus: & melius. clausi pro clausi. Bruttium angulum hic vocat Florus. Plutarchus, τὸν ἀγγυλίον χερρόνεον. Salmf.

Sine missione] Hoc est ad necem usque. Missio enim erat gratia deferendi pugnam, quæ dabatur quandoque victis gladiatoribus: cum autem placeret, ut eousque pugnaretur, quoad alteruter occumberet. dicebatur pugna sine missione. Vide Lipsium Saturn. 2. 21. qui sicut in aliis multis, ita hic quoque loci, erit instar omnium. Hoc addo, quæ reperiuntur apud Apulei. lib. 2. videri ipsissima verba, gladiatoribus occini solita, ab iis forte, à quibus producebantur: occide mortuus, pugna hæc non habet missionem. Freinsb.

Marius

harena, cives cum civibus suis, gladiatorio more concurrerent. Equiore animo utcumque ferrem, si plebei duces; aut si nobiles, mali saltem, ducatum sceleri præbissent: jam vero, pro facinus, qui viri! qui imperatores! decora & ornamenta sæculi sui Marius, & Sylla, pessimo facinori suam etiam dignitatem præbuerunt. Tribus, ut sic dixerim, sideribus agitatum est; primo & levi, & modico, tumultu magis quam bello, intra ipsos armorum duces subsistente sevitia: mox atrocius, & cruentius, per totius viscera senatus grassante victoria. ultimum non civicam modo, sed hostilem quoque rabiem supergressum est; quum armorum furor totius Italiae viribus

**M**arius & Sylla.] L. Cornelius Sulla natus familia nobili, sed jam majorum ignavia extincta ( sextus enim erat a Cornelio Rufino, qui bello Pyrrhi inter celeberrimos duces fuerat) diu ita se gessit, ut nullam petendi consulatus rationem habere videretur, deinde post præturam bello illustratus Italico, & ante in Gallia & Numidia legatione sub Mario; qua eminentissimos hostium duces fuderat, ex successu animum sumpsit, petensque consulatum, pæne omnium civium suffragiis anno ætatis undequinquagesimo consul creatus, A siamque & Mithradaticum bellum forsitur est. C. Marius incredibili ardens ejus belli gerendi cupiditate, P. Sulpicium tribunum pl. impulit, ut lege lata Sulla (qui adhuc in Campania socialis belli reliquias persequeretur) imperium abrogaret, atque in se transferret. Quam legem cum P. Sulpicium Q. Pompeio consulè & Sullæ collega adversante ita tulisset, ut filium etiam consulis Sullæ generum occideret: Sulla irritatus Romam exercitum deduxit, & inimi-

cis prælio superatis, Urbem ingressus, arcem Capitolinam tamquam victor insedit, atque ex Senatu consulto XII. inimicos suos hostes judicatos Urbe expulit, inter quos P. Sulpicium legislator, servi indicio extractus è villa occisus est. Sulla deinceps statum civitatis ex sua sententia ordinavit. Stad.

Impatiens injurie Sylla legiones circumegit, dilatoque Mithradate, Equilina Collinaque porta geminum agmen urbi infudit. Diluit Mithradatem Pompejus, ut Marius & quotquot illi addicti erant prius opprimeret. quam sibi nocere possent. Sylla (nisi quod nulla justa causa cuicumque esse potest contra patriam arma capiendi, Cic. Phil. & bono vincit facius est quam malo more injuriam Sal. in Jugurth. vincere) si dignitati suæ deesse nolebat, debuit omnino differre Mithradatem. Quid enim, si in decretam sibi provinciam profectus fuisset, egisset aliud quam inimico suo Mario titulos querere, & suo ipse labore, eum quem ex Sulpicia lege sperare aut spondere sibi poterat, illi parare triumphum? Zevæc.

Sudei

viribus niteretur, consque odiis sevientibus, donec deessent, qui occiderentur. Ininitum & caussa belli, inexplabilis honorum Marii fames, dum decretam Syllæ provinciam Sulpicia lege sollicitat. Sed impatiens injuriæ statim Sylla legiones circumegit: dilatoque Mithridate, Esquilina, Collinaque porta geminum agmen Urbis infudit. Unde quum consulo Sulpicius, & Albinovanus objecissent catervis, sudæque & saxa undique à manibus ac tela jacerentur; ipse quoque jaculatus incendio viam fecit, arcemque Capitolii, quæ Pænos quoque, Gallos etiam Senones evaserat, quasi captivam victor insedit. Tum ex consulo senatus adversariis hostibus judicatis, in præsentem tribunum, aliosque diversæ factionis, jure servitium est. Marium servilis fuga eximit; immo fortuna alteri bello reservavit. Cornelio Cinna, Cnæo Octavio consulibus, male obrutum resurrexit incendium:

*Sudæ & saxa*] Tela tumultuaria, quæ mihi quoque conjunxisse videtur Virg. in illis, *Æn.* 1. 154.

*Lamque faces & saxa volant,* — Videtur inquam scripsisse, *Lamque sudæ*. nam quomodo illud alterum explicari possit, nondum video. Sic idem *Æn.* 7. 506. ubi iterum tumultum depingit: *hic torre armatus obusto, Stipitis hic gravidis nodis &c.* Sic Statius Thebaid. 5. 352. *saxa sudæque*. Freinsh.

*Marium servilis fuga eximit*] Marius pater fuga elapsus, cum equites Sullani ipsam insequerentur, ut vitæ suæ confuleret, se in Minturnensium paludes demerferat: inde equitum strepitu territus emergens deprehensus, & Minturnas abreptus est. Minturnenses ejus dignitatem reveriti, ipsum dimittunt, & officii fugientem prosequuntur.

tur: ille se in lembum piscatorium conjicit, & inter navigandum amicos aliquot colligens Meningem petit, cum hinc in Africam vela converterisset, naufragus & exsul ab ea provincia, ut hostis populi Romani, à prætorè Sextilio (dum tantus imperator in ruinis Carthaginis fortunæ telis oppressus jaceret) prohibitus est. Ibi filium à Numidiæ regis insidiis una cum sociis elapsus recipit, & in Cercinam insulam navigat. Cum ibidem intellexisset Cinnam, qui suarum partium erat, & Cn. Octavium consules novis seditionibus turbare rempublicam, Cinnamque, consulatu ipsi per vim abrogato, ejectum, Italiam petit, & Cinna se conjungit, & reditu suo Senatum cunctum pæne delevit. *Stad.*

Ab

dium: & quidem ab ipsorum discordia, quum derevocandis, quos senatus hostes judicaverat, ad populum referretur. Cincta quidem gladiis concione, sed vincentibus quibus pax & quies potior, profugus patria sua Cinna confugit ad partes. Redit ab Africa Marius, clade major. siquidem carcer, catena, fuga, exilium, horrificaverant dignitatem. Itaque ad nomen tanti viri late concurritur: servitia (pro nefas!) & ergastula armantur: & facile invenit exercitum miser imperator. Itaque vi patriam reposcens, unde vi fuerat expulsus, poterat videri jure agere, nisi causam suam servitia corrumpere. Sed quum diis hominibusque infestus rediret, statim primo impetu cliens & alumna Urbis Ostia, nefanda strage diripitur.

*Ab ipsorum discordia.*] Alteram causam hujus seditionis invenio, quod cum civitas aliquot Italicis ita data esset, ut non in xxxv. tribus veteres novi cives conferrentur, sed in novas alias decem conferberentur, ne novorum civium multitudo ac potentia, veterum in comitibus auctoritatem labefactaret: Cinna tamen, ut ab Italicis gratiam iniret, ut se omnes in xxxv. tribus ditributurum esse professus est: quo nomine ingentem ex tota Italia multitudinem Romam accivit: cum autem hanc rogationem per vim perferre vellet, a Cn. Octavio collega, qui veterum civium causam susceperat, per seditionem pulsus est, & cum ad sollicitandas Italicas civitates circumiret, ex Senatusconsulto magistratu abdicatus est. In ejus locum L. Cornelius Merula flamen dialis factus, qui capta urbe à Cinna & Mario, cum se consulatu abdicasset, incisus venis, sponte vitam sinivit: nec alius flamen dialis intra annos duos & septuaginta

suffectus est, teste Tacito libro quarto. *Idem.*

*Horrificaverant*] Pœstra autem est hujus verbi hoc loco notio, *horrificaverant dignitatem* est, quasi dixisset, admirabiliorem fecerant Marium, & quodam quasi sacro horrore auxerant, reverentiamque conciliarant, quod cum tot periculis appetitus esset, non poterat extingui, horror enim ad res factas refertur, & venerationem. Virgil. *Æn.* 1. 169. — *horrentique atrum nemus imminet umbra.* Lucan. 3. 411. *Arboribus suis horror inest.* Diversa sunt ab his quæ apud Tacit. 1. 4. 8. & H. 1. 21. 4. de exilio efferatis leguntur. *Freinsh.*

*Causam suam*] Animadvertendum est, bonam quoque comœdiam inde center agendo corrumpi. Plautus Bacchid. 2. 2.

*Etiam Epidicum, quam ego fabulata æque ac me ipsum amo, Nullam æque in vitis specto, cum agit Pello.* *Idem.*

Octavi

*tur. mox in urbem quadruplici agmine intratur. divisere copias Cinna, Marius, Carbo, Sertorius. Hic postquam manus omnis Octavii depulsa Ianiculo est, statim ad principum eadem signo dato, aliquanto se- vius, quam aut in Punica, aut in Cimbrica urbe, se- vitur. Octavii consulis caput pro Rostris exponitur; Antonii consularis in Marii ipsius mensis: Caesar, & Fimbria in penetibus domorum suarum trucidan- tur; Crassi pater & filius in mutuo alter alterius aspectu: Babium atque Numitorium per medium forum unci traxere carnificum: Catulus se ignis*

*haustu*

*Octavii*] Vide Appian. pag. 393. Cuius necem præcessit prodigium, quod referunt Val. Max. 1.6. 10. Obsequens cap. 117. *Idem.*

*Antonii.* J. M. Antonius orator consul fuit cum A. Postumio Albino anno DCCLV. Censor cum L. Flacco anno DCCLVI. hunc Cicero ut eloquentissimum, prudentissimum, sapientissimumque virum ubique commendat, atque is eloquentiæ gloria omnes honores populi suffragiis assecutus est. Cum autem Mariani & Cinna milites, ut ab iis percussores ad M. Antonium immissi in ejus cubiculum intrumperent, aliquamdiu sua eloquentia ipsorum mucrones in se distractos cohibuit: sed à superveniente Anno caput ejus precipitum est, quod suis manibus inter epulas Marius per summam animi ac verborum insolentiam aliquam diu tenuit, & deinde in rostris exponi jussit. *Stad.*

*Caesar & Fimbria.*] Fimbrias fuisse Marianarum partium ex historiis constat. quis hic igitur Fimbria à Mariam occisus? incertant me, ut ita dicam, libri variantes. an igitur legendum? *Caesar à Fimbria in penetibus domorum suarum trucidatur*, ita legam lu-

bens. Si modo aliquis michi ex historia obluceret. *Salmus.* Locus varie vexatus, cui tamen nemo melius (meo quidem animo) subvenit, quam Andreas Schottus in observ. hitor. 3. 34. qui legendum censet; *Cæsares à Cinna*, aut; *Cæsares fratres*, juvante etiam Cicerone de orat. 3. 3. & Tusc. quest. 5. 19. Idem Augustinum Civit. 3. 27. ita corrigit. *Freinsb.* L. & C. Cæsares fratres occisos esse Appianus refert. Atiliumque Serranum Lucii Germanum: item C. Numitorium, & M. Babium in via obvios esse trucidatos. P. Crassus in fuga filium interemit, ne veniret vivus in potestatem persequentium, quos ne ipse quidem effugere potuit. *Stad.*

*Catulus.*] Qui cum non incolumitatem, sed exilium deprecaretur, læva illa Marii voce, *moriturus*, finire vitam coactus est. vide Cic. Tuscult. quest. 5. 19. & de orat. 3. 3. *Conclufit autem si loco. nuper calce avenaque perpolitio, illa- toque igni qui vim odoris excitaret, simul exitiali hausto spiritu, simul inluso suo, mortem magis voto quam arbitrio inimicorum obiiit.* Vellei 2. 22. Val. Max. 9. 12. 4. Appian. pag. 395. Similem huic vitæ exitum fortitus, unus, quod sciam legitur

*haustu ludibrio hostium exemit: Merula flamen Dialis in Capitolio Iovis ipsius oculos venarum cruore resperfit: Ancharius ipso vidente Mario confossus est, quia fatalem illam scilicet manum non*

*por-*

*egitur Jovianus Imp. apud Victorem in Epitome. Freinsb.*

*Merula.]* Incisus venis, supersusque altaribus sanguine, quos sepe pro salute recipi. flamen Dialis precatus erat deos, eos in execrationem Cinna partiumque ejus tum precatus, optime de reipub. merito spiritum reddidit. Vellei. 2. 22. 3. Val. Max. addit, factum hoc in Iovis sacratio. Porro in nece Merula: hoc etiam notat Appianus pag. 394. antequam venas le- caret, scripsisse in tabella se depositio apice id fecisse, quod nefas esset flaminem apicatum mori. Notandum præterea, *duobus & septuaginta annis post hujus eadem neminem flaminem sus- scitum*, Tacit. 3. 58. *Freinsb.*

*Ancharius ipso vidente Mario confos- sus est, quia fatalem illam scilicet manum non porregerat salutanti.*] Hoc saltem (si non multa alia) ex natalium fordibus superfluum Marto, quod injuriam existimavit non satis officiose salutanti sibi responderi: utrum fortassis miser Ancharius tribus tantum digitis pileum tetigisset, nescirem; nisi ex historia didicissem eo usos non fuisse veteres Romanos. Quotidie interim vide- mus vilissimos terræ filios cum pri- mum aliqua condicione aucti sunt, tantum saltum induere, ut multum suo honori decedere existimant, si vel non commode satis salutentur, vel nutus etiam eorum minus quam ex eorum voto observentur; quia enim contemp- tu digni sunt, contemni semper se putant. Tales, de Sejano agens, his verbis egregie describit Dio l. 58. *Is homo superbissimus studiose ab omnibus celebratur, salutabatur, deducebatur. Omnia enim omnium & Procerum maxime ver-*

*ba accurate observabat & nutus. Qui propria potentia nituntur, parum talia curant, & omnia vitio non vertunt, quia enim supra contentum sunt, contemni se non facile credunt. At fortuna non meritorum filii, quia aliter commendari se posse desperant; imaginaria ista & vana studiose requirunt, & ni obtineant, inascentur: Præstat sepe Imperatores offendere quam tales, remittunt enim illi libentius si quid peccatum sit: hi ne imbecilles aut riles habeantur, plenis fatum velis feruntur ad ultionem. Zevectotius. Accedentem se ac salutantem Marius occidi jussit, secundum Appian. pag. 394. Plur. Mario cap. 72. addit eam postea fuisse testem Bardiarorum (sic vocat servos qui ad Marium transfugerant) ut quem ille non resalutaret, interficerent. Hinc Seneca de benef. 5. 16. *trucidationis non tantum dedit signum, sed ipse signum fuit.* ut recte explicat Lippius. Qui autem illi Bardia sint, non frustra dubitatur, cum ejus nominis ratio non appareat, nec ex Græcia peti possit, à Mario inditum; proinde mihi in mentem venit suspicari corrupte scriptam eam vocem *Βαρδιαισσι*, & reponendum *Μαυριαισσι*, ex more plane Romano. quo servi liberi effecti præferant nomen ejus cujus beneficio civitatem nacti fuerant. sic Sylla X. M. habuit quo *Cornelius* appellavit, apud Appian. pag. 413. nec in servis tantum hoc observatum, sed alii peregrinis quibuscunque. Hinc regnante Claudio multi deferebantur, qui Claudii nomine non uterentur. apud Dion. lib. 60. pag. 778. Exemplum ejus rei in Cæf. de bell. Gall. 1. 3. 47. Cicero in Verrem, & aliis. *Freinsb.**



porrexerat salutanti. Hac tot senatus funera intra calendās & idus Ianuarii mensis, septima illa Marii purpura dedit. Quid futurum fuit, si annum consularis impleffet? Scipione & Norbano Quinto consularibus, tertius ille turbo civilis insanie toto furore detonuuit: quippe quum hinc octo legiones, inde quingenta cohortes starent in armis, & inde ab Asia cum victore exercitu Sylla properaret. Et sane quum tam

Intra Calendās & idus ] Nam Marius decessit. idibus, Ep. Liv. 80. Plur. tamen cap. 80. septimo decimo die defunctum scribit. Appian. pag. 396. primo consulatus septimi mense. Vellei. 2. 23. initio septimi consulatus morbo oppressus decessit. Idem.

Septima illa purpura ] Marius enim primus omnium septies Cos. fuit. auctores qui supra, & Plin. 11. 45. Idem. Intra dies quam inierat tredecim, morbo laterali & phrenesi consumptus est, cum ageret annum septuagesimum. Quarto etiam consulatu suo L. Cinna cum bellum contra Sullam ab Asia victorem revertentem pararet, dum milites suos ut in Dalmatiam traicerent per viam, ut Sullæ venienti occurreret, cogere vult, ob nimiam crudelitatem ab exercitu suo lapidibus Ancone concisus est, Plutarch. ita: Cn. Pompeius, qui postea Magnus appellatus est, juvenis in castra Cinnae venit, a quo cum esset falso crimine notatus, clam fugit: eo nusquam comparante, creditum est eum à Cinna fuisse interemptum, itaque qui veteri Cinnae odio imbuti erant, eum impetu facto occiderunt. Suidas.

Norbano Quinto ] Sic edidi volentibus Pall. o. & q. 1. non eo sensu, quasi quinquies cos. fuerit Norbanus (nec etiam hoc ita extulisset Florus, sed quintum) sed ut intelligatur Norbano prænomen fuisse Quinto, nec obstat

quod alii Caium vocant. non enim ignota est scriptorum in nominibus capitiis, prænominibus cum primis, variatio. Porro nec ista nominum μεταθεσις nova est, sed passim nota, multis etiam notata, inter cognomina quidem, & agnomina, fere meministi ne hujus etiam exempla legere. Freinsb.

Hinc octo legiones, inde quingentae cohortes ] Certum est hoc loco de Marianarum partium copiis agi. nam Sylla cum suis in Asia erat, ut sequitur. Apparet igitur illud in nullis esse pretii: quin legimus atque quingentae cohortes. Plutarch. etiam Mario cap. 51. asserit quadringentas & quinquaginta cohortes habuisse. Porro cum legiones & cohortes opponuntur ut hoc loco, illæ ad cives Romanos, hæ ad socios & auxiliaries referuntur. sic apud Suet. Vesp. 4. 1. 3. additis ad capitis duobus legentibus, octo aliis cohortibus decem. Sic apud Tacitum sæpe. Freinsb.

Sylla properaret ] Sulla compositis transmarinis rebus in Italiam cum XXX millibus armatorum adversus cc. milia & amplius hostium Brundisii expulsi, atque hoc in bello insignem animi fortitudinem ostendit, quod dum per triennium Cinnam, Marianamque partes Italiam obsiderent, ejus uxorem, familiamque vix fuga servatam urbe eiecissent, bona publicassent, atque domum ejus diruissent: tamen sibi frangendum hostem prius, quam inimicos

ferus

cives

ferus in Syllanos Marius fuisset, quanta sævitia opus erat, ut Sylla de Mario vindicaretur? Primum apud Capuam sub amne Vulturno signa concurrunt: & statim Norbani fusus exercitus. statim omnes Scipionis copie ostentata spe pacis, oppressæ. Tum Marius juvenis, & Carbo consules, quasi desperata victoria, ne inulti perirent, in antecessum sanguine senatus

cives ulciscendum illstimaret, nec interea se iis bellum illaturum dissimulaverit Q. Metellus Pius & Cn. Pompeius Strabonis filius cum parte exercitus se ad Sullam contulerunt: missis legatis qui de pace agerent, iisque ab consule C. Norbano violatis, Sulla ad Canusium cum eo signa confert, desiderata sunt ex Norbani exercitu vi. M. ipse Capuam fugit. S. a. l.

Scipionis copie &c. ] L. Scipio alter consul, dum spe pacis a Sulla duceretur, interea per Sullanos ejus exercitus sollicitatus, signa ad Sullam deferretur consule transtulit. Scipio & filius cum intermi possent, incolomes dimissi sunt. L. Scipio fluctibus Reipublicæ expulsus. Matilia: postea in exsilio vixit, & à Sulla inter proscriptos relatius est. S. a. l.

Marius juvenis ] Marius iste, filiusne Marii vii. consulis, an nepos fuerit, ex auctorum ista tradentium varietate mihi incertum est. Appianus fratris Marii filium xxvii. annos natum, cum consul crearetur, fuisse scribit: sed Velleius, Plutarchus, Eutropius, & alii C. Marii filium prodiderunt, quo nomine etiam in Capitolinis tabulis vocatur, fortasse per adoptionem, ipse à Sulla non procul à Præneste ad Sacripontum proelio superatus fugit, & sunc in moenia subductus est. Sulla Præneste circumvallavit, atq; obsidioni Lucrerium Offellam præfecit Marius, cum Prænestini se dedidissent, per cuniculum captabat evadere, septus undique

ab exercitu, mortem sibi conscivit, cum Pontio Telesino fugæ comite stricto utrimque gladio concurrent: quem cum occidisset, ipse faucibus à seruo imperavit, ut se occideret: ejus caput ad Sullam missum pro rostris positum est atque Sulla hac victoria elatus, Felice mense deinceps cognominum voluit. Idem.

Carbo ] Cn. Papirius Carbo cum item consul cum Cinna iv. consule esset, ne quem collegam sibi in Cinnae militibus suis caesi locum fuisset, auspiciis sæpe impeditus fuit, atque ideo solus per totum annum consulatum gessit, proximo deinde anno tertium consul cum Cn. Mario creatus, à Metello Pio non procul à Faventia superatus, copiis suis spoliatus, ipse in Siciliam fugit, ibi à Pompeio captus, cum muliebriter etiam feret, interfectus est. S. a. l.

In antecessum ] Hanc vocum bigam primus reitituit Lipsius ad Senec. epist. 7. in fin. Respicit huc Livius 9. 4. ne desperata venia hostes cæcos in supplicia eorum (equitum Roman.) ageret, perdere prius, quam perire optantes. Hujus tamen sceleris invidiam uni Damaspippo impingere videtur Vellei. 2. 26. & Val. Max. 9. 2. & fortasse Salustii. Car. 51. 28. Appian. pag. 493. Martium Bruto prætoris urbano hoc per literas imperasse scribit. Freinsb.

Sanguine senatus sibi parentabant ] Marii consulis iustu L. Damaspippo, vel, ut scribit Appianus, Brutus, Præ-

natus sibi parentabant. obsessaque curia, sic de senatu quasi de carcere, qui jugularentur, educti. Quid furerum in foro, in circo, in patentibus templis? Nam Quintus Mucius Scævola pontifex Vestales amplexus aras, tantum non eodem igne sepelitur. Lamponius atq; Telesinus Samnitum duces, atrocius Pyrho & Annibale Campaniam Etruriamque populantur: & sub specie partium se vindicant. Apud Sacriportum, Collinamque portam debellatæ omnes hostium copia. Ibi Marius, hic Telesinus oppressi. Nec idem cædi, qui bello finis fuit. Stricti enim & in pace gladii: animadversumque in eos, qui se sponte dederant. Minus est, quod apud Sacriportum, &

tor urbanus cum Senatu vocasset, omnem quæ in Urbe erat nobilitatem trucidavit: inter cæteros P. Antistium Cn. Pompeii focerum, C. Papirium Carbonem consul fratrem, L. Domitium, & Q. Mucium Scævolam Pontificem Maximum, fugientem in ædes Vestæ, in vestibulo occidit, omnium cadavera in Tiberim projecta sunt. *Stadius.*

Educti ] Immo in ipsa curia confossi, si credimus Appiano. *Freinshemius.*

Vestales amplexus aras ] Cicero de orat. 3. 3. & de nat. deorum, temperantia prudentiaque specimen, ante simulacrum deæ Vestæ trucidatum, quod suo etiam sanguine resperferit, eoque æternum illum ignem (quod addit Augustinus) Virginum curæ commissum, prope extinxerit. *Vinctus.*

Nec idem tamen cædium &c. Sallust. ] etiam de Rep. 1. 25. memorat; *Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in prælio belli jure, sed postea supplices per summum scelus interfectos, plebem Romanam in villa publica peroris modo conscissam.* Confer omnino

Tacitum principio historiz quartæ. *Freinshemius.*

Animadversumque in eos qui sponte dederant. ] Quot millia interfecta fuerint, cum auctores variant, non constat, & parum ad rem facit. Hoc notum est, nimis crudelitatis accusari jure Syllam. qui enim in captivos aut deditos sæviunt, perfidi plerumque sunt aut inhumani tyranni. Nisi tale forte crimen intercesserit, quod æquis iudex morte vindicandum censeret. Nemo prudens laudat Ottonem III. qui obsessum in Adriani mole Crescencium fide per Tanaum hominem sibi familiarissimum data se deditum, necavit suspensio. Certe hodie illa plerumque bellandi ratio est, ut, etiam qui nullas stipulati condiciones se dant, mortem tamen plerumque evadant. Et hoc Christiana pietas suadet servari, placet mihi votum Lucani.

vincat, quicumque necesse

Non putat in victos særum distringere ferrum. *(tulerunt)*

Quique suos cives quod signa adversa Non credit fecisse nefas

sed

apud Collinam portam septuaginta amplius millia Sylla concidit. bellum erat. Quatuor millia deditorum inermium civium in villa publica interfici jussit. Isti tot in pace, num plures sunt? quis autem illos potest computare, quos in Urbe passim, quisquis voluit, occidit? donec admonente Furfidio, Vivere aliquos debere, ut essent quibus imperarent; proposita est ingens illa tabula; & ex ipso Equestris ordinis flore ac senatus, duo millia electi, qui mori juberentur. novi generis edictum. Piget post hæc referre, ludibrio

Sed quam pauca in bellis civilibus moderationis istius occurrunt exempla! Teste Cicerone *famil. epist. lib. 4. epist. 9.* victoria etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferocios impotencioresque reddit: ut etsi naturales non sint, necessitate esse cogantur. Duces enim accendendo civili bello acres, temperandæ victoriæ impares sunt. *Tacit. hist. lib. 3. Zevecorius.*

Quatuor millia ] Suatum agunt historici, cum in nominando aut numerando discrepant, nil igitur mirum hoc quoque loco exempli sui tenaces fuisse. Consentiant autem soli omnium cum nostro Dionysius §. 87. & Strabo, Orof. minuit numerum, III. M. fuisse dicens, reliqui augent; & VI. M. quidem habet Plut. Sylla cap. 60. VII. M. Seneca de element. 1. 12. 3. Firmicus lib. 1. cap. 3. Augustinus VIII. M. epit. Liv. 88. & Appian. pag. 407. IX. M. Auctor. de vir. illustr. Alii per legiones componunt, & Panegyristes quidem unam numerat: duas Seneca de benef. 1. 6. 4. IV. autem Val. Max. 9. 2. 1. numero immane aucto. *Idem.*

In villa publica. ] Villa publica domus amplissima erat in campo Martio, in quo hostium legati, quibus in Urbe hospitium non concedebatur, recipiebantur, & de publico alebantur. vii.

millia peditum Sullæ jussu in ea jugulata esse D. Augustinus scribit. Valer. Max. quatuor legiones in villa publica fuisse trucidatas numerat, Liv. 8. millia Plutarch. vi. millia. *Stadius.*

Ingens illa tabula ] Non potuit non esse magna, quæ duum millium Rom. nomina contineret. Eundem autem numerum habet Augustinus. Appian. civ. 1. pag. 409. XL. senatores & 600. equites. Val. Max. de eodem *IV. M. & DCC. divæ proserpionis edicto jugulator, in tabulas publicas retulit.* Vellei. 2. 28. 3. *Primus ille & utinam ultimus, exemplum proserpionis invenit.* Viner. minor fuit illa triumviralis, quæ Ciceronem rapuit; de qua infra 4. 6.

Novi generis edictum. ] Sulla debellatis inimicis, cum Urbem per suos milites occupasset, proserpionis calamitosissima inventor fuit, qua præmium percussoribus proserpionis duo talenta constituit, latentiumque indicibus, & pœnam eandem abditos calanibus interminabat. Senatores primum octoginta, equites MDC. proserpisse, & omnium proserpitorum filios honorum jure lege lata privavit, aditumque iis in Senatum obstruxit, ac ut suam tyrannidem maxima potestate confirmaret, se Dictatorem perpetuum dicit per L. Flaccum interregem curavit;

*ludibrio habitata fata Carbonis, fata Sorani Prætoris, atque Venuleii: Babium sine ferro, ritu ferarum, inter manus laniatum: Marium ducis ipsius fratrem apud Catuli sepulchrum, oculis, manibus, cruribus, que desossis, servatum aliquandiu, ut per singula membra moreretur. Positis singulorum hominum fere pænis, municipia Italiæ splendidissima, sub hasta venerunt, Spol. tium, Interamnium, Præneste, Florentia. Nam Sulmonem, vetus oppidum socium atq.*

vit: atque cum per annos tres multa hominum millia morte, multa, atque omni contumeliarum & injuriæ genere acerbissime vexasset, Italiam & totam Rempubl. rerum novarum studio perturbasset, demisso à se publico præsidio, palam in foro dixit, se omnium à se gestarum rerum paratum esse rationem reddere, ipse proximo à Dictatura abdicata anno expeditarij morbo periit annos natus sexaginta, magnus ejus funcrî honos habitus est, atque ipse in campo Martio, frustra repugnante Lepido consule, sepultus est. *Stadius.*

*Marium ducis ipsius fratrem*] *M. Marius Gratidianus fuit, ut patet ex Cicer. de petit. consul. cap. 3. Seneca de ira 3. 18. Cujus autem Marii, senioris ne an juvenis frater fuerit, ambigitur, puto fuisse junioris fratrem; tam ex verbis auctoris, quam aliis argumentis, potuit autem hoc modo factus esse frater ipsius, ut quidem Marii septies eos, frater fultulerit Marium invenem, deinde Gratidium illum de quo jam sermo est, in adoptionem acceperit, suum autem filium fratri adoptandum dederit. quod postremum utique vel inde satis apparet, quod omnibus præter Appianum auctoribus, Marius junior, celebris istius Marii filius vocetur; ille fratris ejus filius, quod hac*

ratione utrumque verum sit. Porro ne quis moveatur eo quod ille Marii majoris frater habuerit naturales liberos, eoque non putet quandam alienæ familiæ adoptarum fuisse, novum id Romano more non esse dicitur ex l. 17. §. 3. de adopt. & illustri exemplo Claudii, qui Britannico ex se genito, fratrem Neronem adoptione junxit. Tacitus, Suetonius, Dio, alii. *Freinsb.*

*Oculis, manibus, cruribusque desossis*] Hanc crudelitatem passim memorant & detestantur. Inprimis Lucanus 2. 174, cui persimilis est illa, quam in Hannonem civem suum exercuerunt Carthaginenses, nam ita Justinus 21. 4. *vixis cæsus, effossis oculis, & manibus cruribusque fractis velut à singulis membris paræ exigebatur, occidit.* Idem.

*Municipia Italiæ splendidissima sub hasta venerunt*] Tanquam hostilia, & bello capta; nam etiam urbes ut cetera bello capta vendebantur. Hujus generis est quod Plinius 4. 20. scribit, *Æmilium Paulum uno die LXXII. Macedonicæ urbes discrepans vendidisse.* Sic Vespasiani totam Judæam vendiderunt, auctoribus Josepho de bell. Jud. 7. 26. & Zonara sub finem tomî primi. *Sulmonem &c.*] Qui totam hanc periodum leget, seriem ejus male connectam, hiulcam, & *ὀψυσται* nullo negotio

*amicum (facinus indignum!) nondum expugnatum, ut obsides jure belli, & modo morte damnati, duci jubentur: sic damnatam civitatem jussit Sylla deleri.*

## CAP. XXII.

## Bellum Sertorianum.

**B**ellum Sertorianum quid aliud, quam Syllanæ proscriptionis hereditas fuit? hostile potius, an civile dixerim, nescio: quippe quod Lusitani Celtiberique Romano gesserint duce. *Exul & profugus feralis illius tabulæ, vir summa*

gotio deprehendet; cui si ordinem suum, *ὀψυσται*, reddere voles, ita debetis scribere; nam Sulmonem (vetus oppidum socium atque amicum,) nondum expugnato, ut obsides jure belli, & modo morte damnati duci jubentur, partim ingenio, partim ex veteris scripturæ vetitigis hanc lætationem eruiamus. *Salmassius.* Ut ut sit, sensus certe est, delectum oppidum; non obsides necatos; ut videatur Florus comparasse Sulmonem hanc cum obsidibus, qui si fidem fallant eorum cives, occidi solent, ut videatur propior conjectura, si lega-

mus; jam Sulmonem vet. opp. sic atque amicum, (facinus indignum) nondum expugnatum, ut obsides rebellium odio, mortis (hoc enim æque bonum quam morte, immo melius) damnati duci jubentur: sic &c. *Freinsb.*

*Sic damnatam civitatem jussit Sylla deleri*] V. e. sed damnatam: ego istam periodum habuerim pro spuria. *Græterus.* Videtur tamen necessaria, & ad hoc factum respicere Plin. 3. 5. ubi Sulmonem hanc inter delctas Latii urbes recenset. Diversa ab hac est Sulmo Nafricanæ patriæ. *Freinsb.*

**S**ertorianum.] *Q.* Sertorius desperatis Marianorum rebus in Hispaniam ulteriorem, quam prætor fortiter erat, profectus est. C. Annius à Sulla Dictatore in Hispaniam missus, Sertorius primum Carthaginem novam, inde in Mauritaniam compulsi: post cum eo cedente in Pityusam insulam navali prælio decertavit. Sertorius tempestate ad Gades delatus, voluntatem cepit navigandi ad insulas fortunatas, quæ in Atlantico Oceano extremæ versus occidentem credebantur: sed bello Mauritanico, quo Cilices

piratæ Mauritaniam regem dare vellent, avocatus est; & inde victor in Lusitaniam reversus, eam ad bellum impulsi, atque armavit, & ut multorum animos sibi religione quadam astringeret, in castris cervum album tamquam Dianæ donum nutriebat, per quem nocte sibi omnia quæ gererentur, in somniis nunciari simulabatur. *Stad.*

*Hostile potius an civile*] Civile bellum, quod inter se gerunt quos, & ejusdem loci incolæ: hostile quod hostes, id est, peregrini, & diversarum civitatum regionumque homines. Ita enim

*summæ quidem, sed calamitose virtutis, malis suis maria terrasque permiscuit: etiam Africa, & jam Balearibus insulis fortunam expertus missusq; in Oceanum, Fortunatas insulas penetravit: tandem Hispaniam armavit. Viro cum viris facile convenit. Nec alias magis apparuit Hispani militis vigor, quam Romano duce. Quanquam ille non contentus Hispania, ad Mithridatem quoque Ponticosque respexit, regemque classe juvit. Et quid futurum fuit? satis tanto hosti uno imperatore resistere res Romana non potuit. additus Metello Cnæus Pompeius. nec tamen prius*

enim hostes sunt dicti prius, qui postea peregrini, auctore Cicer. off. 1. 12. & Varrone quarto de lingua Latina. Quod autem hostile hoc loco appellatur, idem etiam externum bellum dicitur in fine hujus capituli, & infra 4. 2. 4. Vinetus.

*Missusque in Oceanum, Fortunatas insulas penetravit*] Falsa manifesto scriptura, à quo enim missus, jam sui juris & imperator ipse? Præterea non penetravit insulas Fortunatas, sed medietas est tantum id consilium, non exequutus. testor Sallust. 9. 22. ab Acrono citatum, qui tradit Sertorium victum voluisse fugere ad insulas fortunatas. Testor Plur. Sertor. cap. 13. qui idem voluisse tantum scribit, effecere non potuisse. Quid ergo? scribendum, *missusque in Oceanum, Fortunatasque insulas penetrare.* eo magis, quod illud *Fortunatasque* etiam extat in veter. nostra editione. Freinsch.

*Hispani militis vigor*] Etiam supra 2. 17. dictum est, Hispanos non tam animis viribusque, quam duobus defectos, nihil egregium ausos. Idem.

*Ad Mithridatem quoque respexit*] Cum Mithridate enim foedus junxit: ejus capita in Plutar. Sertor. cap. 40. & Lucull. cap. Idem.

*Et quid futurum fuit?*] Veteres libri ita distinguunt; *Et quid futurum fuit satis tanto hosti.* sed male. alii, *Et quid futurum fuit satis?* etiam male. Salmasius. Mihi videntur excidisse quadam hoc loco: quomodocunque enim componas reliquias istas, parum sani sensus elicias. putem Florum hoc voluisse dicere, quibus verbis id fecerit, & quid futurum fuit, si tanti duces conjungerentur? Mithridates nempe & Sertorius. sic supra 2. 8. 7. *Et quod illud fuisse periculum, si se consiliis ejus rex tradidisset* Freinsch.

*Metello.*] Sulla Dictator consulens Q. Metellum Pium in Hispaniam contra Sertorium misit, qui vel ætatis vel morum vicio nihil præclari cum Sertorio gessit. L. Domitius ejus legatus ab Herculeio quaest. Sertorii victus & occisus. Itidem Manilius proconsul è Gallia in Hispaniam cum tribus legionibus & mille ac quingentis equitibus transgressus infeliciter cum Herculeio pugnavit, castrisque exsutus in oppidum Ilerdam pene solus refugit. Stad.

*Cn. Pompeius.*] Cum Q. Metellus impar adversus Sertorium videretur, visum est Senatui, Cn. Pompejo privato adhuc & equestri extra ordinem im-

prium

*prius bello, quam suorum scelere & insidiis, extinctus est. Copias ejus prope tota Hispania persequenti, diu & ancipiti semper acie domaverunt. Prima per legatos certamina habita, quum hinc Domitius, & Thorius; inde Herculeii proluderent: mox his apud Segoviam, illis apud Anam flumen oppressis; ipsi duces cominus invicem experti, apud Lauronem, atque Sucronem aquavere clades. Tum illis ad populationem agrorum, his ad urbium excidia conversis, misera inter Romanos duces Hispania discordiæ pœnas dabat: donec oppresso domestica fraude Sertorio, victo deditoque Perperna, ipse quoque in Romanam fidem venire*

perium in Hispaniam dare, qui Gallis ipse iter in Hispaniam prohibentibus, iter eorum internecione patefecit primum impetum Sertorii victoris novis quidem militibus, & multo paucioribus numero ad Lauronem sustinuit. Lauronem Sertorius insperante Metello accendit. Idem.

*Hinc Domitius & Thorius, inde Herculeii*] Secutus sum editionem Stadii, & Salmasii judicium, volentibus veteribus omnibus: in quibus, & *horius*, aut *Eliorius*. *Thorianus* est Plut. Sertorio cap. 18. ut idem Salmasius notat. Porro Pal. pr. habet *Hirtuleii* quomodo editur in fragm. Sallust. Hist. 2. 2. 9. Freinsch.

*Oppresso domestica fraude Sertorio.*] Perperna Sertorio ex conjuratione domesticas insidias struxit, epulantem & accubantem confodiunt. Perperna exercitum Sertorii occupavit, & prælio cum Pompejo congressus, victus est; dum fuga salutem quaerit ab equitibus suis ad Pompejum ut percussor Sertorii retractus est: atque dum vociferaretur multa se habere, quæ ad Reipublicæ salutem pertinerent, Pom-

pejo indicanda: epistolas enim eorum nobilium habebat. qui Sertorium ad invadendam Italiam invitaverant. Pompejus statim conquisitas omnes epistolas, ac ne lectas quidem aut inspectas comburi iussit: quo facto laudem invenit, & multos à metu, Urbem à novo motu liberavit: ipsum Perpernam, antequam indicium alicujus rei efflueret, occidi iussit. Stad.

*Victo deditoque Perperna*] Is quia eorum nobilium habebat epistolas, qui Sertorium ad Italiam & urbem invadendam invitaverant, iussu Pompeii non auditus occisus est, literæque omnes, ne novorum iterum in urbe motuum causa forent, igne consumptæ. Sic devotio Pompejo inventas in scriniis ejus literas, neque legi neque legi ab ullo voluit Cæsar, sed omnes cremavit, nequid, ut ajebat, *acerbis in quemquam cogeretur statueret*, Diol. 1. 41. in fin. Nec minus M. Antonius Imperator cum in Syria Cassius se pro Cæsarē ferrer, faciem epistolarem ab eo ad confcios missum, ac intercepto nuncio sibi oblatum statim iussit exuri, ne invito puniendi aliquos, offerretur necessitas.

*venere urbes, Osca, Termes, Tutia, Valentia, Auxima, & infame nihil non experta Calaguris. Sic recepta in pacem Hispania Victores duces externum id magis quam civile bellum videri voluerunt, ut triumpharent.*

CAP.

Sæpe multa nescire expedit, & non raro optimum insidiarum remedium est dissimulatio. Sufficiat nefariæ seditionis auctores sanguine luere quod admiserunt, conscii bona fide securi sint, ne formidine sparsa per multos, reviviscat iterum compositi turbines. *Zerec.*

*In fame.]* Ita Vineti mss. quidam: editi enim omnes, & infame, unica dictione; quomodo fere Pall. quod neque omnino ideo damnaverim. *Gruterus.* Prior lectio stabilitur simili loco infra 4. 5. & eo, quod de fame Calaguritana Val. Max. 7. 6. 3. ext. recenset; Eos uxores natosque ad usum nefariæ d'ap'is vertere, & reliquias salive non dubitasse, quod idem firmat Sallustius H. 3. 1. 10. nam de his ipsis loquitur; eo devenisse, ut uxoris liberisque mactatis, eorumque parte consumpta, reliqua cadaverum ad duntaxat usum salierint. Vide quo scelorum homines adigat necessitas. *Freinsh.*

*Calaguris.]* Calaguris Vasconum in citiore Hispania oppidum tam pertinaciter Pompejo reititit, quod etiam uxores suas natosque in alimentum verterint, & cadaverum reliquias salierint. Hoc bellum etsi cum Romanis imperatoribus gestum est, tamen quia curs Hispani militibus pugnatum est, externum potius quam civile est habitum. Metellus & Pompejus de Hispania triumpharunt, sed Pompejus hoc

triumpho adhuc eques Romanus, ante diem quam consulatum iniret, cursum Urbem in vectus est pridie Kalend. Januar. *DEXCXXII Stadiis.*

Caligurum Afranivsi jugi obsidione confectum, ad infames citas inopu coactam ultimo, corde, includique delevit. *Quæ autem CALAGURIS in impressis ead. in aliis calagurus erat. Καλιγούρις apud Strab. Καλιγορία apud Ptol. Calagorus apud Aulonum nunc Calahorra dicitur. Vinet.*

*Ut triumpharent.]* Nam ex civilibus bellis non triumphatur; quia ut necessaria istis, ita lugubres semper existimate victorie sunt: ut pote non externo, sed domestico parte cruciæ. *Valer. Max. 2. 1. 7.* Hinc Lucanus princ. operis: *Bella quæ placuit nullos habitura triumphos.* hoc est, civilia. Sic Cæsar de civibus non triumphavit, quo respexit *noter.* infra 4. 2. *Pharsalia, & Thapsos, & Mundanisquam. & quanto majora evant quibus non triumphabat?* Rationem reddidit Appian. de bell. civ. lib. 2. pag. 491. nec ipsi honestum futurum fuisse, & civibus & luctuosum & infamissimum, nam ob externas victorias talia fieri solita; *domestica mala tristitia operanda,* ut ait Tacit. 3. 18. Cæsar tamen Augustus triumphus gestum est Actiæ victoria, *Ep. Liv. 133.* Nisi forte & ille externum bellum videri voluit istud.

*Freinsh.**Lepido*

## CAP. XXIII.

## Bellum civile sub Lepido.

**M**arco Lepido, Quinto Catulo consulibus, civile bellum pene citius oppressum est quam inciperet: sed quantum? lateque fax illius motus ab ipso Sylla rogo exarsit! Cupidus namque rerum novarum per insolentiam Lepidus, acta tanti viri rescindere parabat; nec immerito, si tamen posset sine magna clade Reipublicæ. Nam quum jure belli Sylla dictator proscripisset inimicos: qui supererant, revocante Lepido, quid aliud, quam ad bellum vocabantur? quumque damnatorum civium bona, addicente Sylla, quamvis male capta, jure

**L**epido. *M. A. imilius Lepidus consul cum Q. Catulo creatus, legem de actis Sullæ jam mortui rescindendis promulgavit, ut qui à Sulla proscripti fuerant, & civitatem & bona sua recuperarent; cui cum Catulus collega & boni omnes adversarentur, Lepidus à Senatu iurejurando adactus, bellum se patriæ non facturum, in Galliam ulteriorem, quam sortitus erat, profectus est, tamquam exacto consulari bellum moturus. *Stad.**

*Motus ab ipso Syllæ rogo.]* Vere. nam crematus hic primus omnium Corneliorum, cum majores ejus terra conderentur. Advertit Stadius ex Cicer. de leg. 2. 2. 2. ubi causam ejus rei dicit fuisse, quod Sylla Marii reliquias dispari jussit (quod etiam Val. Max. 9. 2. 1. refert) eoque talionem meruebat. Insignis est sententia apud Saxonem, ut est ille auctor ultra sæculum Hist. Dan. lib. 5. pag. 79. *Par est, ut alieni corruptor cineris, nullo funeris*

*obsequio donetur, sortemque proprio referat corpore, quam in alieno perpetravit. Freinsh.*

*Cupidus rerum novarum per insolentiam Lepidus, acta tanti viri rescindere parabat, nec immerito, si tamen posset sine magna clade Reipublicæ.]* Accular crudelitatis Syllanas leges Cicerò, quibus ab honoribus omnibus ac dignitatibus proscriptorum liberi semovebantur; servandas tamen esse censet, legibus enim istis adeo contineri statum civitatis prudenter judicabat, ut illis solutus, ipsa stare non posset. Expediebat, ait hic Florus, quasi ægræ faucibus Reipublicæ requiescere quomodo documque: ne vulnera curacione ipsa rescinderentur. Verum postea Cæsar admittit ad honores & proscripitorum liberos. *Suet. Jul. cap. 41. Zerecor.*

*Quamvis male capta, jure tamen.]* Apparet igitur non idem jus esse, & justum. Jus enim positivum ut appellant, à jubendo dictum lex est, arbitrio imperantis

*jure tamen, repetitio eorum proculdubio labefactabat compositam civitatem. Expediebat ergo quasi agræ sauciaque Reipublica requiescere quomodocunque, ne vulnera curatione ipsa rescinderentur. Ergo quum turbidis concionibus, velut classico civitatem terruisset, profectus in Etruriam, arma inde & exercitum Urbis admovent. Sed jam Milvium pontem, collemeque Ianicolam Lutatius Catulus, Cnæusque Pompeius, Syllanæ dominationis duces atque signiferi, alio exercitu insederant. A quibus primo statim impetu retro pulsus, hostisque à senatu judicatus, incruenta fuga Etruriam, inde Sardiniam recessit: ibique morbo & pœnitentia interiit. Victores, quod non temere alias in civilibus bellis, pace contenti fuerunt.*

LI.

perantis lata. qua propter event, ut tales plerumque leges sint, quales earum auctores. Egregia est in hanc rem disputatio Alcibiadis & Periclis apud Xenophontem memorabilem lib. 1. pag. 718. quam attente legisse & considerasse, operæ pretium fuerit. Ideo secundum Cicer. de leg. 1. 15. *stultissimum est, existimare omnia justa esse, quæ facta sint in populorum institutis & legibus.* Hinc intelligitur, quid in animo habuerit Tacit. 3. 27. cum XII. tabulas finem æqui juris diceret. Affine est huic quod in l. pen. de just. & jur. scribitur, *prætorum jus dicere etiam cum iniq̄ue decernit.* Idem.

*Ne vulnera curatione ipsa rescinderentur.]* Elegans translatio, & frequens scriptoribus. Ad eum sensum Senec. de benef. 3. 16. *Ingratus L. Sylla, qui patriam duobus remediis, quam pericula erant, sanavit.* Tacit. 3. 28. *Cn. Pompejus gravior remediis quam delicta erant.* His talibus accidit sæpe, quod de malis oratoribus est apud Cicer. de o-

rat. 2. 75. *ut quæ sanare non possunt, exulcerent.* Idem.

*Exercitum Urbis admovent.]* Consulatum alterum per vim petiturus Lepidus, cum Etruriam ad arma commovisset, Galliam citeriorem per M. Brutum. ejus, qui Caesarem interfecit, patrem obtineret, infesta signa patriæ intulit. Post autem cum Cn. Pompejus de M. Bruto à se Mutinæ occiso Senatuum certiore fecisset, magnam metus partem, qua Roma tenebatur, ademit: hunc vero motum intra unam ætatem oppressum fuisse Eurypolus testatur. *Stad.*

*Milvium pontem.]* Milvium pons supra Tiberim via Flaminia ab urbe plus minus duobus millibus passuum distat in occasum æstivum: exstructus est à M. Scauro censore Sulla tempore, ut Ammianus scribit. *Idem.*

*Hostisque à senatu judicatus.]* Quamquam non immerito acta Syllæ rescindere voluerit Lepidus, tamen quia impetitive id tentavit, hostis judica-

tus



## LIBER QUARTUS

## CAP. I.

## Bellum Catilinarium.



*Atilinam luxuria primum, tum hinc conflata egestas rei familiaris, simul occasio, quod in extremis finibus mundi arma Romana peregrinabantur; in nefaria consilia*

oppr-

tus fuit. Constat quidem satis ex Romana historia eos quibus in pugna aut aliis in rebus fortuna obliterat hostes judicatos fuisse, cum serviens Republica arbitrium sequi cogere victoriam. Certum est tamen ad ægram Republicam curandam festinasse nimum Lepidum. Tantus enim quo affligebatur illa morbus subitis remediis curari non poterat. Ardebant adhuc partium studia quæ ante extingui aut minui saltem oportebat, quam novi aliquid tentari. *Zevec.*

*Morbo & pœnitentia.]* Plinius firmat. 7. 53. *Plur. Pompejo cap. 26. Morbo correptus expiravit, fractus animo. non ob res perditas, (ut autumant) sed quum esset nactus epistolium, ex quo stuprum uxoris comperit. Perit igitur incruentæ morte; quamvis diversum videatur velle Sueron. Cæf. 5. 2. ubi; post necesse consulis (Lepidi) Sed advertendum, necis vocabulum etiam pro morte non violenter sumi. *Freinsb.**

*Pace contenti &c.]* Alias enim dominationi, vel saltem vindictæ peti solet. *Id.*

*Atilinam.]* L. Sergius Catilina patricius, qui triennio etiam antea cum Cn. Pisone conjuraverat, cumque prior anno repetundarum interrogatus, hoc anno ambitus infimulatus, repulsam consulatus tulisset, cum P. Lentulo & C. Cethego prætoribus, atque aliis multis de cæde consulum & Senatus, incendiis Urbis, & opprimenda Republica conjuravit. *Stadius.*

*Egestas rei familiaris.]* Verum est plerumque, quod scribit Salustius; *Semper in civitate quibus opes nulla sunt,*

*banis invident, malos extollunt; vetera odere, nova exoptant, odio suarum rerum misceri omnia student; turba atque seditionibus sine cura aluntur: quoniam egestas facile habetur sine damno: & quia eam conditionis sue fortem esse sciunt ut minui vel detrimentum pati non possit, bonos ferocius invadunt, dum vel victoriam sperant, vel saltem excitationem à se incendium non sine multorum ruina extingui posse confidunt. *Zevecotius.**

*Simul occasio.]* Vide supra 3. 5. *Idem dicit*

*opprimenda patriæ suæ compulere; Senatū confo-  
dere, consules trucidare, distringere incendiis Vr-  
bem, diripere ærarium, totam denique rempublicam  
funditus tollere, & quicquid nec Annibal videretur  
optasse, quibus (ô nefas!) sociis aggressus est: ipse pa-  
tricius; sed hoc minus est: Curti, Porcii, Syllæ, Ce-  
thegi, Autronii, Vargunteii atque Longini. quæ fa-  
miliæ? quæ senatus insignia? Lentulus quoque cum*

*MAXIMÆ*

dicit Sallust. Cat. 16. 6. *in Italia nullus  
exercitus: Cn. Pompejus in extremis ter-  
ris bellum gerebat. Et hic est morbus  
magnorum imperiorum, ut late dif-  
fusa non ubique æqualiter regi possint.*

*Freinshemius.*

*Distringere incendiis urbem.]* Ut ho-  
ni nempe duobus simul implicati pe-  
riculis, cui primum occurri oporteret  
dubii, minus conjuratis resisterent.  
Curare debet periclitantis loci guber-  
nator, ne ob causam quancumque ul-  
lus injussu suo ex assignata sibi itatione  
decadat. *Zeyecotius.*

*Sociis.]* Præter istos autem socios  
quos numerat Florus, erant complures  
paullo occultius consilii hujus participes  
nobilitates, quos magis dominationis spes hor-  
tatur, quam inopia, aut alia necessitudo.  
Sallust. Cat. 17. 6. ut nominatim  
M. Crassus eodem loco. item Cæsar.  
Plutarchus Cæsare cap. 11. *Freinsb.*

*Curti.]* Q. Curtius flagitiis atque  
facinoribus cooperatus, quem censoris  
senatu probrî gratia moverant, homo  
vanæ & futilis linguæ, conjurationis  
secretæ apud Fulviam, cum qua ei ve-  
tus stupri consuetudo erat, effutiva-  
rat, ea, quæ, & quomodo audiverat,  
compluribus narravit, ipseque Cice-  
ro consul multa pollicendo pellexit,  
ut Q. Curtius consilia conjurationis Ca-  
tilinariæ ipsi proderet. *Stadius.*

*Porcii.]* M. Porcius Læca à Sallustio  
nominatur, in cuius domo Catilinæ

dies exeundi, tum cæteris manendi  
conditio, tum descriptio totam per  
Urbem cædis atque incendiiorum con-  
stituta est: ipse lege Lutatia, post-  
quam Catilina cum exercitu cæsus es-  
set, ex indicio L. Vettii equitis Romani  
postulatus, de vi publica condem-  
natus est. *Idem.*

*Syllæ, Cethegi, Autronii.]* P. Corne-  
lius Ser. F. Sulla, & P. Autronius Pe-  
rus cum consules in annum DCCCXIII.  
designati essent, de ambitu postulati  
non inierunt, sed in eorum locum facti  
sunt, L. Aurelius Cotta, & L. Manlius  
Torquatus, qui eos ambitus damnave-  
rant: ipsi eo dolore animi exasperati  
cum C. Pisonæ & Catilina conjurant, &  
Cottam & Torquatum consules in Ca-  
pitolio Kal. Jan. parant interficere, sed  
re per indicium cognita, ipsorum con-  
siliium directum est. P. Autronius &  
Servius hujus Sullæ frater, de vi publi-  
ca condemnati sunt, P. Corneliū  
Sullam Cicero defendit & Hortensius.  
*Idem.*

*Vargunteii.]* L. Vargunteus Sena-  
tor cum C. Cornelio equite constitue-  
rant cum armatis hominibus nocte,  
quæ secuta est posttridie Non. Novemb.  
salutatam ire Ciceronem, & cum in  
suo lectulo confodere: sed Cicero per  
Fulviam de dolo, qui parabatur, cer-  
tior factus, non admisit salutatores  
tam perniciosos. Sunt & isti postea  
damnati lege Lutatia de vi publica. L.  
Cassium

*maxime prator. hos omnes immaniissimi facinoris sa-  
tellites habuit. Additum est pignus conjurationis,  
sanguis humanus: quem circumlatum pateris bibere:  
summum nefas, nisi amplius esset propter quod bibe-  
runt. Actum erat de pulcherrimo imperio, nisi illa  
conjuratio in Ciceronem & Antonium consules inci-  
disset: quorum alter industria rem patefecit, alter*

*manu*

Cassium Longinum Sallustius inter  
conjuratos etiam numerat. *Idem.*

*Lentulus.]* P. Cornelius Lentulus Su-  
ra consularis, consul enim fuerat cum  
Cn. Aufidio Orestæ anno DCCCXIII. &  
prator iterum, conjurationis per in-  
dicia convictus, in carcerem ex Sena-  
tus consulto, quod ex Catonis severio-  
re sententia factum est, cum Cethego,  
Statilio, Capatio, Gabino conjectus  
est, atque de his supplicium, gula la-  
queo fracta, in Tulliano sumtum est. P.  
Lentulus ex libris Sibyllinis dicere so-  
litus erat, Romæ tribus Cornelii reg-  
num portendi, Cinnam atque Sullam  
antea, se tertium esse, cujus fatum so-  
ret Urbe potiri. Erat autem hic Lentu-  
lus M. Antonii postea triumviri vitri-  
cus: hinc illud odium M. Antonii &  
Ciceronis enatum esse verisimile est,  
recte Plutarch in Antonio. *Stadius.*

*Sanguis humanus.]* Recenset hoc Sal-  
lust. Cat. cap. 22. Ita, ut propior videat-  
ur non credenti. De more hoc san-  
guine fandi. C. fœdera & amicitias,  
vide omnino Lipsium in Tacit. 1. 2. 47.  
ad cujus exempla adde Plut. Poplicola  
cap. 6. de Brutis Aquiliis & Vitel-  
liis. Omnibus visum est, hominis jugulati  
sanguine libato, & visceribus tactis, mag-  
num & dirum jurandum concipere.  
& Saxonem Grammat. Hiltor. Dan.  
lib. 1. pag. 11. *Spoliatum nutrice Hadu-  
gum grandævus forte quidam, altero orbis  
oculo, solitariū miseratus, Lifero cuidam  
pirate, solemnî passionis jure conciliat.  
Siquidem sibi fœdus veteres, vestigia sua*

mutui sanguinis aspersione perfundere  
consequerant, amicitiarum pignus alteri  
crinis commercio firmatur. Solin. cap.  
25. de Scythis. *Hæstu mutui sanguinis  
fœdus sanciant, non suo tantum more, sed  
Mediorum quoque usitata disciplina.*  
*Freinshemius.*

*Ciceronem.]* Pro Ciceronis discite le-  
ge quæ scribit Plinius 7. 30. Ob id fa-  
ctum Cicero *Pater patriæ* a Carone Uti-  
censi primum appellatus est, Plin. ibid.  
Plut. Cic. cap. 31. Juvenal. 8. 244.  
Lucan. 7. 62. *Camers.*

*Antonium.]* Hic tamē parum ad  
opprimendum Catilinam consulisse le-  
gitur. immo pactione provinciæ vix  
perusuam à Cicerone, ut cum Rep-  
resentiret; nec ipsum adeo pugnas-  
se in hostes, sed bellum id per Petrejum le-  
gatum suum confecisse. Hæc ex Cice-  
rone passim, & Sallustio. *Freinshemius.*

*Alter industria rem patefecit.]* Præ-  
mium enim & impunitatem etiam me-  
ditati facinoris sociis, si respiciere  
vellent ac consicis indicare, promisit  
Cicero. Notum est quidem eos qui ini-  
ta contra Rempub. consilia celant,  
summi criminis atque adeo supplicii  
reos esse. Verum quia omnium salus  
suprema lex est, dum aliis remediis  
averti malum vel curari vix potest, ex-  
pedit etiam facinorosis pœnæ veniam  
ac spem præmiorum proponere, si sce-  
lestâ consilia detegere potius aut im-  
pedire malint quam exsequi. *Zeyec.*

*Parviciidii innocens.]* Lætionem quæ  
inter omnes sensum & explicationem  
commo-

*manu oppressit. Tanti sceleris indicium per Fulvianæ emerfit, vilissimum scortum, sed parricidii innocens. Tum Consul habito senatu, in præsentem reum Cicero peroravit : sed non amplius profectum, quam ut*

*hostis*

commodissimam habebat, jamque pluribus editionibus inserta erat, amplexus sum. Nam ex diversa scriptura, ut amat fieri, diversæ etiam conjecturæ natæ sunt. alii enim, *patricius innocens* : alii, *patricius innocens* legunt. quibus omnibus una hæc ratio facile obstitit, quod ipsa Fulvia *nobilis fuerit*. Sallust. Cat. 23. 3. *Erant ei cum Fulvia, muliere nobili, stupri vetus consuetudo*. Ea autem quam ponimus lectionem ita commode potest explicari; ut Fulvia quidem vile scortum & infamis vitæ fuerit, innocens tamen parricidii. *Parricidium* enim vocari senatus cædem, consulumque, immo ipsius patriæ subversionem, quæ omnia peracturus erat Catilina, multis auctorum locis adstrui possit. Nescio quid sibi velit nostra vetus, *patricius nominis*. quæ utique non contemnenda est lectio; valeret enim, scortum quidem vulgare fuisse, sed gente patricia. priori tamen adquei-cimus. *Freinshemius*.

*Consul habito senatu, in præsentem parricidam, in præsentem reum Cicero peroravit : sed non amplius profectum quam ut hostis evaderet, &c.* ] Omnis existimo Ciceronem cum in præsentem ac minantem atrociam Catilinam nihil acerbius decerni cõtravit, timuisse eos, qui ægre ferebant novum & iniquum hominem summum Romæ magistratum obtinere, ac nondum sopita satis invidia æstuabant; quam ingentem fuisse satis postea docuit eventus, cum tantus orator & Consul ob idem illud facinus, ob quod pater patriæ vocatus fuerat, iustus fuil exulare. Nunquam ego credam virum tantum p̄cississe quocumque tandem modo

nova cupientibus Ducem esse auferendum, aut fugisse illum Pisonis, qui cum Catilina conspirarat, in Hispanico itinere occisi exemplum : uti nec Gracchorum, Saturnini, aliorumque quorum dignitas ne ad unum quidem diem supplicium distulit. Sed periculosum est & difficile inclinatum ad servitutem Rempubl. regere : in ea enim nemo unquam omnibus satisfacit, & sæpe prudentissimi vel facilitatis nimix vel crudelitatis accusantur, multorumque odio & injuriis exponuntur, quia juramenti, quo Reipublicæ defendendæ se obligarunt, oblivisci non volunt, & publicæ magis salutis, quam privatorum commodis aut iniquis desideriis student, nulloque impune vel occultis vel apertis studiis quippiam contra Rempublicam machinari permittunt. *Zepetot. vi. Idus Novemb.* Cicero Senatam in Jovis Statotis ædem convocavit : venit eodem Catilina, eique nullus senator assidere voluit : eaque pars subfelliorum, ad quam ille accesserat, nuda & inanis relicta est. Tum Cicero consul, sive præsentiam ejus timens, sive ira commotus, orationem habuit primam in Catilinam, qua cum ex Urbe egredi iussit. Catilina nocte intempesta cum trecentis armatis, licitoribus & fascibus, imperii insignibus adhibitis, ex Urbe in Etruriam Fæsulas, in castra Manliana profectus est. Postridie quam Catilina profugisset, Cicero orationem alteram ad populum habuit, qua gratulatur populo & Reipublicæ, quod Catilina ex urbe sit profectus. Senatus Catilinam & Manlium hostes judicavit. Tertia deinde exponit, quid in Senatu actum sit. Quartam in Senatu

Non.

*hostis evaderet, seque, palam professo, incendium suum restincturum ruina minaretur. Et ille quidem ad præparatum à Manlio in Etruria exercitum proficiscitur, signa illaturus Vrbi. Lentulus destinatum familia suæ Sibyllinis versibus regnum sibi vaticinans, ad præstitutum à Catilina diem, urbe tota viros, faces, tela disponit. Nec civili conspiratione contentus, legatis Allobrogum, qui tum forte aderant, in arma sollicitatis, iisset ultra Alpes furor, nisi altera proditione Vulturnii, pratoris literæ tenerentur. Statim Ciceronis imperio injecta est barbaris manus. Palam prator in senatu convincitur. De supplicio agentibus, Caesar parcendum dignitati; Cato animadvertendum pro scelere censebat. Quam sententiam sequentis omnibus, in carcere parricide strangulantur. Parte conjurationis oppressa, tamen ab incepto Catilina non destitit : sed infestis ab Etruria signis patriam petens, obvio Antonii exercitu opprimitur. Quam atrociter dimicatum sit, exitus docuit. nemo hostium bello super fuit. quem quis in pugnando ceperat locum, cum amissa anima corpore tegebat. Catilina longe à suis inter hostium cadaverarepertus est, pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset.*

CAP.

Non Decemb. habuit, in qua Cicero de duabus contrariis sententiis Cesaris & Catonis ita disputat, ut non obscure in severiorem inclinet. *Stad.*

*Sibi vaticinans* ] Sallust. Cat. 47. 4. dicebat ex libris *Sibyllinis*, regnum Romæ tribus Corneliis portendi : *Cinnam atque Syllam antea, se tertium esse, cui satum foret urbis potiri*. Idem Cicero in Catilin 3. 4. Ceterum multos in præ-

capitium impulerunt, similia vaticiniorum interpretamenta : ut hoc loco tutissimum sit illud : *memento diffidere*. Sic Judæos apud Tacit. H. 5. 13. deceptum illud oraculum, eo tempore *Judæa profectos rerum potituros*. *Freinsch.*

*Alterâ proditione*] Prius enim patria proditor erat, conjurando cum hostibus ejus; mox ipsorum cum quibus conjuraverat. *Idem.*

*Bellius*



## CAP. II.

## Bellum Cæsaris &amp; Pompeii.

**N**am pane toto orbe pacato, majus erat imperium Romanum, quam ut ullis externis viribus, extinguere posset. Itaque invidens fortuna principi gentium populo, ipsum illum in exitium suum armavit. ac Mariana quidem Cinnanaq; rabies intra Urbem præluserat, quasi ex-

**B**ellum Cæsaris & Pompeii. ] M. Marcellus consul Cæsaris inimicus anno dccii. ad Senatum retulit, ut Cæsari antequam ejus dominatio imperii continuatione confirmaretur, abrogata lege Pompeii & Crassi, succesor daretur, ut exercitum dimitteret, & ne ejus absentis in petitione consulatus ratio haberetur: sed Ser. Sulpitio ejus collega, & tribun. pleb. summa ope contra tendentibus, nemo in Marcelli sententiam pedibus ivit. Sequenti deinde anno cum Cæsar veritus ne C. Marcellus consul (qui Marcelli patruelis erat) esset, quod ille non potuisset, L. Paulum ejus collegam talentis mille quingentis sibi devinxit, ut ne quid contra se contenderet, sed C. Curionis trib. pleb. obgratissimi operam, antea consiliis suis adverstantem, majori mercede redemit, qui cum de dimittendo Cæsaris exercitu referretur, ita quidem consensus, si & ceteri quoque ab armis discederent (qua exceptione Pompejum notabat, qui post consulatum secundum in Hispania bellum per legatos gerebat, atque hoc anno etiam proconsul ad Urbem erat) atque amici Pompeii, ne in eam sententiam discessio fieret, obfitebant. Quod vero duobus prioribus annis adverstarii Cæsaris obtinere non poterant, hoc L. Lentulo Crure, & C. Marcello coff. anni dccy.

initio perfectum est. Etenim in sententiam Marcelli Scipionis, qui eam ex ipsius Pompeii ore promere videbatur, S. C. factum est, ut nisi ante certam diem Cæsar exercitum dimitteret, eum adversus Rempubl. facturum videri: intercesserunt M. Antonius & Q. Cæsius tribuni plebis; itaque de imperio Cæsaris & tribun. pleb. intercedentibus, acerbissime infligante Pompejo est decretum. Factum etiam Senatusconsultum ante diem vii. Idus Januariarum, darent operam coff. prætores, trib. pleb. quique consulares essent ad Urbem, ne quid Respubl. detrimenti caperent. Tribuni pl. itatim servili habitum ab urbe fugiunt, & Cæsarem, qui Ravennæ suis postularis responsa expectabat, conveniunt. Stad.

Quam ut illis externis viribus extingui posset ] Sic Petilius apud Tacit. li. 3. 74. de sui temporis imperio, Oligentorum annorum fortuna disciplinaque compages hæc coarctat: quæ convulsi sine exitio convellentium non potest. Sed accidit hic quod solet magnis imperiis. Nulla enim (verba sunt Annib. apud Livium 30. 44.) magna civitas diu quiescere potest: si fors, hostium non habet, dami invenit. Freinsh.

Præluserat ] Nihil verius est hac lectione quam pridem excogitaverat vit summus, Grutcrus noster. ita cinnano scripsit

periretur. Syllana tempestas latius, intra Italiam tamen, detonaverat. Cæsaris furor atque Pompeii, Urbem, Italiam, gentes, nationes, totum denique qua patebat imperium, quodam quasi diluvio & inflammatione corripuit: adeo ut non recte tantum civile dicatur; ac ne sociale quidem; sed nec externum: sed potius commune quoddam ex omnibus, & plus quam bellum. Quippe si duces ejus inspectas; totus senatus in partibus. si exercitus; hinc undecim legiones, inde decem & octo, flos omnis & robur Italici sanguinis. si auxilia sociorum; hinc Gallici Germanique delectus: inde Deiotarus, Ariobarzanes, Tarchondimotus, Cothus, omne Thracie Cappadociaeque, Ciliciae, Macedoniae, Graciae, Aetoliae, totius-

scripsit Annæus. experire, præcludere, tentare, verba sunt τῶν ὀσπρεῖων ἀλλήλων aut κίρηγοδικῶν, à quibus metaphorâ ducta est. Salmassius. Utitur hoc verbo noster supra 3. 22. ubi tamen procluderet. sed perinde est; eadem enim utriusque verbi significatio. Sic apud Virg. Æn. 1. 106. ex Georg. 3. 234. repetitur:

— Sparſa ad pugnam proludit arena. Vbi Servius, ad pugnam proludit, præmeditatur. Cicero. Sin mecum in hac proſoſione nihil fueris, id est, præmeditatione certaminis, quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus? Seneca natural. quæst. 3. 28. ad inundationes transfert. De proſolutionibus gladiatoris quædam annotat Lipsius Saturn. 2. 19. quæ ad pleniorum hujus loci intellectum faciunt. Porro cum hoc loco confer quod scripsit supra 3. 21. Freinsh.

Ex omnibus, & plusquam bellum] Patavinus vetus, ex omnibus gentibus &

plusquam civile bellum. Gentibus illud fallum est, civile posset locum habere, nisi μὲν ἄνθρωποι ἄνθρωποι ἔσσαν, & plusquam bellum. Salmass. Respexisse videtur auctor, cum hac scriberet, Lucanum princ. Pharsal. qui plusquam civilia bella se canere dicit. Ex quo, an noster, desumpsit hoc, belloque Artaxerxis & Cyriattribution. Oroſius 2. 18. & ex eo Adonis Chronic. Sub anno 4486. Bellum civile, & plusquam civile apud Persas gestum. Freinsh.

Undecim legiones ] Cum Cæsar esset decem legionibus pugnacissimis subnixus. Senec. ep. 104.

Tarchondimotus ] Hic si forte non sit, qui Tarcondarius legitur in Cæsaris commentariis, est saltem Tarcondementus in 14. Strabonis, Tarcondemus in Antonio Plutarchi, superioris Ciliciae regulus, quem Cicero fidelissimum facium, amicissimumque pop. Rom. appellat. in literis ad S. P. Q. R. scriptis: quæ sunt primæ libri quindecimi. Vindex.

totiusque robur Orientis. si moram belli; quatuor anni, & pro clade rerum breve tempus. si locum & spacium ubi commissum est; intra Italiam: inde se in Galliam Hispaniamque deflexit: reversumque ab occasu, totis viribus in Epiro Thessaliaque consedit: hinc in Ægyptum subito transiit: inde respexit Asiam: inde Africa incubuit: postremo in Hispaniam regnavit, & ibi aliquando defecit. Sed non & odia partium finita cum bello. Non enim prius quievere, quam in Vrbe ipsa, medio senatu, eorum qui victi erant odia victoris sese cade satiarent. Causa tanta calamitatis eadem quæ omnium, nimia felicitas. Siquidem Quinto Metello, Lucio Afranio consulibus, quum Romana majestas toto orbe polleret, recentesque victorias, Ponticos & Armenios triumphos in Pompeianis theatris Roma cantaret; nimia Pompeii potentia apud ociosos, ut solet, civis movit invidiam.

Calamitatis] Has causas eleganter canit Lucanus 1. 7.

Fert animus causas tantarum expromere rerum. &c. Unde has assignat Lucanus causas: Fatum ipsum: nimiam Rom. potentiam: discordem concordiam Pompeii, Crassi & Cæsaris: Crassi & Julii mortem: ducum ipsorum superbiam & tandem publicæ Romæ passim vitia. Lege Cæsarem, Appianum, Suetonium Plutarchum.

Pulvis stare diu Parvarum lege negatur, Magna repente ruunt, summa cadunt subito,

Claudianus epiqr. & Laberius, Summum ad gradum, inquit, quam claritatis veneris, consistes egere, ne citius quam descendas, decidis. Lucan. 1. 71.

— summis que negatum stare diu. Cam. Metello. ] Q. Metellus Celer consulis

Africani collega fuit, Dione teste, & uterque consulatum Pompeii auxilio, ceteris legati in Asia fuerant, confectus est. Q. Metellum Creticum Pompeio inimicum fuisse, quia ornamentum ejus triumphii subdlexerat, ereptis per trib. pleb. ejus captivis, supra cap. 7. libr. 3. exposuimus eundem hoc anno in Galliam, ob motum Helvetiorum, legatum fuisse missum cum L. Flacco, & Lentulo Clodiani F. Cicero in primo ad Atticum scribit. Stad.

Movet invidiam] Invidia potentia comes. Hermocrates Syracusanus apud Thucyd. 6. 13. Si quis partim invidiam partim metu aliquo nostri tenent: unquam enim sunt obnoxii potentiores. Sallust. Cat. 6. 4. coalescente re Romana, fuit pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est. Ercinsh.

diam. Metellus ob imminutum Creta triumphum; Cato adversus potentes semper obliquus, detrectare Pompeium, actisque ejus obstrepere. Hinc dolor transversum egit: & ad presidia dignitati paranda impulit. Forte tunc Crassus genere, divitiis, dignitate florebat: vellet tamen auctiores opes: Caius Cæsar eloquentia, & spiritu, ecce jam consulatu allevabatur: Pompeius tamen super utrumque eminebat. Sic igitur Cæsare dignitatem comparare, Crasso augere, Pompeio retinere cupientibus, omnibusque pariter potentia cupidis, de invadenda Republica facile convenit. Ergo quum mutuis viribus in suum quisque decus niteretur, Galliam Cæsar invadit, Crassus Asiam, Pompeius Hispaniam: tres maximos exercitus: & jam sic orbis imperium societate trium principum occupatur. Decem annos traxit ista dominatio. Exinde, quoniam mutuo metu tenebantur, Crassi morte apud

Ob imminutum Creta triumphum] Non inique querent: quippe ornamentum triumphii ejus captivos duces Pompeius subdlexerat. Vellei. 2. 4. Dio lib. 36. a princ. Maximum enim triumphorum decus erant imperatores hostium, supra 3. 10. adeo ut feminae quidem spernerentur, sicut Augustus ducturus fuit Cleopatram, ut infra 4. 11. dicemus, & Aurelianus Zenobiam duxit, apud Vopiscum in vita cap. 30. Huc respexit Livius 30. 45. Morte subtractus spectulo magis hominum, quam triumphanti glorie Syphax est. Idem.

Detrectare Pompeium.] Cum Cn. Pompeius acta sua à Senatu confirmari vellet, ut quæ in Asia bello Mithradatico singulis regibus ac gentibus dedisset, rata essent, atque ea re L. Lucullum, qui successerat, & M. Cato-

nem adversarios haberet, patribus offensus, Cæsarem ac Crassum sibi adjunxit. Cæsarem, qui abjecto ex Lusitania triumpho, ut privati ejus ratio in comitiis consularibus haberi posset, sua opera consulem creat. Crassum aliis promissis implet. Ita inter tres civitatis principes coitio facta eaque iurejurando firmata est, fore ut nemo nemini Reipubl. adversaretur, atque omni ope, in iis quæ petiisset, adjuvaret eam coitionem Varro historicus uno libro complexus Triplicitinam vocavit. Dio, Appianus, Plutarchus, Suetonius. Stad.

Mutuo metu] Thucydides 3. 2. Tutissimum reddidit societates mutuos metus, quippe qui eam violare cupit, dum ambigit, an superior esse possit, absterretur. In-

apud Parthos, & morte Iuliae Caesaris filiae, quae nuptia Pompeio, generi socerique concordiam matrimonii fœdere tenebat, statim æmulatio erupit. Iam Pompeio suspectæ Caesaris opes, & Casari Pompeiana dignitas gravis. Nec hic ferebat parem, nec ille superiorem. Nefas! sic de principatu laborabant, tanquam duos tanti imperii fortuna non caperet. Ergo Lentulo Marcelloque consulibus, rupta prima conjurationis fide, de successione Caesaris senatus, id est Pompeius, agitabat: nec ille abnucebat, si ratio sui proximis comitiis haberetur consulatus; absenti, quem decem tribuni plebis, favente Pompeio, nuper decreverant, tum

disimu-

fra 4. 10. Expertis invicem Parthis atque Romanis, cum Crassus atque Pacorus utrinque virum mutuarum documenta fecissent; pari rursus reverentia integrata amicitia. Eleganter Tacitus principio Germaniæ, ait Germaniam à Sarmatis Dacisque mutuo metu separari. Sed præcipue ubi tres in partes scissa est potentia, durabilior pax est; dum etiam qui alterutro se potentiores credit, tertii accessionem formidare cogitur. Freinsh.

Morte Iuliae.] Quæ pudore quodam continebat eorum animos, ne socer & generi scelestis armis colliderentur. Vellei. 2. 47. Male cohererentis inter Cn. Pompeium & C. Casarem concordia pignus, Iulia uxor Magni decessit. Adde Lucan. 1. 111. & Val. Max. 4. 6. 4. Cicero pro P. Sextio cap. 1. tanquam aliquid non vulgare cum cura recenseret; Admitte Albino soceri nomen mors filiae, sed caritatem illius necessitudinis & benevolentiam non ademit. Porro Iuliae huic comparari meretur Octavia, quæ itidem inter fratrem & virum concordiae vinculum fuit; donec inducta Cleopatra repudiaretur Antonio. Freinsh.

Nec hic ferebat parem &c.] Lucanus 1. 125.

Nec quemquam jam ferre potest Casare priorem;

Pompeiusve parem. — Queritur & ipse Casar belli civilis 1. 4. Pompeius neminem dignitate secum exæquari volebat. Vellei. 2. 33. neque Pompeius, ut primum ad remp. aggressus est, quemquam animo parum tulit. Idem 2. 29. 5. civis in toga, nisi cum reveretur, ne quem haberet parem, modestissimus. & mox; indignatus, cum omnes civis iure haberet pares: quemquam aequalem dignitate conficere. Acidalius ad Vellei. 2. 33.

Nec ille superiorem.] Hunc animum suum ipse Casar detexit apud Plutar. Apophth. cap. 43. nam oppidulum in Alpibus transiens nullius nominis, amicis dubitantibus an ibi quoque tumultus & contentiones essent de principatu? vulgare, inquit, hic primus esse, quam Rema secundus.

Senatus, id est Pompeius.] Notissimum est Pompejum ad arbitrium senatum ductasse, & senatum in partibus Pompeji fuisse.

Absenti, quem decem tribuni plebis.]

Pom-

disimulante eodem negabatur. Veniret, & peteret majorum more. ille contra flagitare decreta: ac nisi in fide permanerent, non se remittere exercitum. Ergo ut in hostem decernitur. His Casar agitat, statuit præmia armorum armis defendere. Prima civilis belli arena, Italia fuit; cujus arces levibus præsidis Pompeius infederat: sed omnia subito Caesaris impetu oppressa sunt. Prima Arimino signa ceciderunt. tum pulsus Etruria Libo, Umbria Thermus, Domitius Corfinio. Et peractum erat bellum sine

Pompejus consul tertium sine collega anno D C C I postquam defensor esse Reipub. ceperat, contendit, ut decem tribu. ple. ad populum ferrent, ut absentes Casaris in petendo consulatu ratio haberetur: quo privilegio cum Pompeus pravitare aliorum, aut æmulatione alienorum, Casarem dissimulante privaret, Senatumque ut contra Casarem atrocius consulerent animasset, & Casari nihil præ æquissimis popularis quam iniquissima responsa darentur: Casar populi beneficium, suamq; salutem armis sibi asserendam decrevit. Stad.

Majorum more.] More majorum præfentes & privati tantum in Urbe nomen suum professi petebant magistratum: fuisse itaque Casari dimittendum exercitum, ipseque inimicorum suorum ludibrio obnoxius, ut privatus, coactus fuisset primi consulatus sui & administrati in Gallia imperii reddere rationem. Cato enim & Marcellus, tum Lentulus frequenter, simularque Casar ad urbem privatus rediisset, nomen ejus delaturos jactaverant. Quare Casar inimicorum decernit, cum verbis Antonii & Cassii trib. pleb. incitatus, exercitum ad suam dignitatem contra inimicos tuendam hortatus, trajecto Rubicone, qui Gal-

liam ab Italia dividebat, Ariminum, quod extra provinciam ejus erar, proficiscitur, & quinque cohortibus, quas tunc solas habebat, ut apud Orofium testatur Livius, orbem terrarum adoratus. Idem.

Corfinio.] Corfininum oppidum in Pelignis, L. Domitius Ahenobarbus, cui Gallia, ut Casari succederet, Senatus consulto, & sine populi iussu decreta erat, xxx. cohortibus tenebat. Pompejus Domitium oblessum ut imparatus contra Casaris exercitum, negligere coactus est. Casar die septimo oppido, & Domitio, Vibullioque Rufo, & aliquot senatoribus potitus, eos incolumes dimisit, & HS, sexagies, quod Domitius in publicum depositum advexaret, ut ipsi redderetur voluit, militesque ejus apud se sacramentum dicere cum iussisset, eos cum Curione in Siciliam misit. Idem.

Peractum erat &c. & ceperat.] Hoc est peractum fuisse, & cepisset, frequens ista temporum enallage. Sic apud Tacit. 1. 35. elatumque (gladium) deserere in pectus, ni proximi prensam dexteram vi attiissent. & 3. 14. Populus effugis Pisonis traxerat in Gemonias, ni iussu principis protecta forent. & 1. 3. 26. Nec deerant qui conserent, sed Coss. relationem incipere non ausi. Plin. panegyri. cap. 8.

sine sanguine, si Pompeium Brundisii opprimere potuisset: & ceperat. sed ille per obsessi claustra portus, nocturna fuga evasit. Turpe dictu! modo princeps patrum, pacis bellique moderator, per triumphatum à se mare, lacera & pæne inermi nave fugiebat. Nec Pompeius ab Italia, quam senatus ab Urbe, fugatur prior. quam pæne vacuum metu Cæsar ingressus, consulem se ipse facit. Ararium quoque sanctum, quia tardius aperiebant Tribuni, iussit effringi: censumque & patrimonium populi Romani ante rapuit, quam

cap. 8. atque adeo temere fecerat Nerva, si adoptasset alium. adde infra 4. 3. Freinsb.

Si Pompeium Brundisii. ] Cum Pompejo de casu Domitii nuntiatum esset, Luceria Canusium proficiscitur, inde Brundisium cum x. cohortibus 8. Kal. Martii venit, quem Cæsar cum legionibus sex magna celeritate, ut eum in Italia opprimeret, consecutus, operibus & munitionibus expugnare contendit. Pompejus consules cum magna exercitus parte, ne quid in Italia novi molirentur, in Epirum, Dyrrachium præmiserat: quos ipse, obstructo & munito prius Brundisio, ne Cæsar ejus fugam impeditet, xvi. Kalend. April. secutus est. Cæsar postero die oppidum ingressus, & impositis Brundisio custodiibus, cum à prosequendo Pompejo navium inopia tardaretur, ad Urbem revertitur, & Senatuum populumque R. hoc novo civili bello & fuga Pompeji contemnatum, confirmat, seque pacis & otii publici studiosum testatur: sed cum frustra hoc se agere experiretur, in Hispaniam contra legatos Pompeji proficiscitur. *Stad.*

Consulem se ipse facit. ] Imperite Florus Cæsarem. primo in ecclis in Urbe adventu, se consulem fecisse scribit: cum enim victor ex Hispania reversus Massiliam venisset, se Dictatorem à M.

Aimilio Lepido prætor, qui postea triumvir fuit, dictum esse ex lege lata intellexit, quare ad Urbem profectus, comitia consularia habuit, seque, quia ex legibus ei propter decennium à primo consulatu exactum, consulem fieri liceret, consulem cum P. Servilio creat, & intra undecimum diem sese dictatura abdicavit. *Idem.*

Ararium quoque sanctum. ] In quo pecunia Gallici belli causa servabatur, cum execrationibus publicis eam motum non iri, nisi Gallicum bellum impenderet. (de quo Livius 27. 12. 10.) hoc Cæsar, frustra obstitente Metello trib. pl. effregit, pecuniamque abtulit, cavillans populum ex religione solutum, quia nihil esset quod amplius de Gallis metueretur, quos ipse perdomuisset. Dio lib. 41 pag. 181. Plut. Cæs. cap. 53. & in apoth. cap. 43. Appian. civil. 2. pag. 453. Lucan. 3. 153. univertum ab eo ararium expulsum scribunt. Plin. 33. 3. eum primo introitu in Urbem xxvi. laterum aureorum, & in numerato pondo cccxi. ex arario protulisse, scribit. illud à lateres aurei librales fuerunt, quinquages quater centena millia numeramus. Orosius tamen 6. 15. summam istam multo angustius contrahit. *Stad.*

Sci-

quam imperium. Pulso fugatoque Pompeio, maluit prius ordinare provincias, quam ipsum sequi. Siciliam & Sardiniam, annonæ pignora per legatos habet. Nihil hostile erat in Gallia: pacem ipse fecerat. sed ad Hispanienses Pompeii exercitus transeunti per eam duci portus claudere ausa Massilia est. Misera, dum cupit pacem, belli metu in bellum incidit: sed quia tutis muris erat, vinci eam sibi iussit absenti. Græcula civitas, non pro mollitie nominis, & vallum rumpere, & incendere machinas ausa, & congregi navibus: sed Brutus, cui mandatum erat bellum, victos terra marique perdomuit. Mox deditibus sese ablata omnia præter, quam potior omnibus habebant, libertatem. Anceps, variumque, & cruentum in Hispania bellum cum legatis Cræci Pompeii Petreio & Afranio: quos Ilerde castra habentes, apud Sicorim annem obsidere, & ab oppido intercludere aggreditur.

Siciliam. ] Siciliam Cato obtinebat, eo Curionem cum tribus legionibus Cæsar mittit, Cato ejus adventu cognito, ex provincia fugit, quælus in concione se projectum ac proditum à Cn. Pompejo, qui omnibus rebus imparatissimus, non necessarium bellum suscepisset, & ad se reliquisque in Senatu interrogatus, omnia sibi ad bellum apta ac parata confirmasset. *Stad.*

Sardiniam. ] Valerium legatum Cæsar cum una legione in Sardiniam misit. Caralitanis simulatque de adventu Valerii accepissent. M. Cottam prætorem ex oppido eiciunt: ille perterritus quod omnem provinciam consentire intelligeret, ex Sardinia in Africam profugit. *Idem.*

Portas claudere ausa. ] Ea propter fide melior, quam consilio prudentior voca-

tur Vellejo 2. 50. Historiam autem præter eos qui totum hoc bellum describere, pete ex Strabone lib. 4. pag. 225. Sidonio carn. 23. 16. Cic. Philipp. 8. 16. Freinshemius.

Non pro mollitie nominis. ] Nam Græci lingua quam viribus promptiores habebantur, vide Livium 8. 23. 9. Ovidius Fast. 3. 102. Græcia facundum, sed male forte genus. *Idem.*

Et cruentum. ] V. c. & incrementum, cui adfuerunt Pal. sec. ac tert. sed non præter Gruterum. Forte rectum est, sed incrementum ut dicat anceps quidem fuisse bellum & varium, modo obfessore Cæsare, modo ipso quasi obfesso (ut pergit dicere) sed non ita multo sanguine, cum nulla insignis ibi clades illata vel accepta sit, verum deditione bellum finitum fuerit. *Idem.*

ditur. Interim abundantione verni fluminis, commetibus prohibetur. sic fame castra tentata sunt: obsessorque ipse quasi obsidebatur. sed ubi pax fluminis rediit; populationibus & pugnae campos aperuit: iterum ferox instat: & cedentes ad Celiiberiam consequutus, aggere & vallo, ac per hæc siti ad deditiōem compulit. Sic citerior Hispania recepta est; nec ulterior moram fecit. quid enim una post quinque legiones? Itaque ultro cedente Varrone, Gades, fretum, Oceanus, omnia felicitatem Cæsaris sequebantur. Aliquid tamen adversus absentem ducem ausa fortuna est circa Illyricum & Africam; quasi de industria prospera ejus adversis radiarentur. Quippe quum fauces Adriatici maris jussi occupare Dolabella & Antonius, ille Illyrico, hic Curictico litore castra

Prohibetur? Sic legendum jam pridem ex ingenio veritam & jam inventio scriptum in veteri editione quator. ideo religioni fuit, auctori suum non restituit. Modus loquendi, quamquam firmatione non eget, ejus tamen exempla adscribamus, ne quid videamur mutare sine gravi causa. Polyb. l. 18. Hanno castris hostium commeatum, ac quidquid ad necessarios usus requiritur, admittit: unde evenit, ut Romani pariter & obsiderent, & recipere obsiderentur. Dio lib. 49. pag. 466. Antonius quum videretur alios in obsidione habere; ea patiebatur quæ obsessis usiverent solent. & lib. 56. pag. 664. ita ut Tiberius, quum eos in obsidione habere videretur, ipse obsessi mala tulit. Capitulinus in Maximinis cap. 23. deficiabant commeatibus &c. effectum denique est, ut obsessi angustias, obsidens ipse, pateretur. Idem.

Quid enim una post quinque legiones? Nam dementia potius quam virtutis sit, ei resistere velle, cui fortiores ces-

serint. vide supra l. 19. hinc intelligas illud supra 2. 6. *Tota insula in una nocte superata est.* & elegans iustud Livii l. 25. 2. *visusque fratrum ante se strage.* Idem. Cæsar vii. legiones tribus Pompeii legatis ita adscribit: Afranio tres, Petrejo duas, Marco quidem Varroni ulteriorem Hispaniam cum duabus legionibus cessisse tuendam, quem Cæsar, cum Afranium & Petrejum exercitum exiisset bello profectus est, cumque una ejus legio ad Cæsarem transisset, ipse ab ulteriore itinere interclusus. se cum legione altera Cæsari dedit. *Stadius.*

Dolabella. ] P. Dolabella Cæsaris legatus à Marco Octavio & L. Scribonio Libone Dalmatia pulsus. C. Antonius se Octavio cum quindecim cohortibus dedit. Reliquam hujus rei historiam nosler à Luciano poeta libr. 4. mutatus est. *Idem.*

Curictico litore] Expressi quod erat in Nazar. utique cum sic quoque est à secun-

posuissent, jam maria late tenente Pompeio, repente legatus ejus Octavius & Libo ingentibus copiis classiorum circumvenit utrumque. Deditiōem fames extorsit Antonio. Missa quoque à Basilo in auxilium ejus rates, quales inopia navium fecerat, nova Pompeianorum arte Cilicum; actis sub mare sumibus; capta quasi per indaginem. Duas tamen aestus explicuit. Una, quæ Opiterginos ferebat, in vadis hæsit, memorandumque posteris exitum dedit. Quippe vix mille juvenum manus, circumfusi undique exercitus per totum diem tela sustinuit. & quum exitum virtus non haberet, tamen ne in deditiōem veniret, hortante tribuno Vulteio mutuis ictibus in se concucurrit. In Africa quoque pars & virtus & calamitas Curionis fuit: qui ad recipiendam provinciam missus, pulso fugatoque Varo jam superbus, subitum

à secunda manu in tertio. qui prius expresserat Curictio, quod & in mss. Vineri, sed duplici rr. Pal. sec. retinet *Curictico*, editiones anteriores oggerant nobis *Corycæo*; quibus tamen nec suffragantur antiquitus *Cusi*. *Gruntem*. Est autem *Curicticum litus* à *Curicta* quæ in faucibus Adriæ maris sita est. Ptolemæo: *αἰγυῖα*; *Salmastus*.

Pompeianorum arte Cilicum actis sub mare sumibus] Nisi me terreret Lucani 4 449. auctoritas, unde multa de promere Florum prædisimus; rescriberem utique; *Pompeianorum arte circumactis sub mari sumibus*. sed enim *Lu canus*: *At Pompeianus fraudes in æve Flæve Pontis. Antiqua parat arte Cilix.*

Sed adhuc suboffendor; malimque; *actis sumibus*. nam *agere sumes* hoc quidem significat, illectum mihi. Ceterum ad hoc forte exemplum postea Brutus, quum Xanthum obsidisset, &

aliqui fluvium urbem prælabentem, sub aqua tranantes evaderent: *retibus exceptit transverso alveo in altum demissis, quorum in summo tintinnabula appensa illico irretitum nuntiabant.* Plutarchus Brut. o. c. 45. *Freinshemius.*

Inse concucurrit] Ita legendum ex verustissimo Nazariano. Cato contra Risonem: *video hac tempestate concucurrisse omnes adversarios.* sic *excucurrit* Cæsari; *precurrit* Comico, & alia; vide Priscianum libr. 10. *Salmastus.*

Engatque Varo. ] P. Arius Varus, quem Cæsar Auximo profugum, Sulmone captum dimisit incolium, in Africam fugerat, atque ibi occupato Pompeii exercitu imperatorem agebat. Sed à Curione Cæsaris legato profugatus est. Curionis legationis usque adeo eo successu confirmata est, ut Jubæ Mauritaniæ regis cum magnis copiis adventum, temere credens mediocres

*bitum Iuba regis adventum, equitatumque Maurorum sustinere non potuit. Patebat victo fuga, sed pudor suavit, ut amissum sua temeritate exercitum, morte sequeretur. Sed jam debitum par fortuna flagitante, sedem bello Pompeius Epiron elegerat. nec Cæsar moratur. quippe ordinatis à tergo omnibus, quamvis hiems media prohiberet tempestate, ad bellum navigavit. positisque ad Oricum castris, quum pars exercitus, ob inopiam navium cum Antonio relicta, Brundisi moram faceret; adeo impatiens erat, ut ad arcessendos eos, ardente ventis mari, nocte concubia, speculatorio navigio, solus ire tentaverit. Extat ad trepidum tanto discrimine gubernatorem vox ipsius:*

diocres tantum venire cum Sabura regis præfecto, aulus fuerit excipere: quare ipse a rege circumventus & occisus est, exercitusque Cæsaris fugatus. Intercedebant autem Iuba cum Curione privata similitates, quod legem Trib. pl. promulgaverat, qua regnum Iuba publicaverat. Iuba hostis à Cæsare iudicatur, à Pompejo rex & amicus salutatur. *Stadius.*

*Patebat victo fuga, &c.* ] Cæsar de bell. civ. 2. 41. *Curio nunquam amissum exercitum, quem à Cæsare fidei sua commissum acceperit, se in eius conspectum reversum, confirmat, atq; ita præliis interficitur:* Eusebius numero MCCCCLIV. *Curio in Africa pudore amissum exercitum maluit mari, quam evadere. Freinsb.*

*Iam debitum par fortuna flagitante, sedem* ] Sic omnes quoque nostri mss. nisi quod Pal. pr. à correctrice manu, *debitam pari fortuna flagitante sedem.* Scias non percepisse elegantiam vulgati, cujus metaphora petita ab athletis aut gladiatoribus. itaque neque eis accedendum qui aliter heic legunt, nulla addita tamen ratione. *Gruterus.*

Sic apud Papinium Thebad. 1. 11. 125. *Nunc par insandum* — Seneca de provid. 2. 12. *ecce par Deo dignum, vis fortis cum mala fortuna compositus.* Freinshemius.

*Hiems media* ] Pridie Nonas Ianuaras à Brundisio Cæsar solvit cum septem legionibus, & postidie in Epirum appulit. Oricum maritimam Chaonia urbem, eiectionis Pompejanis, & Apolloniam Taulantiorum, totamque Epiron recipit, & dum classarios Pompeii milites undique à littoribus arceret, ad summam eos omnium rerum difficultatem coegit, usque adeo ut infulubus officio maritimo præfectus: frigore & labore confectus morbo consumeretur. Cæsar interea per interuentios compositionem Pompejo offerre non intermittebat, sed ab illo adulatorum suorum vocibus corrupto, nihil pacati referebat. *Stadius.*

*Extat ad trepidum &c.* ] Nazarianus liber; *Extat trepidum,* & supra *ἀπὸ πάλαιός χρόνος, excitat trepidum.* male. Pal. autem vetus amplius legit; *ad gubernatorem Amiclatem.* ita etiam

Lucano

*ipsum: Quid times? Cæsarem vehis. Contractis in unum undique copiis, positisque cominus castris, diversaerant ducum consilia. Cæsar pro natura ferrox, & conficiendæ rei cupidus, ostentare aciem, provocare, lacescere; nunc obsidione castrorum, qua sedem millium vallo obduxerat: (sed quid his obesset obsidio, qui patente mari omnibus copiis abundarent?) nunc oppugnatione Dyrrhachii irrita; (quippe quam vel situs inexpugnabilem faceret.) ad hoc assiduis in eruptionem hostium præliis; (quo tempore egregia virtus Scævæ centurionis emicuit, cujus insuto centum atque viginti tela sedere.) jam vero direptione urbium sociarum, quum Oricum, & Gomphos, & alia castella Thessaliæ vastaret. Pompeius ad versus hæc necesse moras, tergiversari, simul ut hostem interclusum undique inopia commeatuum tereret,*

Lucano 5. 531. vocatur, & aliis, sed *Amiclas Amiclanis.* igitur *Amiclatem* non *Amiclatem* legendum esset. *Salmastius.*

*Contractis in unum, &c.* ] Antonius cum tribus veteranis & una tironum legione, & septingentis equitibus supra Lissum Dalmatiæ Urbem, frustra hostium classe insequente appulerat: eo Pompejus ut Antonium ex insidiis impatatum opprimeret, cum exercitu magnis itineribus proficiscebatur. Antonius per Græcos de Pompeji insidiis præmonitus, se uno die castris continet, & Cæsarem venientem excipit. Pompejus, cum se persequente Cæsare Dyrrachium recepisset, Cæsarem prælio ita vicit, ut ille, ob rei frumentariæ inopiam, castra inde in Thessaliam transferre coactus fuerit. Qua de causa Pompejus à suis imperator salutatus est. Victus Cæsar Pompejo non instan-

te & urgente recentem victoriam, negavit eum vincere scire. Cæsar. Suetonius. Plutarch. *Stad.*

*Vallo.* ] De huius valli mirando opere vide Lipsium in Militia Rom. 5. 13. *In eruptionem hostium præliis* ] Sic & Pal. sec. ac tert. sed enim primus in *eruptione:* Gruterus. prius præmalim, nam in *eruptionem hostium pugnare*, idem est, ac si dicas, in *erumpentes hostes pugnare.* Freinsb.

*Scævæ.* ] Scævæ Centurionis scuto ad Cæsarem relato inventa sunt in eo foramina (ut Cæsar, nisi mendosus est liber, scribit) ccxxx. & in uno castello sagittarum xxx. circiter millia à Pompejanis conjecta fuisse; quatuordecim ex illa una sextæ legionis cohorte (quæ quatuor Pompeji legiones per aliquot horas sustinuerit) centuriones, ipsumque Scævam oculos amississe, ita Suetonius. Cæsar. *Stad.*

Tercæ

tereret, utque ardentissimi ducis confenseret impetus. Nec diutius profuit duci salutare consilium, milites ocium, socii moram, principes ambitum ducis increpabant. Sic precipitantibus fatis, prælio sumpta est Thessalia: & Philippicis campis, Urbis imperii, id est, generis humani fata commissa sunt. Nunquam ullo loco tantum virium populi Romani, tantum dignitatis fortuna vidit. Trecenta amplius milia hinc vel illinc, præter auxilia regum, & Senatus, Nunquam imminentis ruina manifestiora prodigia: fuga victimarum; examina in signis; interdute-

*Tereret*] Ita malui cum edit. Stadii, quam Vineti, aliorumque, *tereret*; licet sic quoque Pall. tres. *Gruterus*. Atque sic etiam legendum conieceram, priusquam Stadianam, aut hanc Gruterianam editionem viderem. nam *terere* est sensim & progressu temporis imminuere. *terere* subito metu avertère. facit huc similis locus supra 2. 6. *maceravit Annibalem, ut qui frangit virtute non poterat; mora comminveretur*. Ex diverso 3. 5. *Campaniam nostram subito adventu terere voluit.* & 3. 8. 3. *prænavigantes subinde inopinato impetu terere.* Quod etiam causæ est, cur apud Tacit. 1. 1. *malim legi temporibus Angusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione detererentur.* non *detererentur*, contra quam doctissimis viris visum est. Nam ingenia non deterebantur, sed manebant eadem quantumvis gliscente adulatione: *detererentur* autem à scribendo, & dicendis temporibus. *Freinsb.*

*Ambitum ducis*] Qua de causa Domitius Anobarbus *Agamemnonem* cum appellavit, & *regem regum*. Plur. Pomp. cap. 111. *quod & ille propter bellum imperitasset regibus.* Appian. de bell. civ. lib. 2. pag. 470. Hæc obretractio cla-

rissimorum quorumque imperatorum proventus sufflaminauit: ut Metellia-pud Sallust. Jug. 64. 13. & Vellei 2. 11. & Luculli apud Dion. princ. lib. 35. Interdum tamen ea suspicio non vana est, sicut Annibal amicis sæpius dissi-fertur; ideo se bellum trahere, ne debellatis Rom. ipse imperio privaretur. Apud Appian. pag. 336. in fine, Pertinet ad illustrandum hunc locum Bruti dictum apud Appian. de bel. civ. lib. 4. pag. 661. *Videor ut Pompejus magnus bellum gesturus, non tam imperatus, quam imparata faciens.* Utrum autem moveri debuerit his objectionibus Pompejus, disputat Plutarchus in vita cap. 137. *Idem.*

*Senatus*] Nemo non videre potest, *Senatus* hac in oratione nullas esse partes, quod indicandum videbatur, ut quatenus nos minus proficeremus, saltem alius mederetur. conieceram tamen, *regum & nationum*, nempe liberarum quæ regibus non suberant Coniungit eadem Sallust. de Repub. 1. 31. *Romanos desessos & exsangues, regi aut nationi prædæ futuros.* *Idem.*

*Fuga victimarum*] Nam & hæc inter prodigia habita. vide Tac. 1. 5. 7. Papi-nii Theb. 11. 228. Silium. s. 52. & alibi.

Cum

*nebra*: dux ipse & nocturna imagine theatri sui audiens plausum in modum plactus circum sonare; & mane cum pullo (nefas!) apud principia conspexitus. Nunquam acrior neque alacrior exercitus Cæsaris fuit. inde classica prius, inde tela. Annotatum quoque committentis aciem Crastini pilum: qui mox ad-

actō

Cum subito Abruptis fugiens altaria

taurus

Exiliit vinclis.

Videbantur enim irati dii, & hostiam aspernantes. Sicut è contra argumentum erat insigniter propitiorum, si femer obrulisset victima, quod factum in oblatione Cyzicena. Plur. Lucullo cap. 20. *Idem.*

*Examina in signis.*] Hoc sæpius prodigii loco annotatum est. ut supra 2. 6. 14. *Sedere tamen in castris Drusi imperatoris* (& quidem copiosissimo examine, vide Obsequentem cap. 131. cum prosperime pugnatum apud Arbalonem est, haud quaquam perpetua ævisum coniectura, qui dixim id ostentum existimant semper. Plinius 11. 17. *Freinsb.*

*Interdute nebra*] Hoc etiam sæpius annotatum inter prodigia, ut apud Livium. 37. 4. *cælo sereno interdum obscurata lux est*, & 38. 36. & Obsequentem sæpius, sicut contra, *nocte interluxisse.* apud eund. Liv. 29. 14. & 23. 29. *Idem.*

*Cum pullo (nefas!) &c.*] Omen præcipue infauftum, & ferale, præsertim apud Rom. qui pullis non utebantur, nisi in luctu vel reatu. *Idem* obigit M. Crasso bello Parthico, referente Appiano pag. 142. Quapropter cum Antonius allocuturus milites, quo miserabilior esset, pullam vestem peteret; amici id non concesserunt. eodem Appiani libro pag. 164. *Idem.*

*Annotatum quoque committentis aciem Crastini pilum*] Is cum omnia stipendia implevisset, sponte iterum mili-

tans, animo suo & virtute magnum ad victoriam momentum attulit. Scribit de eo Lucanus.

— videre parentes

Frontibus adveffis fraternaque cominus arma

Nec libuit mutare locum, tamen omnia torpor

Pectora constrinxit, gelidisque in viscera sanguis

Percussa pietate coit: totaque cohortes Pila parata diu tensis tenuere lacertis.

Di tibi non mortem, que cunctis pena paratur,

Sed sensum post fata tua dent Crastine morti.

Cujus torta manu commisit lancea bellum,

Primaque Thessaliam Romano sanguine tinxit. Zevæc.

Non autem video quid in hoc sit dignum hoc verborum apparatus, & hoc loco, ubi prodigia vel omina recensentur. Convenientius enim omnino fuerit legi, *dictum, quam pilum*, hoc enim pro omine annotarunt Plutarch. Pompejo cap. 117. Appian. pag. 479. & ipse Cæsar de bel. civ. 3. 91. *cujus verba, quod & ea Crastini fuisse videntur, adscribam. Faciam hodie, imperator, ut aut vivo mihi, aut mortuo gratias agas.* Nam hoc vel præcipue pertinet ad alacritatem, quam modo Cæsaris militibus tribuerat auctor. *Freinsb.* Crastinus evocatus erat in exercitu Cæsaris, qui superiore anno apud eum primum lancea in Pompejanos contorta acies commisit, fortissimeque omnium post Cæsarem

actō in os gladio, sic inter cadavera repertus, libidinem ac rabiem qua pugnaverat, ipsa novitate vulneris præferebat. Sed nec minus admirabilior illius exitus belli. Quippe quum Pompeius adeo equitum copia abundaret, ut facile circumventurus sibi Casarem videretur; circumventus ipse est. Nam quum diu æquo Marte contendere, jussuque Pompei fusus à cornu erupisset equitatus; repente hinc signo dato, Germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere

Cæsarem se hoc prælio gessisse dicitur, eumque præcipuam ad victoriam ejus diei operam navasse Cæsar credebatur. Evocati vocabantur milites, qui semel emeriti, gratia imperatoris sui sponte iterum militabant. *Stad.*

*Pompeii fusus à cornu erupisset equitatus.* Pompeius suis victoriam sine vulnere, & incurram tali stragemate promittebat, quod cum multo equitatu valeret, equites Cæsaris dextrum cornua latere aperto aggressuri essent, & à tergo circumventam aciem perturbatamque propulsuri. Hoc Cæsar metuens, ex tertia acie sua singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam aciem 111. M. peditum audacissimorum instituit, quem equitatu Pompeii opposuit, monuitque ne ipsius injussu pugnant: in ipsorum namque virtute ejus diei victoriam consistere. Cum itaque Pompeiani equites à sinistro cornu erumperent, quartæ aciei Cæsaris signum dedit, qui tanta celeritate & impetu se in Pompeii equites contulerunt, dumque facies ipsorum infestis hactis perunt, (quod ex Cæsaris iussu ideo faciebant, ut formosos juvenes deformitatis periculo averterent) ut nemo eorum consisteret, omnesque conversi & fuga incitati altissimos montes peterent. *Stad.*

*Germanorum cohortes* ] Magnus ille

Lipius Milit. Rom. 4. 8. miratur Florum Germanorum cohortes dicere quas Cæsar de bel. civ. 3. 89. ostendat ex ipsis legionibus detractas. Quod mihi quidem secus videtur, nam Cæsar ibi ex tertia acie senas (ita recte Lipius, alii singulas) cohortes detraxit. tertiam autem aciem videtur dicere, cuius tertio loco mentionem fecerat, nempe cohortium, apud quas Domitius curabat, in quibus Germanos miserisse, nemo dubitat. Si vero cum eodem Lipio & Plutarcho Cæs. cap. 64. item Pomp. cap. 115. legere velis; extrema acie, idem sensus proveniret: aciem enim absolute vocat cohortes illas, ut paullo ante etiam fecerat; nam legiones in cornibus constituerat, extrema igitur acie, hoc est ab averfa cohortium parte, detraxit quartam istam aciem. ab averfa inquam parte, ne videlicet à Pompejanis animadverti posset, eique nodo cuneus aliquis quaeri. Hæc igitur tota Cæsaris acies fuerit; Dextrum cornu ipse cum sua decima legione tenuit; ut aperte Plutarchus, nam quod in Cæsaris commentariis dextero cornu P. Sulla præficirur, vereor ut ipsius voluntate factum sit, cum utique max subjiciat se contra Pompejum constituriss; at Pompejum in cornu suo sinistro, ipso Cæsare teste: restat igitur, ut in dextero Cæsar fuerit. Sinistram cornu

tenuit

fecere impetum, ut illi esse pedites, hi venire in equis viderentur. Hanc stragem fugientis equitatus, levis armatura ruina comitata est. Tunc terrore latius dato, turbantibus invicem copiis, reliqua strages quasi una manu facta est. nec ulla res magis exitio fuit, quam ipsa exercitus magnitudo. Multus in eo prælio Cæsar fuit, mediusque inter Imperatorem & militem. Voces quoque obequitantis exceptæ, altera cruenta, sed docta, & ad victoriam efficax; Miles, faciem feri: altera ad jaçtationem composita; Parce civibus: quum ipse sequeretur. Felicem utcunque malis

tenuit Antonius. Media acies ex cohortibus constitit, xxx. numero, ut quidem sensus poscit, quamvis Lxxx. scribatur: additur enim effecisse xxii. millia. ut cohortes fuerint quingentiarum circiter, quod apparet etiam ex Pompeii copiis supra apud eundem Cæsarem, quarum ex. dicuntur effecisse xlv. millia. aut sicut in aliis exemplaribus est, lv. millia. Ex hac igitur tertia sua acie, hoc est, media, Cæsar detraxit sex cohortes, numero tria millia militum, qui certe cur Germani non esse poterint, non video. Nam cohortes in tota ista, etiam Pompejana aciei, descriptione, pro auxiliariis non legionariis accipio. quod certe hoc loco deduci, instituti ratio non patitur. Ceterum Dio etiam lib. 41. pag. 204. ait fuisse pedites, qui inter equitatum præliari consueverant. quod certe alienum à Romanis militibus, Germanis tribuit Tacitus Germ. 6. 6. mixti præliantur: (equites peditisque) congruente ad equestrem pugnam velocitate pedum. Freinsb.

*Miles faciem feri*] Auctores veteres hujus præcepti rationem fingunt eam; in exercitu Pompejano fuisse juvenes formosos, quibus præcipue vultus cu-

ra, & deformationis metus. Sed eos quidem eleganter refellit Rugerfius var. lect. 1. 4. quem vide. Nec tamen ejus sententia accedimus, qua putat eo factum id esse, ut notii vultus turbarentur, neque quis suis, si agnovisset, parceret, eoque pugnandi ardor fessiceret, nam illud nihil fecius accedere poterat, cum & priusquam se mutuo caderent, in conspectu essent; & si maxime deformata facies, ex ipsis armorum insignibus, notoque vocis sono nosci invicem potuissent; sicut autem potuerunt, Dione quidem referente, multos interfectores suis mandata ad suos referendos dedisse. Restat igitur, ut credamus, hanc pugnantiam formam, in quibuslibet præliis efficacem esse, cum hoc modo, dum vitantur vulnera, facies avertatur, eoque motus crescat, & adversariis repercutiendi facultas adimatur. quo pertinet oculorum esse præcipuam hominum curam; quos ideo natura quoque diligentissime muniverit. Ideo Tacitus G. 43. 11. primi in omnibus præliis oculis vincuntur. Nec primus Cæsar hoc advertit, sed etiam ante Romani non exsim feriendo, sed punctim subinde vestis gladiis atendo, qui mucronibus valent; crebro



in malis Pompeium, si eadem ipsum, quæ exercitum ejus fortuna traxisset? Superstes dignitatis sue vixit, ut cum majore dedecore per Thessalica Tempe equo fugeret, ut una navicula Lesbos applicaretur: pulsus Syedris, deserto Cilicia scopulo, fugam in Parthos, Africam, vel Egyptum agitare: ut denique in Pelusio littore, imperio vilissimi regis, consiliis spadonum, & ne quid malis desit, Septimii desertoris sui gladio trucidatus, sub oculis uxoris suæ liberorumque moreretur. Quis non peractum esse cum Pompeio crederet bellum? atquin acrius multo atque vehementius Thessalici incendii cineres recaluerit. Et in Egypto quidem adversus Casarem sine partibus bellum. Quippe quum Ptolemæus rex Alexandria, summum civilis belli scelus peregisset, fœdusq; amicitie cum Casare, medio Pompeii capite saxisset, ultionem tanti viri Manibus quærente fortuna,

caussa

crebro repetitis icilibus pectora & facies hostium cadebant. Auctor Polybius 2. 34. Idem.

Spadonum] Qui potentes eo in regno plerunque, tangit Seneca de benefic. 5. 16. sine capitis. Idque ex moribus Perfarum, de quibus Curtius 3. 3. spadonumque grex, haud sane illis gentibus vilis. Idem.

Moveretur.] Pompejus maxima clade victus, cum duobus Lentulis consularibus, Sextoque filio, & Cornelia uxore in naves e Mitylena recepta, Ægyptum petebat, memor beneficiorum quæ in patrem ejus Ptolemæi, qui tum puer tredecim annorum regnabat, Alexandria contulerat, Pompejus in Ægyptum delatus, justis regis Ptolemæi, auctoritate Theodoti præceptoris, & Photini, percussoribus Achilla præfecto regio, & L. Septimio milite quon-

dam suo, à quibus navicula exceptus, antequam in terram ascendere, occisus est pridie Kalend. Octobr. quo die annos xiiii. de Mithradate & Tigrane triumphaverat: interfectus est annum agens duodevexagesimum pridie natalis sui, teste Paterculo, Cornelia uxor & Sext. Pompejus in Cyprum refugerunt. Casar, post diem tertium inlecutus, cum ei Theodotus caput Pompeji & anulum ejus obtulisset, in quo leo gladium gestans sculptus erat) doluit & illachrymavit. Appianus, Dio, Plutarch. Paterculus, & alii. *Sted.*

Sine partibus] Partes enim proprie dicuntur unius reip. in factiones scilicet cives; exteri homines: quemadmodum antiqui vocabant peregrinos omnes, auctore Festo. *Freinsh.*

Summum civilis belli scelus] Pompeii necem.

Adm

caussa non defuit. Cleopatra regis soror affusa Casaris genibus, partem regni reposcebat. Aderat puella forma, & quæ duplicaretur ex illo, quod talis passa videbatur injuriam: odium ipsius regis, qui Pompeii cadem, partium fato, non Casari dederat, haud dubie idem in ipsum ausurus, si expedisset. Quam ubi Casar restitui jussit in regnum, statim ab eisdem percussoribus Pompeii obsessus in regia, quamvis exigua manu, ingentis exercitus molem mira virtute sustinuit. Ac primum edificiorum proximorum, atque navalium incendio, infestorum hostium tela submovit; mox in peninsulam Pharon subitus evasit: inde depulsus in maria, mira felicitate ad proximam classem evasit: relicto quidem in fluctibus paludamento, seu fato, seu consilio, ut illud ingruentibus hostium telis saxisque peteretur. Tandem receptus à classicis suis, undique simul hostes adortus. de imbelli ac perfida gente, justa generi Manibus de dit.

Aderat puella forma] In qua quantum patrocini sit, expressit Petronius his verbis; *Iam Guiton mirabili forma exarmaverat nautas, ceperat atque etiam sine voce savientes rogare.* *Freinsh.*

Injuriam: odium] Videtur excidisse particula *tum*, sive *jam*, aut quæ similis. dicit enim Cleopatra patrocini fuisse formam, injuriam, tum odium regis. Ad injuriam quod attinet, eam miserationem, & inde favorem conciliare, notat etiam noster infra 4. 4. *Augustum atate & injuria favorabilem.* Sic apud Tacit. 3. 75. *Labeni commendatio ex injuria.* Adde Vellejum 2. 34. *Idem.*

Incendio.] Cum classis Casaris ab hostibus diriperetur, facibus (quibus insignis illa etiam Ptolemæi Philadel-

phi bibliotheca deflagravit) eos submovere coactus est. Post commissam ad Pharon peninsulam pugna, cum quadam naviculam, ut suis opitularetur, conscendisset, ab hostibus oppressus, se è navicula coniecit, ac per ducentos passus natans, elata læva, ne libelli, quos tenebat, maderesent, paludamentum mordicus trahens, in spolio potiretur hostis, vix ad suos evasit incolumis. ita Suetonius, Hirtius, Dio, Plutarch. &c. *Stadius.*

Theodotus, &c.] Theodorus Chius præceptor regis, inopia meliorum etiam in consilium vocatus, cum de Pompejo excipiendo ageretur, ostendit non admittendum Pompejum, ne Casarem victorem irritarent, aut ne sibi Pompejum ut dominum impo-

dit. quippe & Theodotus magister, auctorq; totius belli & ne virilia quidem portenta Pothinus atque Ganymedes, diversa per mare & terras fuga & morte consumpti. Regis ipsius corpus obrutum limo repertum est in aurea lorica honore. In Asia quoque novus rerum motus à Ponto: plane quasi de industria captante fortuna hunc Mithridatico regno exitum, ut à Pompeio pater, à Cæsare filius vinceretur. Rex Pharnaces magis discordiæ nostræ fiducia, quam virtutis suæ, infesto in Cappadociam agmine ruebat: sed hunc Cæsar aggressus, uno, & ut sic dixerim, non toto prælio, obrivit; more fulminis, quod uno eodemque momento venit, percussit, abscissit. Nec vana de se præ-

dicatio

rent, sed occidendum: eo enim officio Cæsaris gratiam posse demereri, qui suorum tranquillitati consuli, quia mortui non morderent: atque ita ex vilissimi mancipii sententia de magni Pompeii capite decretum est. At Theodotus tum quidem occasione temporum supplicium evasit, sed M. Bruti iussu post quadriennium omni cruciatus genere enecatut est. Phorinus, cum eadem in Cæsarem moliri quæ antea in Pompejum crederetur, Cæsaris iussu interemptus est. Ganymedis Arfinoës reginæ præfecti insidiis Achillas est enecatut, at Ganymedes in eodem, quo & rex ipse Ptolemæus, prælio cæsus est. Virilia portenta Eunuchos vocat, qui virilitatem sola facie aut vestitu mentiebantur, virilibus exfectis. *Stadius.*

In aureæ lorice honore] Capitulinus in Maximio juniore. cap. 3. *usus est aurea lorica exemplo Ptolomæorum.* Vinet.

Rex Pharnaces.] Pompejus bello Mithridatico Pharnaces (quia partem Mithradatæ in gratiam Romanorum ad mortem coëgisse credebatur.) Bo-

spori Cimmerii regem constituerat: is observata occasione, qua Romani inter se civilibus armis digladiabantur, patrii recuperandi regni cupidus, Colchida & Armeniam, Cappadociæ & Ponti partem in potestatem redegit. Domitium Calvinum à Cæsare ad eius conatus reprimendos missum profugavit: atque hac victoria ferocior factus, reliquas Ponti partes expugnata Amiso occupavit: hinc cum in Bosporum ad sedandos tumultus domesticos rediret, accepto Cæsaris ex Ægypto venientis in se impetu, sibi subistendum ratus, cum eo ad Zelam ponti urbem congressus, uno prælio fugatus, cum in Bosporum profugeret, ab Alexandro Bosporani tumultus audire necarus est. Cæsar Mithradatæ Pergamenum, cuius opera in Ægypto fidelissima usus erat, regem Ponti constituit, quo factum est, ut merito Cæsar gloriatur sit, se ita cum Pharnace pugnasse, ut eadem hora venerit, viderit, vicerit. *Stadius.*

Ante victum hostem esse, quam visum] Suetonius Cæs. 37. ita rem narrat. *Pon-*

dicatio est Cæsaris; ante victum hostem esse, quam visum. Sic cum exteris, at in Africa cum civibus multo atrocius, quam in Pharsalia. Huc reliquias partium naufragarum quidam furoris æstus expulerat: nec reliquias diceres, sed integrum bellum. Sparsæ magis, quam oppressæ vires erant. Auxerat sacramentum ipsa clades Imperatoris: nec degenerabat ducum successio. quippe satis ample sonabant in Pompeiani nominis locum Cato, & Scipio. Accessit copiis Mauritania rex Iuba, videlicet ut latius vin-

ceret

tentur: id satis ad victoriam. Simile huic exemplum est supra. 2. 2. *Freinsh.*

At in Africa, &c.] Cæsar Romam ex Oriente reverfus, haud multo post vi. Kal. Januarii contra Scipionem & Jubam Mauritaniam regem, in Africam navigavit: ibi enim illi post pugnam Pharsalicam partes Pompejanas denuo confirmaverant, Scipionique imperium detulerant. Scipio præliis aliquot & velitationibus secundis contra Cæsarem factus ferocior, collatis ad Thapsium cum Cæsare signis, funditur, profligatur, ejusdemque castra, itidem Afranii & Jubæ regis eodem impetu, à Cæsare capiuntur. *Stadius.*

Sparsæ magis quam oppressæ vires erant] Hæc itidem ex Luciano 8. 273.

Sparsæ potius Pharsalia nostras, quam subvertit opes. — Ideoque duci sollicitè curandum, ut victis semel hostibus acriter inlæt, nec vires eorum denuo coalescere patiantur. Sic Cæsar harum artium prudentissimus, apud Appian de bell. civil. lib. 2. pag. 478. discurrendo per exercitum supplex orabat, ne gravarentur tantum laboris insuper impendere, dum castra Pompeii capiant: docens, si pariantur denuo coire hostiles copias, minus tantum dies fore victoriam. Et hoc est scire victoriam nisi, quod ignoratum, aut neglectum Annibali, Carthaginem perdidit. *Freinsh.*

— maximus esse est,

Non pugnasse, laborerimus cum temporibus?

Pervenit & vincit. & fortassis ipse Florus supra 2. 7. Introisse, victoria fuit, Pertinet huc (potius quam ad fulgorem oculorum, de quo alias exponitur) illud militum Rom. apud Tacitum 3. 45. viderent modo ad resses, & aspice-

ceret Caesar. Nihil ergo inter Pharsaliam, & Thapson, nisi quod amplior, eoque acrior Cesarianorum impetus fuit, indignantium post Pompeium crevisse bellum. Denique, quod alias nunquam ante imperium ducis, sua sponte signa cecinerunt. Strages à Iuba cepit. ejus elephantum bellorum rudes, & nuper à silva, consternati subito clangore. statim & exercitus in fugam, & duces fortius quam ut fugerent, non inconspicua tamen morte omnium. Iam Scipio nove fugiebat: sed assequutus eum hostibus, gladium per viscera exegit: & ubi esset quodam requirente, respondit hoc ipsum; Bene se habet imperator. Iuba

quum

*Amplior eoque acrior*] Hoc esset major, eoque major, pulcherrimo loquendi modo, & proxime ad auctoris genium. si tamen, ut hoc etiam addam, aliquis Latinorum amplum impetum dixit, aut dicere potuit. Dubium mihi non est, quin post illud amplior aliquid exciderit, cujus sensum certe reponere proptum sit: est autem hic, amplior hic hostium exercitus; eoque acrior &c: nam hoc clamant frequentia: post Pompejum crevisse bellum. Aliter ista comparatio inter Pharsaliam & Thapson non constat. Idem.

*Sua sponte signa cecinerunt*] Dubitante Cesare, atque militum studio cupiditateque resistente, sibi que, eruptione pugnari, non placere clamitante, & etiam atque etiam aciem sustentante, subito dextro cornu, in jussu Cesaris, tubicen à militibus coactus canere cepit. Ita Hirtius de bel. Afric. cap. 82.

*Et duces fortius quam ut effugerent*] Ita quidem Naz. & Pal. sec. nec non ed. nostra vetus, & possit explicari, fugisse quidem, sed non ut cuperent effugere, verum ut suo arbitratu morentur, res tamen ipsa, præcedentium-

que & sequentium verborum sensum movet, ut amplectar Salmastii correctionem, qui pro vulgata lectione & *Duces fortius quam ut fugerent*, reponit, *nec duces fortius quam ut fugerent*. nam hoc dicit Florus, & exercitum fugisse, & vero duces ipsos; hos autem fugge fœditatem emendasse decore exitus quorum enim alias illa particula *amen*; non *inconspicua tamen morte omnium*; illa particula nec in & corrupta legitur etiam in Arnobii scriptis lib. 3. pag. 133. *Et audetis adscribere causam nobis offensivis dorum: cum, si iudicatio fiat, certissima in vobis reperitur h. ec. esse, & in contumelia, quam optinamini flare. Sensus enim inibi vult, nec in contumelia &c. Freinshemius.*

*Bene se habet imperator.*] Q. Metellus Scipio Pompeji focer erat, ad quem ut proconsularem (erat enim à genere Pompejo, qui solus consul erat, inquitque reliquos menses subrogatus anno dccr.) M. Cato, qui prætorius tantum fuerat, omne imperium detulerat, non semel ejus vel pervicaciam vel arrogantiam culpatus, quod Casarem prætorii potius aggrediendum, & rem dubie

Marte

quum sese recepisset in regnum, magnifice epularis, postero die cum Petreio fugæ comite, super mensas & pocula interficiendum se ei præbuit. ille & regi sufficit, & sibi: quum interim semese in medio cibi, & parentalia fercula regio simul Romanoque sanguine mædebant. Cato non interfuit bello: positus est apud Bagradam castris, Uticam, velut altera Africa claustra, servabat. Sed accepta partium clade, nihil cumctatus, ut sapiente dignum erat, mortem etiam letus accivit. Nam postquam filium comitesque ab amplexu dimisit, in nocte lecto ad lucernam Platonis libro, qui immortalitatem animæ docet, paullulum quievit. tum circa primam vigiliam stricto gladio revelatum manu pectus semel iterumque percussit. Ausi post hoc virum medici violare fomentis. ille passus

Marte periclitandam, quam impetum Cesaris mora & fame frangendum, ut Cato suadebat, putaret. Victus autem cum in navem se conjecisset, in Hispaniam ad Cn. Pompejum fugam cogitabat: sed tempestate ad Hipponem Regium delatus, a P. Sitti classe circumventus, honestæ morti vocem quoque adjecit: quærentibus enim hostibus Imperatorem, dixit, Imperator bene se habet, atque se percussum in fluctus intulit. De hujus Scipionis prænomine ambiguum esset quid sequeris, quia Appianus vocat Lucium, & Dio L. Astatici filium, nisi Ciceronis auctoritatem habeas potiorum, qui ad Atticum satis testatur, hunc P. Cornelii Scipionis Næficæ Serapionis filium fuisse, qui anno dxxii. consul fuerat, ex quo genitus hic Scipio in familiam Metellorum adoptatus, Q. Cæcilius Metellus Scipio appellatus est. *Stad.*

*Ille & regi sufficit & sibi*] Consentit Livii Epit. 114. Petrejus Iubam, seque

interemit. Aliter Dio lib. 43. pag. 245. Appianus de bel. civ. lib. 2. pag. 490. quorum consensum cum Seneca de provid. 2. 15. qui alterum alterius manu casum ait, notavit ibi Lipsius. Hirtius de bel. Afric. cap. 94. *fr. minor imbecillitatem Iuba Petrejum* (Sive potius ut Rubenius elect. 1. 10. corrigat; Iubam Petrejus) facile sero consumpsit. deinde ipse sibi cum conaretur gladio transigere pectus, nec possit; præcibus à servo suo impetravit, ut se interficeret, idque obtinuit. Orofius 6. 16. & modo citatum Chronicon Adonis, Iuba percussori jugulum pretio dato præbuit: Petrejus eodem gladio se perfodit. quem idem Rubenius egregie emendat; jugulum Petrejo præbuit. Freinsh.

*Violare fomentis*] Tam mali exempli esse occidere dominum, quam prohibere (h. e. utrumque mali exempli esse) ait Stoicus quidam apud Senec. epist. 77. Alia in hanc sententiam apud Senec. patrem epist. controverf. 3. 9. cuius princip-

*sus dum abscederent, rescidit plagas: sequit aque vis sanguinis moribundas manus in ipso vulnere reliquit. Quasi non esset usquam dimicatum, sic arma rursus & partes. quantoq; Africa supra Thessaliam, tanto Africam superabat Hispania. Plurimum quantum favoris partibus dabat fraternitas ducum, & pro uno duos stare Pompeios. Itaque nusquam atrocius, nec tam ancipiti Marte concursus est. Primum in ipso ostio Oceani Varus Didiusq; legati conflixere: sed acrius fuit cum ipso mari, quam inter se navibus bellum. siquidem velut furorem civium castigaret*

Ocea-

principio scribendum: ecce herus (non heres) jubet, quod tu vetas. Lex Cornelia vetat misceri venenum, id iussit herus: legis autem major potestas quam hominis. Idem.

*Sequitur; vis ] Seneca de provident. 2. 16. gladium sacro pectori infigit, viscera spargit, & illam sanctissimam animam, indignamque qua ferro contaminaretur, manu educit.*

*Quasi non esset usquam dimicatum] Cn. Pompejus a militibus Cæsaris, qui ne pœnas ob seditionem darent, metu a Cæsare defecerant, accessit in Hispaniam ulteriorem venerat, (cui & Sextus ejus frater, Labienus, & Varus post cladem Africanam se conjunxerant) magnam reparaverat exercitum, usque adeo ut Q. Peditus, aut Q. Fabius Maximus, quos legatos antea Cæsar, exercitui præfecerat, jam Pompeji impetum sustinere non possent: quare Cæsar magnis itineribus, cum exercitu spatio xxvi. dierum in Hispaniam venit, obsidente Ullam Cn. Pompejo. Cæsar adducto ad Cordubam, qua à Sexto Pompejo tenebatur, exercitu, Cn. ab Ulla quam prope cæperat, avocavit: ipse Atteguam cir-*

cumvallatam obsedit: eo Pompejus accurrens, equitatum Cæsaris circumventum prope concidit, Attegua post à Cæsare capta est ante diem xi. Kal. Martias: ipse Imperator appellatus est: deinde Corduba, post Hispalis, postremo Munda pridie Idus Aprilis in potestatem Cæsaris pervenerunt. In ultimo prælio ad Mundam desperatis rebus etiam de nece cogitasse dicitur: Labienus & Varus in hoc prælio ceciderunt: quod Liberalibus factum scribit Plut. hoc est, ante diem xvi. Kal. Aprilis, quo die ante quadriennium Pompejus primum belli civilis causam ab Urbe profectus fuerat. Stad.

*Plurimum quantum ] Primumquam vidissem scriptos codices, particulam que tollebam, quæ nihil hic facere videbatur. sed illi aliter me expedierunt in quibus (Pal. pr. & sec. ut & ed. nostra vetera) legitur, ut rescriptissimus, omnino recte, hellenismus plurimum quantum, ἄλλοῖσιν ὄσων, sic ninimum quantum, μινῶν quantum, immane quantum, & similia apud alios usurpata. in Pal. tert. plurimum quidem legitur; sed standum putamus illis, quæ nobis ἀντιλήθη videntur. Salmastius.*

Munda

*Oceanus, utramque classem naufragio cecidit. Quinam ille horror, quum eodem tempore fluctus, procellæ, viri, naves, armamenta confligerent? adde situs ipsius formidinem; vergentia in unum, hinc Hispania, inde Mauritania litora; mare & intestinum, & externum; imminentesque Hercules speculas; quum omnia undique simul prælio, & tempestate sevirerent. Mox circa obsidiones urbium utrimque discursus est: quæ miseræ inter hos atque illos duces societatis Romanae pœnas dabant. Omnium postrema certaminum Munda. hic non pro cætera felicitate, sed anceps, & diu triste prælium: ut plane videretur nescio quid deliberare fortuna. Sane & ipse ante aciem mæstior non ex more Cæsar; sive respectu fragilitatis humane, sive nimiam prosperorum suspectam habens continuationem; vel eadem timens, postquam idem esse cæperat*

*Munda] Munda, apud quam ultimum prælium a Cæsare gestum est, teste Luciano, distabat à Corduba passuum millia quinque, quantum ex Strabone & Hirtio colligitur: iste enim Cordubam à Carteja distare clxx. millia passuum refert: ille Mundam à Carteja millia & quadringenta stadia, quæ colligunt millia passuum clxxv. distantia itaque inter utrumque numerum scilicet quinque millia passuum, spatium quo Munda & Corduba distabant, referret. Stad.*

*Vel eadem timens. &c.] Cæsarisne adzatem, qui fere nunc Pompejo morienti æqualis, referendum hoc erit, an ad fortunam Cæsaris, qui jam totius Orientis & Africae victor erat? postquam enim Pompejus de Oriente triumphaverat, ut nunc Cæsar, nihil unquam tanta deinceps gloria & imperatoria laude dignum gesserat, quasi jam*

consenscentis fortunæ favore destitutus. Stad.

*Postquam idem esse cæperat ] Hoc est, postquam ad idem imperii gloriaeque culmen ascenderat. & sane timendi causam habenderat. Maxime enim cuique fortunæ minime credendum est, ait Annibal apud Livium 30. 30. Sic Camillus precatus, ut si cui deorum nimia felicitas populi Rom. videretur; ejus invidia suo aliquo incommodo satiaretur. Val. Max. 1. 5. 2. Sic Aemilius Paullus post enumeratas res prosperrime gestas, subjungit; Mibi quoque ipsi nimia jam fortuna mea videtur, eoque suspecta esse &c. idem Liv. 41. 45. Sic Alexander illam ipsam fortunam, qua aspirante res tam prospere gesserat, verebatur. Curtius 3. 8. quomodo & ejus pater, rebus ex toto fluentibus, dicitur veneratus fortunam, ut quam minimo incommodo felicitatem istam lucret. Igitur non ab-*

Z 4

surde

cæperat quod Pompeius. Sed in ipso prælio, quod nemo unquam meminerat, quum diu pari Marte acies nihil aliud quam occiderent, in medio ardore pugnantium subito ingens inter utrosque silentium, quasi convenisset. Novissime illud inusitatum Cæsaris oculis nefas, post quatuordecim annos probata veteranorum manus gradum retro dedit. quod etsi nondum fugerat, apparebat tamen pudore magis, quam virtute resistere. Itaque ablegato equo, similis furenti, primam in aciem procurrat. Ibi prensare fugientes, confirmare, per totum denique agmen oculis, manibus, clamore volitare. Dicitur in illa perturbatione & de extremis agitasse secum, & ita manifesto vultu fuisse, quasi occupare manu mortem vellet, nisi cohortes hostium quinque per transversam aciem acta, quas Labienus periclitantibus castris subsidio miserat, fugæ speciem præbuisset. hoc aut & ipse credit, aut dux callidus, arripuit in occasionem: & quasi

in furde Carthaginensium legati Romanos per timendam felicitate Nemesin deprecantur. Non absurde ad idem referas Senecam in Troadibus versus 242. Siquis victor operis exemplum horruit, Didicique Achilles & dea natos mori. Freinsh.

Nefas ] In aliis editionibus male concluditur parenthesi. referendum enim est ad illud inusitatum, cumque eo construendum; sic supra eadem Pompei summum civilis belli scelus appellat, & 3. 1. Jugurthæ consilium, inchoatum nefas. quomodo Tacitus 1. 8. occisus dictator Cæsar, aliis pessimum, aliis pulcherrimum facinus videbatur. & Seneca Natural. quæst. 6. 23. de rebus Alexandri; nihil tam magnam erit, quam scelus Callisthenes. Hic loquendi

modus paullo ignotior librariis, fæde corruptit Livium 36. 25. de Damocrito; ob eam ferociam majus victoribus gaudium traditum fuit. apparet legendum; traditus, & de ipso Damocrito capiendum, Adde supra 1. 18. Idem.

Gradum retro dedit ] Quidam, gr. r. fecit, non male, gradum facere, ut pedem facere, — una omnes fecere pedem, Salmastius.

Arripuit in occasionem ] In hunc modum se habent omnia exempla que refert Frontin. Strateg. 2. 7. Pertinet eo monitum Onofandri in Strategico cap. 23. ubi demonstrat; utile esse in ipsi conflictu imperatorem sancta & læta militibus inclamare, etsi ea falsa sunt. Adde supra 3. 3. Similimum in Livio 2. 64. Romani, quia paucitas damno sentiendo

in fugientes invectus, simul & suorum erexit animos, & hostis perculit. nam hi dum se putant vincere, fortius sequi, Pompeiani dum fugere credunt suos, fugere cæperunt. Quanta fuerit hostium cædes, ira, rabiesque victoribus, sic æstimari potest. hoc à prælio profugi quum se Mundam recepissent, & Cæsar obfideri statim victos imperasset, congestis cadaveribus agger effectus est, quæ pilis jaculisque confixa inter se tenebantur. fædum etiam inter barbaros! Sed videlicet victoriam desperantibus Pompeii liberis, Cnaum prælio profugum, crure saucio deserta & a via petentem, Cesonius apud Lauronem oppidum consequutus, pugnantem (adeo nondum desperabat) interfecit. Sextum fortuna in Celtiberiam interim abscondit; aliisque post Cæsarem bellis reservavit. Cæsar in patriam victor invehitur. Primum de Gallia triumphum transmiserat Rhenus, & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus. Alter laurus Egyptia. tunc in ferculis Nilus, Arsinoe, & ad simulacrum ignium ardens Pharus. Tertius de Pharnace currus, & Ponto. Quartus Iubam & Mauros, & bis subactam ostendebat Hispaniam. Pharsalia, & Thapsos, & Munda

propter erat, gradum retulissent, ni salubri mendacior consilii fugere hostes ab altero cornu clamitans, concitasset aciem, impetu facta, dum se putant vincere, vicere. Nam (verba sunt ejusdem auctoris 34. 12.) Sæpe vana pro veris, maxime in bello valere: & credens se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia & sperando atque audendo servatus est. Freinsh.

Victor, Quintum hunc triumphum Cæsaris numerant tabulæ Capitoline

& Paterculæ, quo devictis Pompeii liberis ex Hispania mense Octobri reiverfus, triumphavit, an. DCCLX. Anno superiori quatuor duxerat triumphos, Gallicum, Alexandrinum, Ponticum, Africanum, in quo etiam Juba regis filius is qui historiam scripsit, ductus est. Stad.

Bis subactam Hispaniam. ] Bis à Cæsare Hispaniam ante hanc de Pompeii liberis victoriam esse subactam observavi, semel cum Lusitaniam post urbanam

*Munda nusquam. & quanto majora erant, de quibus non triumphabat! Hic aliquando finis armis fuit. reliqua pax incruenta: pensatumque clementia bellum. Nemo casus imperio præter Afranium. fati ignovrat semel. & Faustum Syllam. didicerat generostimere. filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sylla. hic posteris cavebatur. Itaque non ingratis civibus, omnes unum in principem congesti honores: circa tem-*

nam præturam vicit, coactus triumphum dimittere, ut præsens consulum peteret anno dccciiii. Iterum cum Afranium & Petrejum legatos Pompeii, iidem Varronem exercitibus exiisset an. dccciv. *Stad.*

*Quanto majora erant*] Nempe non barbaris artium belli rudibus, aut molibus Asiaticis devictis; sed ipsi civibus, ipsis Romanis. Quæ victoria per se fati magna, splendorem auxit etiam eo, quod non ostentabatur: quomodo apud Tacitum 3. 67. in funere Junia præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso, quod effugies eorum non visebantur. Eodem dicit Catonis dictum apud Marcellinum 14. 15. qui interrogatus, quamobrem inter multos nobiles statuum non haberet? *Malo, inquit, ambigere bonos, quamobrem id non meruerim; quam, quod est gravius, cur impetraverim missitare.* quod & apud Plutar. est in vita cap. 37. & hæc est commendatio ex injuria, ut loquitur Tacitus 3. 75. vel ut noster infra 4. 4. injuria favorabilem esse. *Freinsh.*

*Nemo casus imperio, præter*] Immo ne his quidem voluntate ipsius interemptos putant. Sueton. in vita 75. *Idem.*

*Generos.*] Generos Cæsaris vocat, Pompejum primo generum ipsius Cæsaris, deinde Pompeji ipsius generum Faustum Syllam, qui duxerat filiam generi Cæsaris, & quasi ut ita dicam erat progener Cæsar. Neptium enim

Cæsar uxorem habebat, filiam Pompeii. ideo vocat generos Pompejum & Faustum Syllam. Pompejo filia Cæsaris nupserat, Fausto Syllæ nepos ejusdē Cæsaris. Utrique igitur generi dicuntur Cæsaris, quāvis de Sylla minus proprie, qui potius progener esset. *Salmaf.*

*Filiamque Pompeji, &c.*] In Floro nostro aut verbum, conservavit, in contextu prætermisum est, aut diversus abijt ab Hirtio, qui Cæsarem Pompeji Fausti Sullæ conjugi ejus liberis reliquisque rebus omnia incolumia concessisse scribit. Faustum Pompeii generum, Afraniumque dum post cladem Africanam per Mauritianiam in Hispaniam contendunt, cum M. D. quos ex fuga collegerat, à P. Sirtio insidiis exceptos captosque, & ab exercitu ejus in disensione quadam occisos, testatur Hirtius, ita ut ab hac invidia Cæsarem liberet, ejusdemque sententia aliquot etiam scriptores fuisse Suetonius in Cæsare testatur. L. tamen Cæsarem cognatum suum, ut semper sibi infestum, jussit occidi, ut Dio scribit.

Afranium autem in Hispania initio civilis belli incolumem demiserat: nunc ille iterum arma cum contra Cæsarem sumisisset, merito casus videbatur. Faustum Sullam ut Pompeji generum, & hinc ut novas partes contra se constituraturum, occidendum putavit. Orofius autem eadem cum Floro refert de Pompejæ & ejus liberorum eadem. *Stad.*

*Circa*

*templa imagines, in theatro distincta radiis corona; suggestus in curia; fastigium in domo; mensis in cæ-*

*lo;*

*Circa templa imagines.*] Nescio quid hæc sibi velint, nisi forte quod Suetonius in vita 76 simulacra juxta deos, sed insolentior est pro hoc significatu oratio, suspicor locum corruptum. & de posterioribus quidem verbis non dubito, quin recto casu concepta fuerint; *templa, imagines:* illud circa turbat, ita tamen ut appareat loqui de honore qui in circo ei exhibitus, cujusque meminit dicto loco Suetonius. *Freinsh.*

*Distincta radiis corona.] Effugie meminim,* ut appellat Tacit. 1. 10. ea enim ita pingebantur, sicut & nostrates Sancti. Splendorem enim, quem emittere credebantur, exemplo Jani apud Ovid. Fast. 1. 94. per radios istos significant, quales jacere solet Solis jubar, aut stellarum fulgor. Martialis epigr. 1. 71. — *radiata colossi Moles.* Papius Theb. 1. 27. — *licet ignipedum feneratorum, Ipse tuis alte radiantem crinibus arcum Imprimat.* — qui Poëta simul respicit omen Augusto oblatum, idque artificiose suo principi accommodat. De Augusto vide Vellejum 1. 59. Plinius panegy. cap. 52. hoc sensu *radiatum caput* profert. Lucanus 7. 458.

*Fulminibus manes, radiisque ornabitur astra.*

Ubi tamen non video quid *astra* sibi velint, eoque potius credam fuisse, *radiisque honorabitur, & hastis.* Nam & hæc inter deorum insignia. Justinus 43. 3. *Idem.*

*Suggestus in curia.]* Cippus modicæ altitudinis, in quo statueretur sella aurea, ut vere putat Casaubonus ad Suetonium hoc loco. Nam de columna Dionis, cujus ibidem mentio, vix arbitraretur hæc trahi posse; quamvis & ipse non videam, quid illa fieri debeat. Apud Dionys. tamen 3. 1. est columna cum inscriptione quæ virtutem ejus

ad posteros testaretur, quæ non quidem regi dicata, sed tamen regum tempore; ut appareat ipsis quoque hunc honorem haberi solitum. Possent igitur fortassis ita se res habere, ut quædammodum leges, aliaque ad memoriam columnis insculpebantur, ita clarorum etiam virorum res gestæ, & præconia. *Idem.*

*Fastigium in domo.]* Fastigium quale hoc loco intelligatur, nempe ipsius fastigii ornamentum, & ut ita dicam profastigium, eruditissime explicat Salmasius ad Capitolinum sine Pescennii. Plutarchus ἀνεγορεύειν vocat in vita cap. 91. Meminit ejus Julius Obsequens cap. 126. *Caipurnia uxor somnavit, fastigium domus, quod sicut erat adjectum, ruisse.* Scribe, quod Sæto erat adjectum, nam ita expresse Livius apud Plutarchum dicto loco. *Idem.*

*Mensis.]* Lege Antonia Julius mensis, qui antea Quintilis erat, dictus est: quia Julius IV. Idus Quintileis natus erat, C. Mario, L. Valerio Flacco coss. anno dccciiii. Cæsar etiam annum correxit, & ad Solis anfractus ex trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante dimensus est, cumque Sosigenis, & Mathematicorum, quos in Ægypto consuluerat, traditione ita ordinavit: unde annus iste, quo etiam nunc utimur, Julianus dictus est. Annotavit etiam in Fastis orientium & occidentium siderum dies, in quos Cicero acerbe jocosus est; cui quidam posttridie Lyram oriri dixisset, nimirum, inquit, ex edicto, ramquam eam quoque parendi necessitatem hominibus Cæsar imposuisset. Plin. Plutarch. alii. *Stad.* Hoc exemplo Augustus mensi nomen dedit, & plures alii, Nero, Commodus &c. quæ tamen appellationes cum auctoribus suis extinctæ. *Freinshemius.*

*Parti*

lo; ad hoc pater ipse patriæ perpetuusque dictator: novissime, dubium, an ipso volente oblata pro Rostris ab Antonio consule regni insignia. Quæ omnia velut insulæ in destinatam morti victimam congerebantur. Quippe clementiam principis vicit invidia. gravisque erat liberis ipsa beneficiorum potentia. Nec diutius dilatio donata est: sed Brutus & Cassius, aliique patricii

Pater patriæ ] Qui honos Ciceroni primum obigit, Plutarch. in vita cap. 31. Juvenalis 8. 244.

Regni insignia. ] Lupercalibus, hoc est, xvi. Kal. Mart. cum Cæsar pro Rostris in aurea sella sedens, amictus toga purpurea, spectaret Lupercos, Antonius consul unus è Lupercis ad sellam accessit, & capiti ejus diademata lauro circumposita imposuit, quod Cæsar cum plausu populi rejectit. Lupercalibus multi nobiles adolentes, & magistratum etiam gerentes, nudi per Urbem discurrerant, & obvios, quosque per risum jocumque hirsutis feriebant: multæ etiam matronæ nobiles de industria ipsis occurrerant, manusque verberibus tanquam in ludo literario præbebant, ad facilem partum gravidis, & ad fecunditatem sterilibus id conducere persuasæ. Plutarchus in Antonio, Cic. in Philip. secunda. Stadium.

Gravis erat liberis ipsa beneficiorum potentia ] Latius deducit hoc Seneca de benef. 2. 18. &c. Mitius autem hoc expressit auctor, licet idem vellet, quod Curtius 6.6. Alexander gratiam liberalitate donisque recuperare tentabat, sed, ut opinor, liberis pretium servitutis ingratum est, & Alianus var. hist. 1. 2. 62. Hominum libero non est, meo judicio, digna merces, que cum injuria tanta comparetur. Sic antiquior pop. Romanus nullius acrior custos quam libertatis fuit; nullusque in pretium ejus potuit largitione corrumpti. Freinshemius.

Brutus & Cassius. ] M. Brutus & C. Cassius conjurationis illius in Cæsaris perniciem principes, clade Pharsalica ab eo conservati erant, & nunc honoribus ornati, tamen cum plusquam sexaginta senatoribus conspiraverant in ejus viri necem, pro cuius salute paulo ante & ipsi & Senatus se suosque devoverat, ejusque vitam se protecturos juraverat. Atque cum Cæsar idibus Martiis, quas ejus cardo destinaverant, Senatam per Antonium consulem dimittere, nec prodire decrevisset, vel uxoris suæ infomniis perterritus, vel valetudine imbecilliore tardatus, vel aruspicum obnuntiationibus percussus, tandem à Decimo Bruto, quo familiarissime utebatur, persuasus, ne scilicet Senatus dignitatem aliqua superbia offenderet, quinta fere diei hora progressus est. Cumque ipsi libellus index conjurationis esset oblatas, & adjectum quoque, ut eum mox legeret, pertinere enim ad ejus salutem: tamen à Decimo Bruto ita & conjurationis conscius studio est dissentus, quod ne legere quidem eum potuerit: Cæsar vero cum in Senatam veniens confedisset, Cimber Tullius, vel ut pro fratre exsule deprecaturus, propius accessit, ejusque togam utraque manu apprehensam à collo detraxit, quod signum conjuratis erat ipsum invadendi, Casca eum primus, ut convenerat, circa cervicem, ut Plutarch. ut alii, circa jugulum pugione percussit: Cæsar Casca brachium graphio trajecit,

patricii consenserunt in eadem principis. quanta vis fati manaverat late conjuratio. libellus etiam Cæsari datus, eodem die nec perlitare centum victimis potuerat. venit in curiam tamen, expeditionem Parthicam meditans. ibi in curuli sedentem eum senatus invasit: tribusque & viginti vulneribus ad terram datus est. Sic ille, qui terrarum orbem civili sanguine impleverat, tandem ipse sanguine suo curiam implevit.

## CAP. III.

## Cæsar Augustus.

**R**Opulus Romanus, Cæsare & Pompeio trucidatis, redisse in statum pristinae libertatis videbatur: & redierat, nisi aut Pompeius liberos, aut Cæsar heredem reliquisset: vel, quod utroque perniciosus fuit; si non collega quondam,

cir, conatusque proflire, altero vulnerere tardatus est: cumque animadverteret se undique strictis pugionibus invadi, toga caput involvit: & ad Pompeii statuam prolapsus, xxiii. vulneribus confossus est: periit anno ætatis suæ sexto & quinquagesimo. Curiam in qua occisus, obstrui placuit. Idus Martias Parricidium nominati, & ne unquam eo die Senatus haberetur. Percussorum nemo ultra triennium vixit, violenterque omnes perierunt; pars naufragio, pars proelio, nonnulli ferner eodem pugione, (quod de Cassio scribit in Cæsare Plutarchus) quo Cæsarem violaverant, interemerunt Stadium.

Libellus etiam Cæsari datus est eodem die. ] Erravit Cæsar dum eum legere neglectis, nec minus post eum Imperator Nicephorus, conjugis suæ & Tzimisæ scelere preemptus. Iterum monui nullum unquam indicium temere negligendum esse, nec ob vilitatem conditionis sperni ullos debere qui aliquid referunt. Ego plebeios rumores, & invidorum fabulas nolo laudare, sed & ista etiam audiri, & exacta prudentia examinari debere statuo. Vilissimo certe scorto, quod Catilina & aliorum pessima consilia detexit, salutem suam debuit libertas Romana. Nam si illius indicium neglectisset Cicero, actum de pulcherrimo imperio fuisset. Zevocat.

Cum Cæsaris percussores in Capitolium se à perpetrato facinore receperissent, Cicero ante diem xvi. Kal.

Aprilis, (Ciceronem Plutarch, hujus conjurationis non fuisse conscium testatur) quantum in ipso fuit, jecit fundamenta

*dam, mox amulus Casariana potentia, sax & turbo sequentis seculi, superfuisset Antonius. Quippe dum Sextus paterna repetit; trepidatum toto mari: dum Octavius mortem patris ulciscitur, iterum suum movenda Theffalia; dum Antonius varius ingenio, aut successorem Caesaris indignatur Octavium, aut amore Cleopatraz desiscit in regem. nam aliter sal-*

*uus*

damenta pacis, Atheniensium renovavit vetus exemplum, Græcum etiam verbum *ἀντιστιον* usurpavit, quo tum in sedandis discordiis usa erat civitas illa, atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censuit. Habuit & Antonius orationem de concordia, eiuque parvus filius in Capitolium missus, pacis obfes fuit: itaque percussores ē Capitolio descendere. Brutus apud Lepidum, Cassius apud Antonium, ceteri apud alios cœnarunt. Atque omnia hæc Antonius callide simulabat, quousque se suaque præsidis contra omnem metum muniisset. postero enim die cum Cæsar funere elatus, & M. Antonius oratione funebri ad lamentationem & commiserationem composita, per quam gestibus, & cruentata Cæsaris toga, & imagine fœdata sanguine, populum, contra oblivionis decretum, & ad percussorum ultionem, accendebat. Plebs cum facibus ē rogo raptis ad domum Bruti Cassique & aliorum contendebat, atque ægre vi manibus & precibus vicinorum repulsa ab incendio fuit. Erat inter coniuratos delibaturum, an Antonius, quem ut propagatorem regni Cæsariani oderant, etiam interimendus esset cum Cæsare: sed cum iudicio Bruti Antonium satis honesta causa occidi non posset, tunc quidem dimissus est. *Stad.*

*Sextus*] Antonius ut artibus suis Senatuum magis deciperet; etsi populum

seditione in percussores Cæsaris irritaverat: ad Senatum tamen retulit de Sexto Pompeio, Magni omnibus considerati filio, qui tum a Cæsarianis in Bætica oppugnabatur, utque pro paternis bonis in ararium relatis daretur ei de publico festertium bis milles: ad hæc decerneretur ei, sicut prius patri, maris imperium, clasisque daretur ad usus necessarios. Patres mirabundi probaverunt omnia: atque ita Sextus in Siciliam Scto evocatus est, ex qua postea Cæsari Augusto difficilimum bellum movit. Appianus, Dio, alii, *Stad.*

*Ingenio aut successorem &c.*] Expungebam olim particulam aut utroque loco, eamque emendationem Berneggero probaveram. Et sane videtur ita scripserisse Florus. Prius enim causas enumeravit, quapropter libertatem non reciperaverit populus, Pompejum, Cæsarem, Antonium: ordine profequitur quid singuli motuum excitaverint, quidve in quietem & rempubl. peccaverint. Et sane frequentet particulas huiusmodi inferciunt librarum; quod & factum opinor. I. C. de tyronib. lib. 1. ubi scripserim; aut veteranus censibus obnoxius. quæ enim alius causa veteranos arcendi militia? *Freinshemius.*

*Desiscit in regem*] Elegantissime & plane ex animo veterum Romanorum, quibus adeo exosum erat nomen regis in suis civibus, ut hæc præcipua Cæsareana

*uus esse non potuit, nisi confugisset ad servitutem. Gratulandum tamen in tanta perturbatione est, quod potissimum ad Octavium Casarem Augustum summa rerum rediit: qui sapientia sua atque solertia, percussum undique & perturbatum ordinavit imperii corpus: quod ita haud dubie nunquam coire & consentire potuisset, nisi unius præsidis nutu, quasi anima & mente regeretur. Marco Antonio Publico Dolabella consulibus, imperium Romanum jam ad Cæsares transferente fortuna, varius & multiplex civitatis*

fæcænz necis causa memoretur. Sic Scipio cum ab Hispanis rex appellaretur, respondit, regium nomen alibi magnum, Roma interandum esse. Liv. 27. 21. 4. *Idem.*

*Summa rerum*] Monarchiam Augusti intelligit, sive merum unius Principis absolutum imperium: nec enim republica tot civilibus bellis labefacta, civibus ob privata odia bellantibus attrita, & partium studio semper alente discordiam tentata, aliter conquiescere & respirare potuit, quam si ad unius optimi principis jus, potestatem, atque imperium, quod magistratum, Senatus ac populi fuerat, transferretur. *Stad.*

*Quod haud dubie nunquam coire & consentire potuisset, nisi unius præsidis nutu, quasi anima & mente regeretur.*] Apud Iustinum. l. 1. consulentibus de sine discordiarum Phrygibus, oracula responderunt, Rege discordiis opus esse. Sæpe nempe adeo corruptæ Republicæ sunt, ut nisi mutato statu uni pereant, salvæ esse non possint. Quod plerumque evenit, quia quæ contra illas sunt, in principio exigua esse videntur, & ideo contemnuntur: Nec ante ea, etiam sæpe qui prudentissimi esse putantur, curant, quam dum amplius emendari non possunt. *Zerico.*

Eadem prope verba Taciti. 1. 12. *Unum esse reip. corpus, atque unius animam regendum.* Seneca de clement. 1. 3. *Immensa multitudo unius (malum uni) anima circumdata, illius spiritu regitur, & mox mens imperii dicitur imperator, aut Rex. Rem quod arinet, ait Tacitus 1. 9. non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quam ut ab uno regeatur.* & iterum H. 1. 1. *omnem potestatem ad unum conferri pacis interfuit.* Freinsh.

*Publio Dolabella.*] P. Cornelius Dolabella cõsul designatus erat, ut Cæsari ad Parthicum bellum profecto succederet: eo occiso, ipse natus annos xxv. consulatum invasit, & in Syriam contendit, quam cum legionibus a Cæsare in Parthicum bellum præmissis, populi suffragiis, & Antonii auxilio obtinuit, & a Pergamo & Smyrna per C. Trebonium unum ē Cæsaris percussoribus, exclusus, noctu reverfus, ex inferato Smyrnam invadit, & urbem ex insidiis occupat. Trebonius in cubili suo deprehensus, & omni cruciatu corporis primum vexatus, trucidatus est: ejus caput per vias lapide stratas, milites sibi invicem pro pila mitentes, per ludibrium & iram ita contriverant, ut nulla appareret facies; itaque Trebonius luit primas partidii in Cæsarem penas. Quo facto Dolabella



*vitatis motus fuit. quodque in annua cæli conversio-  
ne fieri solet, ut mota sidera tonent, ac suos flexus tem-  
pestate significant; sic cum Romana dominationis, id  
est humani generis conversione, penitus intremuit,  
omnique genere discriminum, civilibus, terrestribus,  
ac navalibus bellis, omne imperii corpus agitata est.*

## CAP. IV.

## Bellum Mutinense.

**P**rima civilium motuum causa testamentum  
Cæsaris fuit, cujus secundus hæres Antonius  
prælatum sibi, Octavianum furens, inexpiabile  
contra

labela hostis à Senatu judicatus est, qui cum Cassium navali prælio aliquoties vicisset, ad ultimum ipse victus Laodiceam fugit, ibique obfessus, urbe capta satelliti suo cervicem ferendam præbuit. Appianus, Dio, alii.

*Mota sidera*] Consule Salmasium in Solinum pag. 426. A. 1.

*Id est, humani generis*] Vana opinio, ex ignorantia Geographiæ nata, deinde pudendis adulationibus alita, Romanorum, sub imperatoribus præcipue, spiritus adeo inflaverat, ut crederentur se totius orbis dominos, cum

**C** Octavius qui deinceps imperium Romanum sub nomine Augusti tenuit, cum Cæsar ejus avunculus magnus (nupsit enim Julia Cæsaris soror in domum Atii Balbi, ex quo Atia nata, uxor Octavii qui pater Augusti fuit) Romæ interficeretur: Apolloniæ literis & militaribus disciplinis operam dabat: erat enim eo in expeditionem Parthicam à Cæsare præmissus. Factus autem certior de Cæ-

saris cæde, in Italiam transit, & Neapolim venit xiv. Kal. Maji, fuit etiam tunc cum Cicerone perhonorifice & amice. Romam cum pervenisset, ab Antonio consule superbe exceptus est. Adiit tamen invidiosam Cæsaris hereditatem, quamvis id neque Atiæ matri, neque L. Philippo vitrico ejus placeret. Adita hereditate Cæsaris nomen quoque ejus tulit, cumque prius C. Octavius nominaretur, deinceps C.

Julius

*contra adoptionem acerrimi juvenis susceperat bellum. quippe quum intra decem & octo annos tenerum & obnoxium, opportunum injuria juvenem videret, ipse plena ex commilitio Cæsaris dignitatis, lacerare furtis hereditatem, ipsum insectari probris, cunctis*

Julius Cæsar Octavianus de more dictus est: quamquam lex Curiata de adoptione ejus anno demum sequente in ipsius consulatu perlatâ fuerit, teste Dione, quod ideo necessarium esse sibi putabat, quia ea lege adoptivi jus habebant, ac naturales filii, ut & propinquos & liberos adoptantium assuquerentur. *Stad.*

*Testamentum.*] Testamentum Cæsaris L. Pisonis ejus focero postulante, invito Senatu, ad populum recitarum fuit, antequam Cæsaris cadaver in foro cremaretur: quod ideo percussoribus maximam invidiam movebat, quia populo vitricum tricornos festiarios Cæsar legaverat, & hortos circa Tiberrim publicaverat; atque nihil adeo exacerbavit omnium indignationem, quam quod Decimum Brutum proditorem suum in secundis heredibus primum scriperat. Secundi hæredes id eo post primos adscribebant, ut si quid illis primis humanitus accidisset, tunc secundi succederent. *Idem.*

*Hæres.*] Cicero Philippica secunda, cum Antonii scelera percunctationibus exagitat, hoc quoque ei objicit, quod Cæsaris ex testamento, ut ipse dicebat, filius esset, Appianus etiam, cum Octavius ita cum Antonio expositular, idem subindicare viderur: *Et te filium adoptivum scripsisset, si civisset te æquo animo ex Heraclidarum gente transfurum ad Æneas: id enim facit ambigere Cæsarem, dum de successore cogitat. Stad.*

*Juvenis*] Deceverat senatus, ne quis Augustum puerum diceret, ne majestas tanti imperii diminueretur. Auctor

Servius ad Virg. Eclog. 1. 44. Virg. sæpe Octavianum juvenem nominat, ut dicto loco. *Hic illum vidi juvenem* — & Georg. 1. 500.

*Hunc saltem everso juvenem succurrere*  
*seculo*

*Ne prohibere.* Lege Cicero. Philipp. 4. & 5. *Camers.*

*Intra decem & octo annos*] Parum ad calculum. Vellejus Paterc. 2. 61. 1. C. Cæsar x 1 x. annum ingressus. ubi videt adulationem hominis: ambitiose enim usus est voce *ingressus*. Melius Augustus, (in monumento Ancyrano) *natus*: nam anno qui præcessit cædem Julii, nono Kal. Octob. ingressus annum x 1 x. erat, ac jam totum ferme confecerat, quando contra Antonium pro optimatibus bellum primum suscepit. Atque hæc Octavii ætas in equestri statua fuerat notata, quam ei senatus in rostris posuerat, teste eodem Vellejo. Hæc *Cassiodorus* nota secunda ad monumentum Ancyratum.

*Inacerare furtis hereditatem*] Calpurnia Cæsaris uxor vel mariti cæde perturbata, vel Antonii consulis percussu minis, pecuniam & acta Cæsaris in ejus domum transferri permiserat: at quia acta Cæsaris & consilia nondum publicata, tamen Antonii calliditate Senatus consulto confirmata erant: ea Antonius in multorum gratiam vel domesticis nundinationibus corrumpere vel adulterabat, usus in ea fraude Terentii operæ, qui Cæsari à manibus fuerat. Tertium quoque septies milie depositum à Cæsare ad Opes ædem occupatum erat ab Antonio. Octavianum pecuniam eam reposcentem, & ut sibi

*cunctis artibus cooptationem Iulie gentis inhibere non desinere ad opprimendum juvenem; denique palam arma moliri: & jam parato exercitu in Cisalpinâ Gallia resistentem motibus suis Decimum Brutum obsidebat: Octavius Cæsar, etate & injuria favorabilis, & nominis majestate, quod sibi induerat, revocatis ad arma veteranis, privatus (quis crederet?)*

*consulem*

adversus avunculi sui percussores ad-  
esser, petentem superbe & contumeliose repellebat: quare ut Octavius legatum populo Romano Cæsar's nomine repræsentaret, suum patrimonium, & quicquid ipsi testamento à Cæsare obvenerat, venale proscriptis, legatumque populo perfolvit; qua beneficiæ plebem ita sibi devinxit, ut Antonium invidiosissimum omnibus redderet. Octavius sibi & Reipubl. contra eum vires paraturus, deductos à patre in colonias veteranos excitavit. Legiones Martia & quarta signa ad Octavianum transfulerunt, deinde & complures savitia M. Antonii, qua passim in castris suis trucidari jusserat quia ei suspecti erant, ad eundem desciverunt: quo nuntio allato, Antonius mente ita concidit, ut paludatus in Galliam citiorem quâ à populo obtinuerat, ante diem quartum Kal. Decemb. properaret. Decimus Brutus, qui provinciam Galliam primum à Cæsare datam, post interfecto Cæsare, à Senatu confirmatam proc. obtinebat, ut irrumpenti in eam Antonio obstitisset, Mutinæ cum exercitu subsistit, seque ab Antonio ibi circumvallatum obsideri permisit. Dio Appian. Plutarch: Cicer. *St. d.*

*Revocatis &c.* ] Hæc omnia Tacitus 1. 10. *Concitos per largitiones veteranos paratum ab adolescente privato exercitum: corruptas consilia legiones. Quæ postrema verba interpretare de legione Martia, & Quarta, quæ ab Antonio consule signa ad Augustum transfule-*

re. videatur Appianus de bel. civ. lib. 3. pag. 556. non de exercitu Decimi Bruti, ut exponebat Lipsius. *Freinh.*

*Privatus.* ] Kalend. Januarii Hirtio & Panfa coff. an Dccx. dum M. Antonius Brutum Mutinæ obsidebat, S. C. factum est, ut Cæsar Octavianus, qui privato consilio pro Republica arma contra Antonium sumferat, pro prætoris bellum gereret, senator esset, & sententiam loco prætoris diceret, quantamque pecuniam militibus eorum legionum, quæ Antonium reliquissent, parta victoria pollicitus esset, tanta publice daretur, & ut Cæsar una cum Hirtio & Panfa coff. cum exercitu illo quem haberet, bellum admittiraret. Antonio hoste à Senatu judicato, Hirtius ad bellum profectus, eumque paucis post diebus Panfa consecutus est. Cæsar atque Hirtius Bononia in potestatem redacta, propius ad motis castris Brutum de suo adventu atque auxilio certiores faciunt. Præliis aliquot secundis ferocior factus Antonius, relictis qui Cæsar's & Hirtii castra oppugnarent, clam in Panfam advententem Bononiam versus xvij. Kal. Maii contendit, ac tum prospere eo vulnerato pugnavit, audita re, Hirtius redeunt ut victori securus & dissolutus in castra sua Antonio se obtulit, ac suis ejus copiis Panfæ cladem contexit. Ex ea re consules & Cæsar Imperatores à senatu & militibus appellati sunt, quamvis Panfa male, Cæsar omnino ne pugnasset quidem. Dio, Appian.

*Cicer.*

*consulem aggreditur. obsidio Mutinæ liberat Brutum*

Cicer. Sueton. alii. *Stadius.* Nota artes. Vindicare mortem Cæsar's & imperare volebat Octavius; sed quia non satis æquum experiebatur Antonium, Patribus illi adversis & sine Duce fluctuantibus opera Ciceronis imposuit, dissimulato interim quo maxime ardebat studio, donec firmatis satis viribus tuto id detegere potuit. Miror Ciceronem, quamvis sapius a Bruto & aliis admonitum, tantum tribuisse adolescenti. Verum dum fatum urget sæpe etiam qui prudentissimi sunt, spei suæ aut opinionis tribuunt tam multa, ut se despuisse ipsi postea cogantur fateri. Non raro enim eos quos commendatione sua & labore promoverunt, non ingratos tantum experiuntur, sed etiam inimicos. Sed istud nihil ad me, nec quidquam mihi negotii cum illis esse volo, qui patriæ sorte suæ aut male institutionis vitio calumniatores & mendaces aretalogi esse malunt, quam viri honesti. *Zeyecotius.*

*Consulem aggreditur, &c.* ] Paucis diebus postquam Panfam Antonius, Hirtius Antonium vicisset, ad Mutinam summo prælio pugnatum est, in quo fugatus & castris atque exercitu exfusus Antonius ad M. Lepidum consulum in ulteriorem Galliam cum paucis profugit. Hirtius post victoriam in inimicorum castris faucibus obiit: Panfa Bononiæ itidem ex vulnere mortuus est. Bruto & Mutina obsidio liberata, & solus Cæsar incolumis gloriosissima victoria portus est: atque cum de Decimo Bruto ut patris percussore pœnas sumere potuisset, ipsum incolumem dimisit. Senatus autem omnia in contumeliam Cæsar's, & ut eum quoque deprimerent, Bruto veluti victori contra Antonium, quæ Cæsar's tribuenda essent, decrevit. Quare Cæsar tot injuriis irritatus, cum sentiret quoque metu motus, fervere Sena-

tum Pompejanis partibus, seque tali ipsoform voluntate conterendum, nisi obstitere; adhuc Ciceronem censuisse; quod ipse Cæsar ornandus & tollendus esset, cum aliud diceret, aliud intelligeret, nonnulli se puerum contumeliose vocassent, causam optima-tium sine cunctatione deseruit. Tum inter eum & Antonium per commercia epistoliarum conditionum facta mentio, cumque effecisset, ut milites inter se jurejurando sancirent, cum nullo exercitu qui Cæsar's fuisset, bellum se gesturos, quadringentos milites Romanam ad Senatum misit, qui consulatum sibi nomine exercitus deposcerent: cum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis rejecto sagulo ostendens gladium capulum, non dubitasset in curia dicere: *Hic faciet, si non feceritis vos.* Cicerus subiecit. *Si ita petieritis consulatum, eum accipiet.* Militibus re infecta ad Octavianum reversis, Antonium & Lepidum in Italiam accesserit, atque ipse legiones hostiliter ad Urbem admovit, C. autem Cæsar Octavianus consul statim factus est pridie Natalis sui X. Kal. Octobris, cum posttridie viginti annos impleret, cum Q. Pedio collega. Consul legem tulit de quaestione in eos habenda, quorum opera pater occisus esset; perrogavit autem Q. Pedius collega: unde lex Pedia nominatur; eaque omnibus, qui Julium Cæsarem interfecerant, aqua & igni interdixit; postulatque ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus, & alii. *St. ad.*

*Obsidio* ] Obsidii hujus tempore memorabilia strategemata usurpata, nempe literis columbarum opera transmittendis (Quod superiorem seculo in obsidio Lisdano relatum memoratur) aut per natatores milites laminis plumbeis incisâs, aut immitendis copiis & comitatibus, recensent Plinius 10. 37. & Frontinus 3. 13. & 3. 14. *Freinh.*

tum: Antonium exiit castris. Tum quidem etiam manu pulcher apparuit. nam cruentus & saucius aquilam, à moriente signifero traditam, suis humeris in castra referebat.

## CAP. V.

## Bellum Perusinum.



Alterum bellum concitavit agrorum divisio, quos Caesar veteranis, pretium militiæ, persolvebat. Semper alias Antonii pessimum ingenium Fulvia gladio cincta viri-

lis

*Brutum.*] Decimus Brutus cum quatuor veteranis legionibus, & sex tironum, quos contra Antonium ex S. C. ducebat, fame & inopia coactus, statuit ad Brutum & Cassium in Macedonia fugere: legiones tardio & difficultate itineris ejus, quod proposuerat, deterrita, sex tironum ad Caesarem, quatuor veteranarum ad Antonium deficiunt: ipse cum peteret Aquileiam capere, & à Capeno Sequano, qui illi Galliarum parti præerat, jussu Antonii trucidatus est, caputque Antonio missum: ita Decimus Brutus patricidii etiam penas Caesari dedit, sesquianno post Caesarem peremptum: & paulo

*Alterum bellum.*] L. Antonius consul Fulviæ consilio usus, modo apud veteranos Caesarem criminosus, modo eos qui agrum amiserant (quos veteranis in castris Philippicis Caesar & Antonius promissos dederant) ad arma conciens magnum constaverat exercitum: ex altera parte Fulvia Antonii triumviri uxor, nihil muliebri præter corpus gerens, omnia armis tumultuque miscerat, eaque prænesti belli sedem delegerat. Cum vero le-

post Minucius Bassillus etiam percussorum unus, à suis servis, quos per iram castraverat, trucidatus est. *Stad.*

*A moriente signifero traditam*] Simile exemplum apud Caesarem de bel. civ. 3. Ad quorum imitationem hodierni quoque vexillarii, cum ad supremum ventum est, nec aliter defendi potest vexillum, eo involuti moriuntur. Sic in pugna ad Atellam *reperitur est Germanus signifer amputata dextra manu, & levata facie vulnere discissa, vexillum mordicus retinens, ita ut in resistio invictæ virtutis expirasse videtur.* Jovius histor. lib. 4. *Freinsb.*

gatis de pace ultro citroque missis, nihil proficeretur, Caesar in Nursinos & Sentinates exercitum duxit. L. Antonius in urbem hostiliter invasit, M. Lepido, qui custodia urbis cum exercitu præerat, profligato. Caesari Sentinatis obsidendis Q. Salvidieno permittis, Romam accurrens, Antonium eiecit, & in Galliam contendente in itinere intercepto, atque Perusia se includentem diu obsedit. tandem aliquoties erumpere conantem, sed repulsum,

lis militiæ, uxor agitabat. Ergo depulsos agris colonos incitando, iterum in arma ierat. Hic vero jam non privatis, sed totius senatus suffragiis judicatum hostem Caesar aggressus, intra Perusiæ muros redegit, compulsi que ad extrema deditiois, turpi & nihil non experta fame.

## CAP.

pulsus, fame ad deditioem cogit: sed veniam petenti dedit, & bellum prælio confectum est, Calvino & Pollione cost. xxxiii. Dio, Appian. Sueton. alii. *Stad.*

*Semper alias Antonii pessimum ingenium*] Sic o. Pall. accedit ed. nostra vetus. nam ea, *aliter Ant.* Assentior autem omnino Salmastio, qui *πυρόπηγος* ipseus auctoris hic agnoscit, quod equidem clare satis arguunt ista verba *uxor agitabat*: quæ quidem in editione modo laudata sine nomine *Fulvia* leguntur, quod ipsum suspicionem mihi movet, & illud vocabulum altrinfecus accessisse. Præterea sequentia *iterum in arma ierat.* nempe post bellum Mutinense: &, *jam non privatis, sed totius senatus suffragiis judicatum hostem*: item sequenti capite, *Antonium ultionis de iis qui se hostem judicassent*: omnia, inquam, hæc convincunt, Floro sermonem esse de M. Antonio, non fratre ejus Lucio, quamvis historiæ omnes fide dignæ posteriori huic id tribuant. Gruterus tamen placebat Florum sensum de Lucio, monebaturque quod M. Antonius non modo pessimo, sed ne malo quidem ingenio fuerit, Plutarcho teste, itemque imperatore Claudio. Sed posteriori testimonium, ut domesticum rejicimus, quamvis nec id quidem obster quod magnus appellatur ibi, nam hoc non negat malum etiam fuisse, quomodo Val. Max. 9. 6. 2. ext. dicit Annibalem in dubio

posuisse, *major ne an peior vir haberi deberet.* Plutarchum quod attinet, testatur ille quidem ingenio fuisse natura sua haud malo, sed opportuno corruptionibus, quod & nosse voluisse videri possit, dum *varium ingenio* appellat præcedente capite. Sed ingenium ejus pessimum fuisse nemo melius exponat Cicerone: quamvis nec ei per omnia credendum esse censam, cum interdum *accusatorie* magis quam *Latine* (sic enim ipse in Verrem 4. 1. 4. distinguit) loquatur. *Freinsb.*

*Fulviæ.*] Cum Fulvia intellexeret Antonium Cleopatrarum amoribus irretitum captumque, usa Manii consilio, sperabat eum motu Italico in Italiam à Cleopatra avelli & revocari posse. Cum ipsa devicto L. Antonio in Asiam cum proliibus & Julia Antonii matre ad Antonium navigaret, Antonius fraude intellecta, eam morbo se Sicyonæ ex zelotypia assistentem & contabescentem neglexit: ipse cum ducentis navibus contra Caesarem in Italiam navigat, Sipuntum occupat, Brundisium invadit, & Caesarem bello laceffit: sed arma mox utrimque posita sunt, & ex militum intercessione: pax composita, atque Octavia Caesaris soror Antonio collocata est. Ambo, quod alter alteri reconciliatus esset, cum triumphali veste in urbem invecit sunt. Suetonius, Dio, Plutarchus, Fasti Capitolini. *Stad.*

## CAP. VI.

## Triumviratus.

**Q**uam solus etiam gravis paci, gravis Reipublicæ esset Antonius, quasi ignis incendio Lepidus accessit. Quid contra duos exercitus necesse fuit venire in cruentissimi fœderis societatem? Diversa omnium vota in incendium. Lepidum divitiarum cupido, quarum spes ex turbatione Reipublicæ: Antonium ultiones de his, qui se hostem judicassent: Cæsarem inultus pater, & Manibus ejus

GRAVES

**T**riumviratus. ] Cum Cæsar consulatum per vim occupasset, omnique studio moliretur, ut patris percussores ulcisceretur, & ipsius opes, quam ut solus hoc posset, essent infirmiores, M. Antonium & Lepidum validissimis copiis instructos sibi fœdere conjunxit. Congressus horum trium occultus in triduum fuit in agro, ut Dio, Bononiensi, ut Appianus, Mutinensi, & flumine circumfuso, ibique populi Romani imperium quasi possessionem aliquam inter se partiti sunt: ut Cæsar utramque Libyam, cum Sicilia, & Sardinia: Lepidus Hispanias, & Galliam Narbonensem: Antonium reliquas haberet Gallias: ut ipsi triumviri essent Reipublicæ constituendæ cum summo imperio in quinquennium: magistratus nec Senatu nec populo consulto, quibus ipsi vellent, mandarent: Lepidum in D. Bruti occisi locum in insequentem annum consulem creant, eumque Romam ac reliquam Italiam tueri jubent: Antonius & Cæsar bello Cassium & Brutum prosequerentur: proscriptionem ac eadem civium inimicorum ederent, quod illi Urbem paulo post ingressi,

executi sunt. Præmium autem percussoribus proscriptorum ingenius, quique caput proscripti ad triumphos referrent, constituerunt centena milia Hs. Servius dimidium ejus, & jus civitatis, & totidem indicibus eorum, qui proscriptos celassent, aut protaxissent. *Stad.*

*Quid contra duos ex. nec fuit &c.* Forte quid in cui reformandum: ut sensus sit duobus ex diversa parte exercitiis stantibus, necesse fuisse Lepido, ut potest debiliori, venire in societatem, quo sensu Vellei. 2. 66. 1. *repugnante Cassius, sed frustra adversus duos*, aut legendum *contrarios exercitus*, ut indignetur eos qui nuper hostes erant, aliter non potuisse societatem inire, quam in perniciem civium. *Freinsb.*

*Manibus ejus graves* ] Credebantur enim occisorum Manes ultione placari, quod tangit Justinus 1. 6. 1. Hinc intelligendum illud Virgilii *Æn.* 10. 519. *inferias quos immolet umbris.* Observabant autem imprimis, ut si fieri posset, ad tumulos ipsos occisorum mactarentur, quod videlicet nullum gratiore mumbris liquorē spargi posse crederent, quam inimicorum sanguinem.

*graves Cassius & Brutus agitabant. In hoc velut fœdus pax inter tres duces componitur. Apud Confluentes inter Perusiam & Bononiam jungunt manus, & exercitus consalutant. Nullo bono more Triumviratus invaditur. oppressaque armis Reipublica, redit Syllana proscriptio: cujus atrocitas nihil in se minus habet, quam numerum centum quadraginta senatorum. Exitus fœdi, truces, miserabiles, toto terrarum orbe fugientium. pro quibus quis pro dignitate rei ingemiscat, quum Antonius Lucium Casa-*

gunem. Sic Pyrrhus Polyxenam ferit patrum vertice in busti. Seneca in Troadibus versu 1151. Sic L. Cæsar jugulatus ad bustum Vari. Val. Max. 9. 2. 2. & Marius prætor ad bustum Catuli supra 3. 21. Sic Aristomus Messeniorum fortissimus sibi necem intulit ad filiam, quam prius occiderat, tumulum. Pausanias in Mess. pag. 241. Alludit hunc morem Seneca de beneficiis 5. 16. *Nisi Allobrogum in illam [patriam] cohortes immiserit [Catilina] & trans Alpes accitus hostis, vetera & ingenta odia satierit, ac diu debitas inferias Gallia bustis duces Romani perfolverint.* Pertinet eo caput Galbæ, quod a liberto Patrobbii, qui punitus à Galbæ fuerat, ad tumulum Patrobbii, projectum est. Sueton. Galba 20. 5. & Tacit. H. 1. 49. *Idem.*

*In hoc velut fœdus pax inter tres Duces componitur.* ] Consensit in triumviratum Octavianus, quia adhuc adolefcens nondum dignitatem tantam & auctoritatem compararat, quæ ad invadendam Reipublicam & vindicandam Cæsaris eadem sufficiebat. Sperans ideo Lepidum & Antonium vel fuisset pottea vitios vel occasione posse subverti, ceteros qui virtute, opibus, aut dignitate eminebant, proscriptione tolli maluit, ut invidiam cum aliis

potius communicaret, quam ea oneraret se solus. Hinc etiam amicos prodidit, inter quos cui omnia debebat, Ciceronem. ne aut pro Rep. gravissimè berratis exactor, aut privati exprobrator beneficii extaret, quod nonnullos, cum modum excessit, odio aut bene meriti exitio extinguere, etiam ante ex Tacito monui. Verissima est Mimi sententia in multis.

*Es debitorum leve; grave inimicum facit. Zevex.*

*Nullo bono more* ] Videtur allusum ad exemplum Cæsaris patris, Pompeji, & Crassi, de quibus supra 4. 2. 12. Ita Servius *Æn.* 8. 635. *— raptas sine more Sabinas interpretatur, sine illo exemplo. Aut illo bono more. Idem.*

*Centum quadraginta senatorum* ] Immo si Appiano de bel. civ. lib. 4. pag. 592. ecc. fuerit *Idem.*

*Antonius, &c.* ] Maximam contentionem Ciceronis proscriptione præbuit: cum Antonius conditionem acciperet, nisi prius ille interficeretur, Lepidus Antonio assentiretur, & Cæsar utrique repugnaret; tandem tamen tertio die Cæsar consensit: fuitque permutatio ita facta Ciceronem Cæsar: L. Paullum fratrem Lepidus, L. Cæsarem avunculum suum: Antonius proscribi permitteret. *Stad.*

*Cæsarem avunculum suum, Lepidus Lucium Paulum suum fratrem proscripserit? Roma capita casorum proponere in Rostris jam usitatum erat: verum sic quoque civitas lacrymas tenere non potuit, quum recisum Ciceronis caput in illis suis Rostris videretur,*

NEC

*Cæsarem, &c.]* Lucium Cæsarem Antonii avunculum proscripsum ejus fori Julia, Antonii mater, non dissimulanter apud se habuit, & centurionibus hanc diu reveritis, ut matrem imperatoris, tandemque irrumperentibus ad ejus eadem, mater Antonii ad forum properans, ad ejus pedes accidit vitamque ejus deprecata est; Antoniusque plebiscito, per Plancium consulem rogato, ut pœnæ eximeretur, effecit: hoc odium Antonii avunculo suo reposuit, quia hostis ab ipso in Senatu judicatus erat. *Idem.*

*In dæm in vitæ amentumque sceleris, ut loquitur Vellei. 2. 67.* Et alias ita solebat fieri, ut printipum discordiæ, ministrorum & amicorum exitio pientur. Cujus rei illustre exemplum in Homericæ Junone Iliad. 4. vers. 50. &c. quæ Trojæ ruinam non dubitat emere a conjuge, carissimarum urbium excidiis. *Freinsb.*

*L. Paulum.]* L. Paullus Lepidi frater proscripsum centurionibus eum reverenter ut Imperatoris sui fratrem elabi convenientibus, securus ad Erutum navigavit, post cujus obitum se Milem contulit, unde ne pace quidem facta, quamvis revocatus, redire voluit: ita Appianus, etsi Dio hunc Paul. Aimilium postea censorem fuisse an. DCXXXI. cum L. Munatio Planco scribat, tamen in eo deceptus videtur, quia Lepidus censor, L. filius, Marci nepos in Capitolinis tabulis: at Lepidus triumvir, Marci filius, Quincti nepos in iisdem scribitur, quod facile prodit, itos fratres non fuisse. *Stad.*

*Ciceronis caput.]* Cicero sub adven-

tum triumvirorum Urbe cesserat, fugeratque in Tusculanum suum: cognita vero proscriptione, inde transversis itineribus in Formianum, ut ab Cajeta navim conscensurus proficiscitur: unde aliquoties in altum proventus, cum modo venti adversi retulissent, modo ipse jactationem navis pati non posset, eadum tandem cum & fugæ & vitæ cœpit, regressusque ad superiorem villam, quæ paulo plus mille passibus abest à mari, *Moriar, inquit, in patria sepe serrata.* Cum servi ejus etiam prodigiis terrentur, & percussorum venientium rumore, cum partim vi, partim precibus lætica exceptum ad mare deferebant: sed Cicero cum percussores ad eadem accurrere sentiret, læticam deponere, & quod fors iniqua cogeret, quietos pati jussit, prominenti ex lætica, præbentique immotam cervicem, caput à Popillio Lenate (quem ipse patricidii reum à manifestâ morte patrocinio suo eriperat) præcisum est: nec satis stolidæ crudelitati militum fuit, manus quoque scriptissæ aliquid in Antonium exprobrantes præcederunt. Caput & manus Ciceronis ipse Lenas Antonio comitia in foro habenti eminus ostendit, quo ille maxime lætatus, tribunum militum coronavit, & Hs. decies pro maximo præmio dedit. Fulvia uxor Antonii, caput antequam auferretur, in manus fuisse, atque atrocibus verbis illudens & conspuens, genibus suis imposuit, & linguam ex ore extractam, acubus, quibus ad capitis ornamentum utebatur, compunxit, additis multis iisque execrandis opprobriis. Jussu autem Antonii

*nec aliter ad videndum eum, quam solebat ad audiendum, concurreretur. Hæc scelera in Antonii Lepidique tabulis. Cæsar percussoribus patris contentus fuit. Hæc quoque nisi multa fuisset, etiam justa cædes haberetur.*

## CAP. VII.

## Bellum Cassii &amp; Bruti.

**B***Rutus & Cassius sic Cæsarem, quasi Tarquinium regem, depulisse regno videbantur: sed libertatem, quam maxime restitutam voluerunt, illo ipso parricidio perdere.*

Antonii pro rostris loco præ aliis conspicuo caput ejus positum est, ut unde in ipsum verba faciens auditus fuerat, ibi caput ejus inter duas manus conspiceretur. Sed vix attolentes lacrimis oculos homines intueri trucidata ejus membra poterant: cæterorum enim cædes privatos luctus moverant, illa una communem. Cicero occisus est 7. Idus Decembris DCXX. vixit an. LXVII. menses XI. dies quinque. Cætera apud Fabricium Marcoduranum fidelissimum Ciceronis vitæ scriptorem

leges, & in Sebastiani Corradi Quæstura. *Stad.*

*Nisi multa fuisset*] Nam etiam si justa puniendi causa sit, præstat ignoscere, cum magna delinquentium copia est, aut paucorum saltem supplicio contentum esse, quam acrioribus rebus ac ipsa mala sunt, civitatem labefactare. Seneca de ira 2. 10. *In singulos severitas imperatoris distinguitur: ac necessaria venia est, ubi totus deseruit* (Lipius mallet deliquit) exercitus. Freins-

**B***Rutus & Cassius.]* Brutus & Cassius, Bætiæ & Græcia in potestatem suam redactis, in Macedoniam, ut ibi bellum gererent, trajecterunt: nec ita multo post imperator Cæsar, & M. Antonius cum ingenti exercitu advenerunt, atque ad Urbem Philippos (unde hoc bellum Philippense dicitur) castra è regione hostium posuerunt, ibi pugnam esse acerrimo prælio, sed vario eventu & dubio Marte, ita ut Brutus Cæsarem, Antonius Cassium (uterque eorum dextrum cornuangebatur) pepule-

rint, & castra utrimque ab iis qui vicerunt, expugnata sint. Cassius cum Brutum, quem in acie occidisse metuebat, cum equitatu redeuntem longe prospexisset, irrumperentes hostes esse suspicatus, sibi Pindari liberti sui manus caput præsecari jussit. Post paucos dies M. Brutus altero prælio victus, rebusque desperatis vitam & ipse, cum ageret trigessimam septimum annum, sinivit, atque ipse latus gladio hausit Strato, Bruto exorante, ut hoc sibi extremum officium præstaret.

dere. Igitur cade perfecta, quum veteranos Casaris, nec immerito, timerent, statim è curia in Capitolium confugerunt. Nec illis ad ultionem deerat animus: sed duce[m] non habebant. Igitur quum appareret, qua strages Reipublicæ immineret, displicuit ultio cum consulis abolitione decreta. Ne tamen publici doloris oculos ferrent, in provincias ab illo ipso, quem occiderant, Casare datas, Syriam & Mæcedoniam, concessit.

Eodem tempore manus sibi intulerunt principum Romanorum circiter x. L. Catonis filius in proelio cecidit. Q. Hortensius iussu Antonii triumviri ad fratris sui C. Antonii sepulcrum (quem Brutus opera Hortensii in ultionem Ciceronis interficij iusserat) jugulatus est: quia Antonius eadem fratris sui potius in Hortensii culpam, quam in Bruti mandata referebat. *Stad.*

*Quasi Tarquinium, &c.* L. Junius Brutus Tarquinum Superbum regno ut tyrannum expulit, atque cum M. Brutus genus paternum ad eundem referret (multi tamen Cæsaris ex Servilii Catonis fororis adulterio filium potius esse opinabantur) variis convitiis & dictis, ut qui Cæsarem dominantem degenerans à majoribus suis pateretur, irritatus, impetum sumpsit occidendi Cæsaris, ut libertatem Reipublicæ affereret, conspirantibus Cassio & Decimo Bruto. Cæde perpetrata, cum ipsi quoque ut tyrannicidæ, laudis & gloriæ præmia peterent, cum Cæsaris interempti contumelia, Antonius consul intercessit, metuens, si Cæsar ut tyrannus damnaretur, quod cadaver ejus in Tiberim projiceretur, acta ejus cum magno Antonii discrimine rescinderentur, & bona publicarentur. Pro lato igitur Cæsaris cadavere, & populo, qui ob legatum Cæsaris inescabatur, ad commiserationem cō-

moto, Antonius omnia pacis consilia, & istam percussorum spem perturbavit, uti latius à nobis capite tertio precedenti expositum est. *Idem.*

*Parricidio.* Patricidii vocabulo, auctori invidiosa, pro homicidio utitur, eo sensu, ut quem ex S. C. Patrem patriciæ superiori anno cognominaverant, eundem in Senatu occiderint. Percussores itaque Cæsaris ex vocabuli natione Patricidæ sunt. & cædes ejus patricidium proprie diceretur. Testatur etiam Suetonius placuisse populo, ut Idus Martiæ Patricidium dicerentur: nimirum quia ii patrem patriciæ eo die in Senatu occidissent, quos ipse hostes paullo ante servaverat. *Idem.*

*Abolitione.* à privatio Atheniensium exemplo, & consensu etiam Antonii fuit decreta, sed ab eodem mox abolita simulatque amoto metu, securus ad ingenium redire poterat. *Stadius.*

*Netamen, &c.* Cum irritata plebs ad percussorum domos facibus contendisset, M. Brutus & Cassius Urbem reliquerunt, & Antium atque Lanuvium profecti. diu ibi otiosi fuerunt: quia ambitiosum putabant, cum nondum prætura urbana defuncti essent, in provincias (Cassio Suria, Bruto Mæcedonia à Cæsare decreta erat) navigare. Sextili tamen mense Brutum Italia cessisse, ex Cicerone manifestum est. *Idem.*

Ingeni-

concesserunt. Sic vindicta Casaris dilata potius quam oppressa est. Igitur ordinata magis ut poterat, quam ut debebat, in Triumviros republica, relicto ad Urbis præsidium Lepido, Casar cum Antonio in Cassium Brutumque succingitur. Illi comparatis ingentibus copiis, eandem illam, quæ fatalis Cnæo Pompejo fuit, harenam insederant. Sed nec tum imminetia cladis destinata signa latuere. Nam & assuetæ cadaverum pabulo volucres, castra quasi jam sua circumvolabant: & in aciem prodeuntibus obvius Æthiops nimis aperte ferale signum fuit. Ipsique Bruto per noctem, quum allato lumine ex more aliqua secum agitaret, atra quædam imago se obtulit: & quæ esset: interrogata: Tuus, inquit, malus genius. Hoc dixit, & sub

*Ingentibus copiis*] Quippe qui jam decem & septem legionum potentes erant. Vellei. 2. 65, immo biennio non integro collegerunt plusquam viginti legiones, & equitum circiter viginti millia. Plutarchus.

*Harenam.*] Philippos urbem Mæcedoniæ intelligit, ubi hoc prælium commissum est: unde & hoc bellum, ut diximus, Philipense vocatur, cum antea eadem urbs Dathos diceretur. Arenam translative vocat campos Philippos, in quibus depugnatum est: quia locus ubi gladiatores committentur, arena ideo inspergebatur, ut ne ipsi sanguinis sui, dum digladiantur, lubricitate lapsarent. Assuetas cadaverum pabulo volucres ambagibus verborum pro vulturibus dixit, quia vultures præfugio quodam naturali, bi duo aut triduo convolare eo solent, ubi cadavera sunt futura, ut Plinius & Ælianus testantur. Quod ad magnitudinem copiarum attinet, Appianus utrimque undeviginti legiones consi-

cit; adhæc Antonii & Cæsaris equitatum xiii. & Bruti & Cassii xx. M. *Stad.*

*Malus genius.*] Scribit Plutarchus Brutum minimi somni fuisse, & in animo plane ob ingens quod molebatur bellum impedito, noctes egisse magna ex parte insomnes. Cum esset postridie copias ex Asia in Europam transportaturus, concubia jam nocte omnibus altissimo silentio sopitis, atque ipso tenui admodum lumine utente, cogitanti, & curis anxio spectrū quoddam intrare videbatur terribile, & monstrosa imagine, auso percunctari, quisnam hominum aut deorum esset, aut quid sibi vellet respondere? Tuus ó Brute malus sum genius, apud Philippos iterum me videbis, cum ille imperterritus, videbo, inquit, cum Bruto Brutus iterum me videbis, tum ille imperterritus, videbo, inquit, cum Bruto Brutus ista Cassio, qui Epicureus erat, de spectro referret. dicebat ille, ludibriū esse ex vi imaginatice conceptum ab eo, cujus sensus curarum estu fatigati, ita mentem exagitant, ut tales imaginationes conciperet. Verum idem spectrum

*Et sub oculis mirantis evanuit. Pari in meliora præ-  
sagio in Cæsaris castris omnia aves, victimæque pro-  
miserant: sed nihil illo præsentius, quod Cæsaris me-  
dicus somnio admonitus est, ut Cæsar castris exce-  
deret, quibus capi imminebat: ut factum est. Acie  
namque commissa, quum pari ardore aliquamdiu di-  
micatum foret: & quamvis duces non essent præsen-  
tes, quorum alterum corporis ægritudo, illum metus  
& ignavia subduxissent; stare tamen pro partibus  
invieta fortuna & ultoris, & qui vindicabatur: pri-  
mum adeo anceps fuit & par utrimq; discrimen. in ex-  
itus prælii docuit. Capta sunt hinc Cæsaris castra, in-  
de Cassii. Sed quanto efficacior est fortuna quam vir-  
tus! & quam verum est, quod moriens efflavit, non*

in re

spectum, sed mutum, se Bruto in Phi-  
lippi obrulit, pridie quam ultimo præ-  
lio Brutus superaretur. *Idem.* Mirum  
plane hoc est, & quod Cassius, si Plu-  
rarcho credimus, ut vanum irrisit, sed  
mortuus in Philippis brevi post Brutus  
satis edocuit, illa, quæ nos latent, ri-  
denda non esse. Sic post liberatas Sy-  
racusas Dio paulo ante quam à Calip-  
po interficeretur, vidit horrendam  
mulierem, nec cultu nec facie à tragica  
furia diversam, quæ domum scopis  
verrebat. Cassio Parmensi cum fractis  
Antonii rebus fugisset Athenas, paucis  
post diebus Octavii iussu perituro ap-  
paruit homo immanis, niger & squali-  
dus, qui se malum illius genium esse  
affirmavit. Juliano pridie quam in Per-  
sida occumberet, umbra plena horro-  
ris, quasi ab eo discedens se offendit,  
nec dubitavit ille statim affirmare à ge-  
nio suo se desertum esse, & non du-  
biam imminere sibi mortem. *Zevex.*

*Medicus.* Medicum hunc Artorium  
vocant Plutarehus & Paterculus. Cæ-

sar ex valetudine imbecilliore in ca-  
stris suis decumbebat, sed ea medici  
denunciatione admonitus, in aciem  
se recepit, quæ res ipsi saluti fuit: nam  
hostes læticam ejus vacuum pillis ja-  
culique confoderunt, assolverant  
Bruto, cui gladios crenuatos ostende-  
bant, ipsum quoque Cæsarem à se con-  
fectum esse. Antonius fertur primo  
congressu se subtraxisse, & ad paludes  
recessisse: sed cum cornu suorum vi-  
cisset, iterum in prælium irruisse, ita ut  
victoriæ laus penes Antonium fuerit,  
*Stadius.*

*Et ultoris, & qui vindicabatur.* Mem-  
do, stare tamen pro partibus invictæ &  
ultoris & qui vindicabatur, stabat pro  
partibus fortuna ultoris, hoc est Octa-  
vii, qui necem patris ultum ibat, &  
qui vindicabatur. id est & ejus fortu-  
na qui vindicabatur, Julii nempe Cæ-  
saris: subintelligendum autem ejus:  
sic loquitur noster supra suorum animus  
erexit & hostis percussit, subaudi animus.  
Salmastus.

Quid

in re, sed in verbo tantum esse virtutem! *Victo-  
riam illi prælio error dedit. Cassius inclinato cornu  
suorum, quum captis Cæsaris castris, rapido impetu  
recipientes se equites videret, fugere arbitratus, eva-  
dit in tumultum. inde pulvere & strepitu, & jam mo-  
ste vicina, eximentibus gestæ rei sensum, quum spe-  
culator quoque in id missus, tardius renunciaret,  
transactum de partibus ratus, uni de proximis aufe-  
rendum præbuit caput. Brutus quum in Cassio etiam  
suum animum perdidisset, ne quid ex constituti fide  
resignaret (ita enim par superesse bello convenerat)  
ipse quoque uni comitum suorum confodiendum præ-  
buit latus. Quis sapientissimos viros non miretur*

ad

*Quod moriens &c.]* Dio extremo  
libr. 47. recitasse Brutum Herculis  
quoddam dictum refert, tali sensu ver-  
borum: *O infelix, virtus itane, cum ni-  
hil quam nomen esses, ego te tanquam rem  
aliquam exercui, cum tu fortunæ servieris.*  
hoc & Alcibiades in Emblematis ita ex-  
pressit:

*Lamiam stricturus moribunda in pectore  
ra ferum,*

*Aulacibus Brutus protulit ore sonos;  
Infelix virtus, & solis provida verbis,*

*Fortunam in rebus cur sequeris domi-  
num.* Stadius.

Et hic forte sit versus, quem Bruto  
pronunciatum excidisse sibi ait Volum-  
nius apud Plur. Bruto cap. 74.

*Speculator.]* Tirinnium misit specu-  
latum Cassius, atque cum eum Bruti  
equites, ut victores, mutuis amplexi-  
bus exciperent, iisque officii ejus re-  
ditum remorarentur. Cassius & ipsum  
ab hostibus interceptum suspicatus,  
equitesque Bruti, qui gratulabundi  
cum Tirinnio ad se contenderent, esse  
hostes qui irruerent, opinatus, lacerna  
caput circumdedit, extentamque cer-

vicem interritus Pindaro (quem ad  
hujusmodi necessitatem jam à Crassiana  
clade secum ducebat) præbuit. De-  
ciderat Cassii caput, cum Tirinnius ad-  
venit nuntians Brutum esse victorem,  
qui cum imperatore prostratum esse  
videret. *Sequar,* inquit, *cum, quem mea  
occidit tarditas,* strictoque gladio se  
confodit. ita Patercul. Plutarch. alii.  
*Stad.*

*Ex constituti fide.]* Brutus & Cassius  
eo animo in hostem se ituros mutua fi-  
de ante prælium receperant, ut aut  
vincerent, aut à victore sibi deinceps  
non metuerent: intelligebant enim  
quod mortem sibi, nisi Deus ipsorum  
res secundaret, conficerent. *Stad.*

*Par superesse bello convenerat.]* Appa-  
ret corruptum esse locum hunc, præ-  
fertim dissentientibus etiam membra-  
nis, quarum duz vocem *par* omnino  
omittunt, quomodo & e. v. Naz. au-  
tem *per superesse* præfert. Unde Salmas-  
tus *præ superesse*, hoc est potius quam  
superesse: fortassis etiam legi possit: *ita  
enim super isto bello convenerat.* Vide om-  
nino Plur. Bruto cap. 58. *Freinsh.*

Sceler

*ad ultimum non suis manibus usos? nisi si hoc quoque ex persuasione defuit, ne violarent manus, sed in abolitione sanctissimarum piissimarumque animarum, iudicio suo, scelere alieno, uterentur.*

## CAP. VIII.

## Bellum cum Sexto Pompeio.

**S**ublatis percussoribus Caesaris, supererat Pompeii domus. Alter juvenum in Hispania occiderat, alter fuga evaserat: contra, et isque infelicis belli reliquias, quum insuper ergastula armasset, Siciliam, Sardiniamque habebat

*Scelere alieno*] Sic Darius apud Curtium 5. 12. 11. Forsitan mireris quod vitam non finiam: alieno scelere quam meo mori malo. A qua sententia non longe

distat quod de Carthaginensibus est supra 2. 15. Patriam suam malebant hostium manibus, quam suis eventi. Tremit hemius.

*Utrum S. Pompeio.*] Sex Pompejus ex S.C. ab Hispania in Italiam revocatus est, ipsique ex arario patrimonio restitutum, & classis commissa erat: sed triumviris crudeliter dominantibus, cum undique proscriptos & quoscunque fugitivos reciperet, sine ulla ullius loci possessione in mari prædabatur, Messana quoque Sicilia, & deinde totam insulam occupat. A Pompejum Bithynicum prætorem occidit, Q. Salvidienum Caesaris legatum navali prælio superat, interea dum bellum à Cesare & Antonio in Cassium & Brutum paratur. Quibus devictis, cum Pompejus maritimas annæ subvectionis classe infesta arceret, Romanosque per aliquot annos opprimeret, cum eo postulatam à populo R. pacem Cesare & Antonio circa Mitenum fecerunt, ita ut ille Siciliam, Sardiniam, & Achajam per quinquennium haberet, maria à piratis liberaret, commea-

tum in Urbem mitteret. Cum vero Sextus iterum latrocinii commercia impediret, nec pacem ex conditione præstaret, Cesare necessarium contra eum suscepit bellum, duobusque præliis ancipiti admodum Marte cum eo pugnavit, graviterque Cesare eo tempore fortuna concussit, quippe majorem partem classis circa Veliam Patinurique promontorium adorta vis Africi laceravit. Proximus inde annus in comparanda classe consumtus est. Anno demum sequenti vario eventu navalibus præliis pugnatum est, ita ut duarum classium Cesare altera, cui Agrippa præerat, vinceret, altera quam Cesare ducebat, desereretur, expositusque in terra milites fere à Pompejo oppressi sint. Victus deinde Pompejus Messanam profugit, inde Corcyram, & cum in Cephalleniam nullo prosequente appulisset ad Antonium respicere cepit. *Stad.*

bebat. Iam & classe medium mare infederat, o quam diversus à patre! Ille Cilicas extinxerat: hic secum piratas navales agitarat. Tanta mole belli penitus in Siculo freto juvenis oppressus est: magnique famam ducis ad inferos secum tulisset, si nihil tentasset ulterius: nisi quod magna indolis signum est, sperare semper. Perditis enim rebus profugit, Asiamque velis petit, venturus ibi in manus hostium & catenas, & quod miserrimum est fortibus viris, ad hostium arbitrium sub percussore moriturus. Non alia post Xerxem miserabilior fuga. quippe modo trecentarum quinquaginta navium dominus, cum sex septemve fugiebat, extincto Prætorie navis lumine, anulis in mare abjectis, pavens atque respectans, & tamen non timens ne periret.

## CAP.

*Piratas navales*] Qui isti navales piratae? Navales piratas vocat classem Sexti Pompeji. Cum enim vulgo piratae myoparonibus tantum lenunculis mare infestent: illi navibus & triremibus, ut in magna classe infestum reddebant. *Salmastius.*

*Quod miserrimum est fortibus viris* &c.] Vere miserrimum. cui fœditati ut se subducant homines, mortem sibi ipsis inferunt, si ullo modo possunt; aut adeo confodiuntur strenue pugnant, quemadmodum ostendi ad Tacit. 4. 25. Vocat hoc ipsum, sibi consuleri, Iulianus extremo libr. 4. Gruter.

*Sub percussore.*] Cum Sex. Pompejus ex fuga in Samum insulam delatus esset, & de Antonii clade à Parthis accepta intelligeret, ratus se Antonii imperium ad se facile translaturum, ad auxilia & societatem varios reges & populos sollicitare cepit: sed cum inter duces, & supplicem tumultuatur, & nunc dignitatem retinet, nunc vitam

præcatur à Titio Antonio legato victus, & Mileti jugularus est, cum ageretur annum quadragesimum. Cesare etiam post Pompeji fugam, Lepidum triumvirum, quem ex Africa in auxilium evocaverat, superbientem viginti legionum fiducia, summasque sibi partes terroris ac minis vindicantem spoliavit exercitu, supplicemque concessa vita, & abrogato triumviratus honore, Circejs in perpetuum relegavit. Suetonius Dio. Paterculus, Appianus, alii. *Stad.*

*Prætorie navis lumine*] Legitur & prætorie navis lumine, iussit autem Pompejus lumen fux navis extinguere, ut noctu, quo fugeret, id indicaret. Dio lib. 48. pag. 449. In prætorie Scipionis nave, insigne nocturnum trium luminum est apud Livium 29. 25. *Vintus.* Est autem lumen istud, ignis quo naves prætorie reliquis præluere solent, nempe ut eundem cursum teneant, Dio citato loco. *Freinsh.*



## Bellum Parthicum duce Ventidio.

**Q**uamvis in Cassio & Bruto partes sustulisset; in Pompejo totum partium nomen aboleret: nondum tamen ad pacis stabilitatem profecerat Cæsar, quum scopulus, & nodus, & mora publica securitatis superesset Antonius. Nec ille defuit vitiiis, quin periret, immo omnia expertus ambitu & luxuria, primum hostes, deinde civēs, tandem etiam terrore sui sæculum liberavit. Parthi clade Crassiana altius animos erexerant: civilesque populi Romani discordias lati acceperant: itaque ut prima adsulfit occasio, non dubitaverunt & erumpere, ultro quidem invitante Labieno. qui missus à Cassio Brutoque (quis furor scelerum!) sollicitaverat hostes in auxilium: & illi Pacoro duce, regio juvene, dissipant Antoniana præsidia. Saxa legatus, ne veniret

**B**ellum Parthicum.] T. Labienus Tiri filius à Bruto Cassio missus erat ad Orodem Parthorum regem, ut eum in societatem armorum sollicitaret: sed cum illos ab Antonio & Cæsare devictos intelligeret, ipse regem impulit, quod in Asiam cum exercitu mitteretur, usurus & opportunitate temporis, & victoriæ occasione, interea dum Antonius Cleopatram amoribus dementatus, fœcordia contabesceret, Cæsar L. Antonii, & Fulvii bello & domestico & laborioso distineretur. Irrupit itaque ipse in Suriam cum Pacoro Orodis filio, victoque Decidio Saxa Antonii legato, universam eam provinciam, & Phœniciam, Ciliciam, & Palæstinam occupat, & Imperator Parthorum salutatur. M. Antonius tot cladibus ab

amore & ebrietate expergefactus, Ventidium Bassum contra Parthos mittit, qui eos, nimia victoriæ fiducia, ferocientes, altero etiam prælio victos, Suria & Tauro monte, Labieno & Pharnapate præcipuis Parthorum ducebus occisis, expulit, & Palæstinam recepit. Sequenti deinde anno ingentem Parthorum stragem dedit in agro Cyrestico, Pacoro regis filio occiso, cuius caput, ut manibus Crassi pareretur, & Suriam in eum propensissimam eorum clade ad deditionem compelleret, oppidatum circumferri iussit. *Stad.*

*Saxa*] Ita vocatur Appiano præparthici & Syriaci pag. 120. Epitome Livianæ 127. *Decidius Saxa*. Vellejus nomen non exprimit: præterea interfectum non sua manu, sed hostili tradit. *cui*

in potestatem, à gladio suo impetravit. Denique ablatà Syria, emanabat latius malum, hostibus sub auxilii specie sibi vincentibus; nisi Ventidius, & hic legatus Antonii, incredibili felicitate & Labieni copias, ipsumque Pacorum, & omnem Parthicum equitatum, toto inter Orontem & Euphratem sinu late cecidisset.

Vigin-

cui & Dio l. 48 p. 425. ad sententiam Freinsb.

*Hostibus sub auxilii specie, sibi vincentibus*] Belle istud sit. sic & supra habuimus 5. 21. *sub specie partium se vendicant.* nec abudit illud Thucydidis 3. 12. *Et per septem dies quos Eurymedon cum sexaginta navibus profectus, manserat; Corcyæ eos interfecerunt, quos inimicos esse ducebant: crimini quidem illis dantes, quod popularem statum exercebant. sed nonnulli etiam ob inimicitias privatas, alii etiam propter pecunias, quæ ipsis debebantur, à debitoribus, qui eis acceperant, interfecit fuerunt.* Gruterus. Thucydideo exemplo similia evenerunt inter præscriptiones Romanas sub Sylia & Triumviris.

*Ventidius*] Is egregio stratagemate hostes elusit. Cum enim à Regulo quodam quem inter familiares habebat, Pacoro Regi omnia indicari sensisset, illius perfidia usus optare se simulavit que nimis volebat, & ista arte Parthos decepit & superavit. *Front l. 1. c. 1.* Jam victos ulterius persequi rimuit, ne iniquus id ferret Antonius. Illa enim principum conditio est, ut casus tantum adversos aliis tribuant, secundos sibi velint adscribi. Unde bene monet Agrippa. (*Dio l. 49.*) ut qui Principibus placere vult difficultatem rerum ipse amoliat, sed gloriam imposuit summæ manus illis relinquat. Apud Curtium Alexander l. 6. hostem vinci voluerat, Antipatrum vicisse ne tacitus quidem indignabatur, suæ demptum gloriæ existimans, quidquid cessisset alienæ. Ideo prudenter in sacris *Sam.*

12. Joab cum regiam Ammonitarum urbem redegerit ad extrema, Davidem monuit ut ipse accederet, & occupati loci gloriam sibi vendicaret. *Zerecor.* Ventidius Bassus bello sociali à Pompejo Strabone expugnato Afrulo, captus erat, & in triumphum ductus: qui obfuro etiam loco natus, victum sordide quærebatur comparandis mulis & viculis, quibus magistratus, qui provincias sortiti forent, proficiscerentur. Hic cum Cæsari in Gallia ob diligentiam & industriam probatus esset, ab eodem in amicorum numero receptus, ad tribunatum plebis, præturam, & consulatum promotus est, primusque de Parthis triumphum duxit, anno dccxv. *Stad.*

*Orontem*] Orontes Syriæ fluvius ex Antilibano defluens, iuxta Seleuciam in Syriacum mare defluit. Euphrates fluvius in Armenia majore ortus, vario alvei flexu inter Mesopotamiam & Syriam delabitur: hinc ab ortu in septentrionem sinuoso alveo sese insinuans, Babyloniam claudit, mox juxta Apamiam cum Tygri confusus, tandem in sinum Persicum duobus ostiis excurrit. Appian. & Dio in Cirrhestica Syriæ hoc prælio Pacorum à Ventidio superatum scribunt, dum Parthorum audaciam simulato etiam metu usque adeo accendit, ut castris ejus prærupto in loco positis succederent, quos cum subita eruptione invasisset, eos deturbat, profligat, occidit. Cyrrestica à Ptolemæo inter flexum, Singæ fluvii & Euphratis describitur. *Stad.*

*Viginti amplius millium fuit. nec sine consilio ducis, qui simulato metu adeo passus est hostem castris succedere, donec absumto jactis spatio, adimeret usum sagittarum. Rex fortissime dimicans cecidit. Mox circumlato ejus per urbes quæ desciverant capite, Syria*

*Qui simulato metu* ] Frontinus hoc stratagemata libr. 2. ita recitat : *Pentidius adversus Parthos non ante militiis deduxit, quam illi quingentia non amplius passibus abessent, atque ita procursione subita adeo suos admovii, ut sagittas, quibus ex longinquo usus est, cominus congressus eluderet, quo consilio, quia quandam fiduciam etiam speciem ostentaverat, celeriter barbaros debellavit.*

*Circumlato ejus per urbes &c. capite &c.* ] Variis de causis amputata virorum insignium capita circumlata, aut alio missa fuere: præsertim autem infidem victoriæ, & terrorem hostium. Exempla sunt quam plurima, ut in capite *M. Antonii* oratoris, quod in *Marii* mensis expositum, supra 3. 21. *Astrubalis*, quod ante *Annibal*is castra projectum. *Livius* 27. 53. *Decimi Bruti*, quod ad *Antonium* missum est. *Appianus* sine tertii *Civilium*. *Cæstii Rufi*, quod ad *Antonium* triumphum delatum est. *Val. Max.* 9. 5. 4. *Ciceronis*, quod in *rostris* expositum, supra 4. 6. *Clodii Albini*, quod *Severus* excidium pilo circumtulit, *Romamque* misit, literis ad senatum datis, quibus insultabat, quod *Albinus* tantopere dilexissent. *Capitolinus Albino*. cap. 9. *Constantini* ultimi *Græcorum* imperatoris, quod *Mabometibus* jussu abscissum, per urbem & tota castra est ad *Ludibrium* gestatum. *Sabellicus Ennod.* 10. lib. 6. *princ. Crassi*, quod ad regem *Parthorum* reportatum, supra 3. 11. 11. *Cunimundi*, de quo poculum fecit *Alboinus*. *Paul. Diaconus* de sect. *Langob.* 2. 28. *Curionis*, quod resectum ad *Tubam* perlatum. *App. civ.* 2. p. 456. *Cyri*, quod

*in utrem humano sanguine repletum cœnici Tamyris jussit.* *Justinus* 1. 8. *Euryali*, quod *arctis* in *hastis* præfixæ *Rutuli*. *Virgilius* *Æn.* 9. 465. *Galla* quod per *lixas caloneque* suffixum *laturatumque*, ante *Patrobbii* tumulum postea demum die repertum. *Tacitus* *H.* 1. 49. *Goliathi*, quod *David* attulit in *terrasalem*. *Reg.* 1. 17. *C. Gracchi*, quod ad eos. *relatum percussoribus* auro pensatum est. supra 3. 15. d. *Induciomari*, quod ad *Cæsarem* relatum, supra 3. 10. *Labieni*, quod ad *Cæsarem* relatum. *Appianus* 2. *civilium* pag. 493. *C. Marii junioris*, quod ad se relatum *Sylla* pro *rostris* posuit. *Idem* 1. *civilium* pag. 408. *Marcii Marii*, quod *Præneste* missum. *Idem* *Ibidem*. & *Hist. Miscell.* 5. 18. *Nicanoris*, quod *Judæi* suspendentur contra *Ierusalem*. *Maccab.* 2. 7. *Nicophori*, quod *Bulgarorum* rex *Crumus* coactis præfixit; omnibusque demonstravit. *Cædrenus* pag. 396. *Nisi* quod *arctis* in *hastis* præfixerunt *Rutuli*. *Virgilius* *Æn.* 9. 465. *Octavii* *cos.* quod pro *rostris* expositum, supra 3. 21. *Orebi* principis *Madianitæ*, quod reportatum ad *Gedonem*. *Judic.* 7. 25. *Olofernis*, quod *Judæi* suspendentur super *muros* *Beethulæ*. *Judith* 14. 7. *Philisti*, quod à *Syracusanis* demptum. *Plutarchus* *Dione* cap. 45. *Pompeii Magni*, quod à *Ptolemeo* *Cæsari* missum. *Dio* lib. 42. pag. 2. 2. *Cn. Pompeii filii*, quod *Cæsari* allatum, & populo datum est in *consepsum*. *Hirtius* de bello *Hispan.* cap. 39. *Posthumii*, quod in usum *vasis* vertere *Boii*. *Livius* 23. 24. *Proscriptorum* *Sullæ*, deinde *Triumviris* jubentibus. *Romanorum* in *Macedonia*, quæ *Thracæ* per-

*ria sine bello recepta. Sic Crassianam cladem Pacori cæde pensavimus.*

## CAP. X.

## Bellum Parthicum cum Antonio.

**B**xpertis invicem Parthis atque Romanis, quum Crassus atque Pacorus utrinque virum mutuarum documenta fecissent; pariturus reverentia integrata amicitia: & quidem

seco militantes hastis affixa in castra retulerunt. *Livius* 42. 60. *Saulis*, quod miserunt in terram *Philistinorum* per circuitum. *Regum* 1. 31. *Servilii*, quod venuto suffixum allatum *Annibali*. *Silivius* 17. 31 2. *Stolai* *Moscorum* ducis, ex quo *Cures* *Pacinacorum* princeps poculum fieri curavit. *H. Henninge* in *Geneal.* *Moscorum*. *Vari*, quod ad *Cæsarem* relatum. *Appianus* *civilium* 2. pag. 493. *Zeoi*, quod portatum ad *Gedonem* *Judic.* 7. 25. *Sic* apud *Virg.* *Æn.* 12. 511.

*Turms* equo dejectum *Antycum*, *fratremque* *Diorem*

*Congressus* pedes, hunc venientem, cuspide longa,  
Hunc mucrone ferit: curruque abscissa duorum.

*Suspendit* capita, & vorantia sanguine portat.

Similis mos *Scytharum* apud *Herod.* 4. 54. *Gallorum* apud *Strabon.* lib. 4. pag. 136. *De Thracibus* est supra 3. 4. *Freinsbemiæ*.

*Pensavimus* ] *Eoque* magis, si, quod scribit *Eutropius* lib. 7. interfectus est eo ipso die quo olim *Orodes* *Perfarum* rex per ducem *Surenam* *Crassum* occiderat. *Idem*.

**B**ellum Parthicum. ] *Phraates* *Parthorum* rex patrem suum *Orodes*, aqua intereunte laborantem, ex aconito, quod ad perniciem ei miscuerat, casu in salutem conversum, cum vis morbi per alvum deiceretur, usus sceleris compendio, præfocavit, & regnum patricidio occupatum crudelissime vexavit; ob quam tyrannidem primates *Parthorum*, & *Monæses* primæ nobilitatis transfugerunt, qui ab *Antonio* magnifice & liberaliter exceptus erat, revocatumque à rege suo volentem benigne dimiserat, ut *Phraatem* spe pacis deceptum imparatorem invaderet, accendebat & *Antonii*

*confilia* *Artuadses* *Armenia* rex, qui belli societatem, ut regem *Medorum* hostem suum ulcisceretur, offerrebat: quo federe deceptus *Antonius*, cum insidiatore versutissimo consilia sua communicabat, ejusque calliditate in calamitatem trahebatur. *Armenius* enim ipsius exercitum à *Zeugmate* in *Mediam* per montanos flexus, & virum perplexitatem, ad quingenta passuum millia, ut æstatem eundo extraheret circumduxerat. magnaque fraude se prima *Antonianorum* calamitate, domum abrupta necessitudine cum suo exercitu *xvi. M.* equitum contulit, quam injuriam *Antonius*, temporum

ab ipso fœdus Antonio cum rege percussum. Sed im-  
mensa vanitas hominis, dum titulorum cupidine,  
Araxem & Euphratem sub imaginibus suis legi con-  
cupiscit; neque caussa, nec consilio, ac ne imaginaria  
quidem belli indictione, quasi hoc quoque ex arte du-  
cis esset, obrepere; relicta repente Syria in Parthos  
impetum facit. Gens præter armorum fiduciam cal-  
lida, simulat trepidationem, & in campos fugam: hic  
statim quasi victor sequebatur: quum subito nec ma-  
gna hostium manus, ex improvise, & jam infessos  
via, sub vespere, velut nimbis erupit, & missis un-  
dique sagittis duas legiones operuerunt. Nihil acci-  
derat in comparationem cladis, qua in posterum diem  
immi-

necessitati subserviens, ad tertiam us-  
que ætatem dissimulavit. Tum Artuaf-  
dem arte captum, catenis, ne quid ho-  
nori regio deesset, aureis vincitum, A-  
lexandria in triumphum duxit, regno-  
que exsult, ejus caput, perditis ad A-  
ctium rebus Cleopatra dono regi Me-  
dorum misit, ut eum in novam belli so-  
licitatem contra Casarem victorem  
pertraheret. Appianus, Dio, Suetri-  
us. Paraterculus, Strabo, alii. *Stadius.*  
*Araxem.* Araxes Armeniæ maj-  
oris fluvius, in monte Abo, cum Eup-  
hrate oritur, quorum fontes sex M.  
passuum distant, Euphrates ab occasu,  
Araxis ab ortu sunt, qui placido cursu  
variique flexibus desfluens, donec in-  
ter anfractus cautum impetum colle-  
gerit, tum præcipiti pernicitate rapi-  
dit, altero alveo cum Cyro confusus,  
altero in Caspium mare desluit. Pomp.  
Mela, Ptolom. Strabo lib. 12. *Idem.*

*Postera diem.* ] Antonius post con-  
fectam cum Partho pactiorem copias  
suas per eam qua venerat, viam, hoc  
est, per campos apertos & ariditate  
æquales reducturus erat: ita ut eas

Parthorum equitatu obicere videretur.  
Itaque Mardus qui Parthorum  
mores longa consuetudine callebat.  
Antonium admonet, scilicet esse illum  
Phraatis & insidam pacem, ut militum  
parentibus in campis pellectum, undi-  
que equitatu circumfusum opprime-  
ret, iter se aliud per loca culta & com-  
meatibus abundantia compendiosius  
ostensurum, & ut fidem faceret, se vin-  
cendum, donec promissa præciperet.  
obtulit. Progreffus itaque eo duce per  
triduum erat Antonii exercitus eum  
admonet Mardus ut contra subitam  
vim hostium (quam mox futuram ves-  
tigium aliquot se deprehendere indi-  
cat) suos expeditos in aciem colloca-  
ret: parebat admonitioni Antonius,  
cum subito emicans Parthus, parata vi  
Antonianorum profligatus est. Atque  
sepius equitatus Parthicus pari clade  
inter proliciscendum repressus, fatiga-  
bantur: quousque quinta die Flavus  
Gallus impetu temerario in hostem  
multo cum discrimine irrupit, atque  
dum carptim laboranti subsidia mirt-  
untur, ea quoque, ut imbecilliora ab  
hoste

imminebat, nisi intervenisset deum miseratio. Unus  
ex clade Crassiana Parthico habitu castris adequitat,  
& salute Latine data, quum fidem ipso fecisset, quid  
immineret edocuit; jam affuturum cum omnibus  
copiis regem: irent retro, & relerentque montes:  
sic quoque hostem fortasse non desore. atque ita  
sequuta est minor vis hostium quam immincebat. Ad-  
fuit tamen: deletæque reliquæ copiae forent, nisi ur-  
gentibus telis in modum grandinis, quadam forte,  
quasi docti, procubissent in genua milites, & elatis  
super capita scutis, caesorum speciem præbissent.  
Tum Parthus arcus inhibuit. deinde Romani quum  
serurus extulissent, adeo res miraculo fuit, ut unus  
ex

hoste cæsa sunt, donec Antonius, tota  
vi cum exercitu procurrens, cæteros  
manifesto periculo eriperet: cæsa sunt  
tria millia Romanorum, quinque mil-  
lia sauciata. Antonius misere se affli-  
ctus, saucios circumcurfando conso-  
labatur, & vicissim pietas & benevolen-  
tia militum Antonii animum confir-  
mabat. *Stadius.*

*Parthos, etc.]* Parthi ex præceden-  
tis dici victoria ferociores, collecto xl.  
millium equitatu, contentius insulta-  
bant Romanis ut victis, & ad præde  
paratæ direptionem venientes, sed for-  
titer ab Antonianis submoiti sunt, quo-  
usque iterum, ut per declivitatem quan-  
dam tardius digredientes sagittis con-  
figerent, undique circumfunderentur,  
tum gravis armaturæ milites, receptis  
in medium velutibus, in sinistro genu  
subsederunt, elatisque super capita cly-  
peis, se suosque ab hostium sagittis, in  
clypeorum convexitatem lubricitate  
delabentibus, protexerunt. *Stad.*

*Elatis super capita scutis.]* Testitudi-  
nem intelligit, que ita sit: Impedimen-  
tis & levis armaturæ militibus equiti-

busque in medium receptis, gravis ar-  
maturæ pedites, qui oblongis & in mo-  
rem tubi convexis utuntur clypeis, un-  
dique extrema claudunt, clypeosque  
hostibus obijciunt. Cæteri qui lata ge-  
stant scuta in medio conferti, ea supra  
& reliquos extollunt, ut densitate  
ordium a telis desuper labentibus  
protogerentur: hinc testitudinem nomen  
istud, a testæ, qua testudo animal fe-  
protegit, similitudine: hujus usus est  
& in Urbium oppugnatione, & quando  
a sagittariis circumfusus est, ut hoc lo-  
co, exercitus. *Idem.*

*Arcus inhibuit.]* Romani ita testu-  
dine protekti subsidentes, opinio-  
nem hosti præbuerant veluti confecti  
vulneribus concidissent, qui postis  
arcibus, contos sumserunt, atque ac-  
currerunt: Romani magno multoque  
armorum fragore se mutuo cohortari,  
profluerunt, atque primos pilis excep-  
tos confodiunt, & universos in fugam  
conjiunt. *Idem.*

*Itæ bene valere.]* Hoc accidit in-  
trajiciendo quodam fluvio, quem li-  
mitem prosequendi Romanos Parthi

ex barbaris miserit vocem; Ite & bene valet, Romani. merito vos victores gentium fama loquitur, qui Parthorum tela fugistis. Non minor ex aqua postea, quam ab hostibus clades. infesta primum siti regio, tum quibusdam Salinacidis; fluvius infestior. no. visime, jam ab invalidis & avide hauriebatur: quum noxia etiam dulcis fieret. Mox & ardores per Armeniam; & nives per Cappadociam; & utriusq; calisubita mutatio pro pestilentia fuit. Sic vix tertia parte de sedecim legionibus reliqua; quum argentum ejus

constituerant, sextoque die antequam ad Araxem fluvium perveniretur: tunc enim laudata Romanorum virtute Parthi, octies & decies victi, laxatis arcibus abierunt. Idem.

Salinacidis &c.] Idem Alexandri militibus evenit qui fugientem Bessum ad amnem usque Oxum fuerant persecuti. Monuerat Romanos Mardus ut ab aquis noxiis & ab herba quæ in ripa frequens crescebat, abstinerent, verum illorum multi siti & fame pene euncti, cum suadenti non auscultarent, insania correpti fuerunt, quam brevi post mors excipiebat. Zeyec. Cum Antoniani a frumentatione Parthorum perpetua insultatione arcerentur, tanta fame in castris laboratum est, quod duæ libræ panis triticeæ ducentis sestertiis venirent, hordeaceus panis pari argenti pondere venderetur. Conversi itaque ad herbas & radices edendas, inciderunt in quandam herbam, quæ manducata insaniam & mortem adferbat: nam qui eam edissent, saxa moliebantur, lapidesque movebant (tanquam magnopere feriam rem agerent) tandem bilem evomentes (quia vino carebant, quod unicum huic malo remedium erat) moriebantur. Fluvium illum aquam frigidam & pellucidam, sed salisam & venenosam habuiss-

se, nam bibentibus statim tormina ventris ciebat, & sitim exasperabat, scribunt, Plutarch. & Appian. Stad.

Vix tertia parte de xvi. legionibus reliqua] Nimis exaggerare videtur cladem Antonii, nam Plut. Ant. cap. 66. & exscriptor ejus Viginti millia peditum, & quatuor equitum. Vellejus 2. 82. haud minus partem quartam militum, calorum, servitiumque desideratum esse scribunt. Item xiii. tantum legiones Antonio tribuit, pro nostro tamen auctore stat Justinus 42. 5. Huic (Phrahati) Antonius bellum cum xvi. validissimis legionibus intulit. quin & Plutarchus Antonio peditum Romanorum lx. m. fuisse dicit, qui numerus eo feculo xvi. circiter legiones expleverit. Vide Lipsium de militia Romana 2. 5. ut forsitan in Vellejo reponendum sit ita xvi. pro xiii. Freinsb.

Argentum ejus passim] Hoc non solum de argento Antonii factum, sed quicquid auri, argenti, pretiosi sunt in toto ejus exercitu, id omne ab ipsis ejus militibus direptum est, & concisum; ipsique interfecti plerique qui haberent. ut Plut. Ant. cap. 64. & Appianus narrant Vinetur. Hoc accidit tumultu militari, trepidatione nocturna per totum exercitum, quod hostes irrupisse putarent, coorto: argentum enim

passim dolabris concideretur; & subinde inter moras mortem à gladiatore suo efflagitasset egregius imperator; tandem perfugit in Syriam. ibi incredibili quadam mentis vacordia ferocior aliquanto factus est: quasi vicisset qui evaserat.

## CAP. XI.

## Bellum cum Antonio &amp; Cleopatra.

**R**vor Antonii quatenus per ambitum non interierat, luxu & libidine extinctus est. Quippe post Parthos, quum exosus arma in otio ageret, captus amore Cleopatræ, quasi in regio se sinu resciebat. Hac mulier Ægyptia,

enim aurumque habentes occiderunt, spoliaveruntque, denique Antonii eriam impedimenta aggressi, pocula & mensas pretiosas discederunt, & inter se distribuerunt. Antonius in tanta consternatione quendam stipatorum,

nomine Rhamnum, juramento sibi adstrinxit, ut iustus itatim ipsum confoderet, & caput amputaret, ne vivus in hostium potestatem veniret, & ne mortui truncus à reliquorum cadaveribus secerni posset. Stad.

**R**vor Antonii] Inimicitia inter Antonium & Cæsarem coeperant Antonio & Volcatio Coss. anno dccxxx. e-ruperunt Domitio & Sosio Coss. dccxxi. Antonius Cæsarem criminabatur, quod Lepidum triumviratu exsuisset, quod militem ejus & Sext. Pompeii, quem communem esse oportebat, solus occupasset, atque militis etiam illius, quem in Italia utrisque communi conscripserat, partem repetebat. Cæsar autem Antonio crimini dabat, quod Ægyptum sine sorte obtinebat, & Sext. Pompeium, cui ipse sponte ignovisset, interemerat, & Artuadsen Armeniæ regem fraude circumventum, in vincula cum magna populi Romani insania conjecisset, partemque spoliorum re-possederat. Vitio etiam vertebat Cleo-

patram pro uxore habitam in fororibus contumeliam, & liberos ex ea susceptos esse reges salutatores, in primis quod Cæsariorem Cleopatræ filium ex C. Cæsare nominasset, atque ad genus Cæsaris traduxisset. Atque cum neque in Urbem venire vellet, neque finitio triumviratus tempore imperium deponere, bellumque moliretur, quod Urbi Italiæque inferret, ingentibus ob hoc contractis, remissisque Octaviæ forori Cæsaris repudio, omnium odia in se accendit. Cæsar in Epirum cum exercitu trajecit, se tertium, & M. Messalla Coss. anno dccxxx. Bellum hoc Ætiacum dicitur, quia ad Ætium Epiri promontorium juxta Ambracium sinum gestum sit. de quo

ab ebrio imperatore, pretium libidinum Romanum imperium petit. Et promisit Antonius: quasi facilius esset Partho Romanus. Igitur dominationem parare, nec tacite: sed patriæ, nominis, togæ, fascium oblitus, totus in monstrum illud ut mente, ita animo quoque, & cultu desciverat. Aureum in manu baculum, ad latus acinaces; purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis; diadema aderat, ut regina rex ipse frueretur. Ad primam novorum motuum famam Casar à Brundisio trajecerat, ut venienti bello occurreret: positisque in Epiro castris, Leucadem in insulam, mon-

Horatius eleganter Ode 37. primi. *Stadius.*

Ab ebrio imperatore] Scribit Plinius 14. 22. M. Antonium hominem ebrium fuisse, edito etiam volumine de sua ebriitate, patrocinari sibi ansam. Camers. Ebriositas illa creberrime ei exprobrabatur à Cicerone.

Et mente, ita animo quoque & cultu] Non video cur hoc loco debeat animus & mens opponi. potius legendum fuerit amissu, ut sequentia volunt purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis: ad cultum refero ista alia; Aureum in manu baculum &c. Vult igitur eum mentem suam, qua patriæ caritatem, mores, disciplinam pridem exuerat, etiam externis iudiciis, amictu nempe cultuque testatum. *Freinsb.*

Ingentibus obstricta gemmis] Ex gemmarum in fibulis, ut interpretatur Salmastius ad Spartianum Hadriano cap. 10. Sive fortassis in ipsa purpura, ut hodieque moris: quamvis verbum obstricta, priorem potius interpretationem admittat. *Idem.*

Aderat] Ista vox omnino displicet, nihil tamen expedit, nisi forte legendum sit, diadema, adoratio. quæ à Persis in Alexandrum, ejusque successo-

res propagata est. & hoc verbum precipue conveniret cultui cuius modo facta mentio. *Idem.*

Leucadem] Sic dicitur mutabat vetus codex. Est *Leucas*, nomen declinatum ut *Pallas*. insula Epiri. Est ejusdem insule urbs *Leucas*, & *Leucis* quoque ejusdem loci promontorium: si nihil mendii sit apud Ptolemaum geographum. *Leucata* vero, & *Leucates* idem illud *Leucadis* insule promontorium, mons, & petra, cujus genitivus casus est *Leucidos* 3. 374. *Mox* & *Leucata* nimbofo cacumina montis. ac accusativus *Æneidos*, 677.

Fervere *Leucaten*, auroque effulgere *Stadius.*

at ablativus apud Livium 26. 26. *supervato Leucate promontorio.* & in Aulonii Cupidine cruci affixo:

Et de nimbofo saltum *Leucate* minatur. Cujus obliqui ultimam vocem qua corripit poeta, videntur antiqui *Leucate* declinasse, non solum ut Antheses, verum etiam ut vates. Hinc factum, ut hæsitaverim, *Leucaten* ne, an *Leucatem* hoc loco reponerem: quem casum accusandi, librarius antiquus compendio ultimæ literæ sic contraxerat, *Leucati*. *Vinct. Pall. o.* habent *Leucadem.*

temque *Leucaten*, & *Ambracii sinus cornua*, in festa classe succinxerat. Nobis quadringente amplius naves; ducente non minus hostium: sed numerum magnitudo pensabat. Quippe à senis in novenos remorum ordinibus, ad hoc turribus, atque tabulatis alle-

vata,

dam. *Leucada* pro *Leucas*, ut *Proside* pro *Pesio*. *Etida* supra pro *Elis*, *Chalcida* pro *Chalcis*. *Fettus*, *Chalcidicum* genus edificii ab urbe *Chalcida* dictum. Sic *Tritonida* *Tritonide*. pro *Tritonis* *Tritonidis* apud eundem. *Salmastius.*

*Leucas* insula est, & in ea civitas cognomine *Neiritum*, ultra *Actium* in ortum sita, & *Cephaleniæ* insule oppida: quæ cum olim cervici trium Itadorum continentis adhereret, a *Corinthiis* quorum colonia fuerat, perfosso litto, insula facta est: sic *Thucyd.* *Strabo*, *Plinius*. *Illam* insulam, (ut *Paterculus* scribit) in ore & oculis Antonianæ classis, *M. Agrippa* expugnavit, itidem *Patras*; in quibus *Antonius* hiemaverat, & mox *Corinthum*. *Leucate* perra est excelsa, è *Leucade* in mare & *Cephaleniæ* prominens. *Stad.*

*Ambracii*] *Ambracia* urbs est Epiri, quæ sinui maximo, cui propinqua est, nomen dedit: hujus faces, quæ quatuor stadia parent (*Florus* *cornua* vocat) ab Oriente habent *Actium* oppidum, & nobile *Apollinis Actii* templum, ab occasu *Nicopolin* Augusti monumentum, quod ob victoriam condidit, quæ eo loci contra *Antonium* & *Cleopatram* positus est. *Idem.*

*A senis in novenos*] Imo à trinis in denos ut *Plutarchus* *Anr.* cap. 83, auctor est. aut à quaternis ad denos, ut *Dio* princ. lib. 51. videtur innuere: vel ut *Strabo* lib. 8. pag. 225. ab uno ad denos Porro mirabilis certe earum navium moles extitit: cum ordines illi sive gradus in altitudinem computentur, ut contra *Bayssium* ostendit *Scali-*

ger ad numerum *Eusebianum* MCCXXX. Inmanis autem illa navis quam *Ptolemæus* *Philopator* fabricatus est, quadringenta ordinum, 280. cubitorum longitudine; altitudine autem, usque ad summam aeternam puppi duodecinguaginta: navis extra remiges quadringentis instructum, remigum quatuor millibus, adhuc milites armatos capiebat in foris & tabulato paulo minus tria millia. *Plutarchus* *Demetrio* cap. 59. *Freinsb.* Ut huic ioculocem adferamus aliquam, ea, quæ nos cum *Bayssio* ex *Plinio* observavimus de remigum ordinibus sic habent: *Quinqueremis* *Caji* (de qua *Plinius*) remigum quadringentorum remis impellebatur. Utrumque ergo latus navis ducentos remiges habebant, quos si per quinque distribuerimus (unde nomen est quinqueremis) quadraginta remiges, singula sedilia occupabunt, & ea sedilia ordines remigum aut remorum dicuntur. Navibus itaque nomen non erat à remorum, quibus impellebantur; multitudine, sed ab ordinum numero, qui in alterutro latere sedilibus suis distinguebatur: sic novenis remorum ordinibus dicebantur instructæ naves, quantum tabulati latera in novem sedilia distributa erant, & singulis ordinibus remigum numerus ex imperatoris iussu imponebatur, vel pro arte gubernatorum, vel scientia remigum, vel mole navium. Turribus etiam à prora & puppi fuisse *Antonii* naves instructas, ut in mari velut è muris pugnarent, ex *Virgil.* libr. 8. & *Dione* libr. 50. constat, *Stad.*

vata, castellorum & urbium specie, non sine gemitu maris, & labore ventorum ferebantur. quæ quidem ipsa moles exitio fuit. Cæsaris naves à trirēmbus in senos non amplius ordines creverant. Itaque habiles in omnia quæ usus poscebat, ad impetus & recursus flexusque capiendos, illas graves, & ad omnia præpeditas, singulas plures adortæ, missilibus simul, tum rostris, ad hoc ignibus jactis, ad arbitrium dissipaverunt. Nec ulla re magis hostilium copiarum apparuit magnitudo, quam post victoriam. Quippe immensa classis naufragio belli facta, toto mari ferebat. Arabum Sabæorumque & mille aliarum gentium Asiæ spolia; purpuram aurumque in ripam assidue nota ventis maria revomebant. Prima dux fugæ regina,

cum

*Ipsa moles exitio fuit* ] Vide supra 2. 2. Sic 2. 4. Pompejo nulla res magis exitio fuit, quam ipsa exercitus magnitudo. A talibus navibus quæ propter molem inmutabiles sunt, bellam comparisonem mutuatur Curtius in Perfarum oratione ad Alexandrum 4. 11. 8. *Videsne ut navigia que modum excedant, regi nequeunt.* Freinsh.

*Prima dux, &c.* ] Antonias aliquot præliis navalibus a Cæsare victus, equitatu ejus à Stalatio Tauro fugo fugatoque, ad hæc fidissimi cujusque amici ad Cæsarem ob odium Cleopatæ defensione, Cleopatra autem aliquot prodigiis consternata, commeatuque ob Cæsaris classem & exercitum intercluso, prælio rem committendam eo consilio censuerunt, ut inter præliandum fuga Antonius & ipsa elaberentur: & hinc velut in rebus deploratis Antonium jussisse, ut vela in naves suas deportarentur, tanquam ad fugam, non ad pugnam fe præpararet, Plutarchus scribit, Et hic iterum Antonii consi-

lia Cleopatæ auctoritate sunt corrupta, qui cum fidissimum militem haberet, maluerit navali pugna, in qua Cæsaris copiæ ob bellum cum Sexto Pompejo gestum exercitacissime erant, quam terrestri, in quo firmissimum erat, decernere. Antonii milites ab Imperatore suo deserti diu sideliter & constanter pugnant, & desperata victoria in mortem dimicabant. Cæsar verbis eos mulcebat, clamitans & ostendens Antonium fugisse, quærebatur pro quo & cum quo pugnant? qui ægre tandem cessere victoriam, & vitam veniamque Cæsar citius promissit, quam illis, ut ea precarentur, persuasum est. Canidius, qui terrestris Antonii copiis præerat, nocte fuga elapsus, cum suis deseruisset, ipsi fe Cæsaris clementiæ permiserunt. Victus est Antonius ad Actium à Cæsare ante diem 1v. Nonas Septembris anno dccxxii. à quo die Cæsaris Octavianii imperium incipit. *Stad.*

Inflare

cum aurea puppe, veloque purpureo, in altum dedit. Mox sequutus Antonius: sed instare vestigiis Cæsaris. Itaque nec præparata in Oceanum fuga; nec munita præsidis utraque Egypti cornua, Parætonium atque Pelusium, profuere. prope manu tenebantur. Prior ferrum occupavit Antonius. Regina ad pedes Cæsaris provoluta tentavit oculos ducis frustra. Nam pulchritudo intra pudicitiam principis fuit. Nec illa de vita quæ offerebatur, sed de parte regni laborabat. Quod ubi desperavit à principe, servarique se triumpho vidit, incautiorem nocta custodiam, in Mausoleum

*Inflare vest. Cæsaris.* ] Cæsar Antonium & Cleopatram victos in Ægyptum fugientes aliis persequendos dedit, ipse in urbem ad res urbanas, ne quis motus gravior nasceretur, ordinandas revertitur, ac post xxx. dies cum in Græciam ad bellum trajecisset, postero anno ambos Alexandriæ obsedit. Antonius in ultima rerum desperatione, ubi pacifici cum Cæsare non potuit, (petebat enim ut sibi privato Athenis vivere liceret, Cleopatæ filii regnum Egypti daretur) falso rumore occidit Cleopatram percussus, se interemit anno ætatis tertio, vel ut alii, sexto & quinquagesimo. Plutarchus, Dio, Suetonius, alii. *Idem.*

*Nec præparata, &c.* ] Cleopatra obstupenda molitione fugam in Oceanum instituebat: namque classem ex Egyptiaco mari in sinum Arabicum per Isthmum illum, quo Asia Ægyptus per xxxvii. m. passuum adhæret, transferre moliebatur, atque ita effugere bellum & servitutem: sed cum Arabes aliquot naves incendissent, & Antonius nondum desperaret, ab incepto destitit. *Idem.*

*Parætonium atque Pelusium.* ] Cornelius Gallus Cæsaris legatus Parætonium,

est is portus ad viii. M. passuum patens, & oppidum ejusdem nominis in Cyreniaca, occupaverat, ejecto Antonii præsidio. Antonius eo properat, confusus fe aut militem corrupturum, aut vi positurum Parætonio: sed id frustra fuit; namque cum Antonius ad murum accederet, ut milites alloquio ad se pelliceret, tum Cornelius Gallus classicum canere jussit, ut sensum aurium obtunderet, & subita vi erumpens, Antonium profligavit, classemque ejus affixit. Dio lib. 51.

Pelusium urbs est Egypti, Arabiæ Petreæ proxima, & ad extremum Nilii ab ortu ostium sita, quod ab urbe vicina Pelusiaco dicitur, illud præsidio firmatum Cleopatra per prodicionem Cæsari tradidisse creditur, ut jam tum ejus animum officio sibi demeretur. *Stad.*

*Servarique se triumpho vidit.* ] Recte vidit, Cæsar enim omnibus modis id contendebat: eaque fe sollicitè custodire jusserat, ne sibi manus inferret. quin etiam cum illa custodes fessellisset, Pphylos admovit, qui venenum ac vi-  
rus exurgerent. Suetonius Augusto 17. 10. Pphyllis enim hoc tribuit Strabo lib. 17. Freinsh.

Sépulcra

leum se (sepulchra regum sic vocant) recipit. ibi maximos, ut solebat, induta cultus, in differto odoribus folio, juxta suum se collocavit Antonium: admotisq; ad venas serpentibus, sic morte quasi somno soluta.

## CAP. XII.

Bella adversus gentes exterarum.

**H**ic finis armorum civilium. reliqua adversus exterarum gentes: quæ districto circa mæla sua imperio, diversis orbis oris emicabant. Nova quippe pax: nec diu assuetæ frenis

Septera regum sic vocant] Scilicet hoc ignorabatur Flori ævo; aut ita solent historici verbis interpretationes addere. Idem.

Maximos ut solebat, induta cultus] Hæc verba, ut solebat, suppositicia censeo, inserta ab aliquo, qui de solemnibus Cleopatræ factis inaudiverat. Sed ejicienda sunt, ut auctor sibi constiterit, qui morem potius moriturorum, quam Cleopatræ exprimere voluit. Antiquitas enim solatium quoddam mortis habebatur, in pretiosissimis vestibus mori, & ita quasi ad tumulum componi; quem morem Dominus etiam nosse non damnaſſe videtur: unctus enim à muliere, discipulis indignantibus, inquit, prævenit ungerere corpus meum in sepulcrum. Apud Alianum 3. 24 Xenophonti curæ fuit, ut haberet arma pulchra & expolita. Agebat enim, si vicisset hostes, elegantissimo quoque se ornatum dignum esse. & si vitam amitteret in prælio, cum quodam decore appariturum in armatura splendida. Nam hæc esse strenuo & forti viro ornamenta sepulcralia, quæ revera ipsum ornent. Freinsh.

Differto odoribus folio] Morte exterorum regum. Tacitus 1. 6. 6. de Poppeæ Neronis: Corpus non igni abolitum, ut Romanis mos: sed regum exterorum consuetudine differtum odoribus conditur. Sic Alexandro mortuo, Ægyptii Chaldæique purgare corpus, repletumque odoribus auctum folium, (sic enim distinguentium vel ex Flori loco constat) & capiti adjecta fortunæ ejus insignia. Silium ponitur his locis pro loculo, ubi mortui conduntur sicut apud Plinium 35. 12 in antiquioribus quidem libris & Curtium 10. 1. Idem.

Morte.] Quo genere mortis Cleopatra sit extincta, admodum est incertum: nullum enim veneni manifesti vestigium in corpore apparuit, duas tantum citatrices esse repertas, exiles & obscuras, quales aspidis læcessitæ morsu relinquuntur, quibus adductum Cæsarem expressam sictamque ejus imaginem in triumphum deportasse, cui aspis affixa adhereret, scribit Plutarchus, & quod aspidis veneno afflicti, somno in mortem solvuntur. Perit autem Cleopatra anno aetatis suæ tricesimo nono. Stad.

Hic finis.] Ut Augustum totius orbis victorem demonstraret, per

partes colligit, Geographicam distributionem securus, & quatuor terræ tractus

frenis servitutis tumida gentium inflataque cervicibus, ab imposito nuper jugo resiliabant. Ad Septentrionem conversâ ferme plaga ferocius agebat; Norici, Illyrii, Pannonii, Dalmata, Mysi, Thraces & Daci, Sarmatae atque Germani. Noricis animos dabant Alpes atque nives, quo bellum non posset ascendere: sed omnes illius cardinis populos, Brennos, Senones atq; Vindelicos, per privignum suum Claudium

Dru-

at victoria ejus edomitos recenset, qua enim ab Italia orbis in septentrionem & ortum vergit, Salassos, Japudes, Noricos, Pannonios, Mysios, Dacos, Thraces, Sarmatas, Europæos devicit: qua in occasum ipsam, Astures, & Cantabros Hispaniæ populos: qua in meridiem, Africam, Gætuliam, Marmaricam: atque in ortum, Armeniam, Parthiam, Indiam sponte ejus imperio cessisse colligit: sed rerum gestarum seriem etiam temporis ratione neglecta, confundit. Stad.

Nova quippe pax &c.] Crudum adhuc servitium appellat Tacitus 1. 8. Confimilis est huic Alexandri sententia, apud Curtium 6. 3. In novo, & (si verum fateri volumus) precario imperio, adhuc jugum ejus rigida cervicibus subventibus barbaris, tempore opus est, dum mitioribus ingenuis imbuantur, & esseratos molitur consuetudo permisceat. &c. Hinc explices illa Suetonii Vespas. 7. Auctoritas quedam majestas, velut impinato & adhuc novo principi decrat. Item illud Tacit: Agric. 13. Britanni domiti ut parent, nondum ut servant. Freinsh.

Quo bellum non posset ascendere] Salmastius ex pr. legendum conjecit: Noricis animos Alpes dabant, ac si in nives bellum non posset ascendere nam particula &, ac, crebro in voce commutatur. Noricos autem quod attinet, cogitandum illis fuit, nihil tam alte naturam consuevisse, quo virtus non posset eni-

ti. sicut Alexander ait apud Curtium 7. 11. Idem

Brennos, &c.] De Retis & Vindelicos Florum loqui satis constat, qui per Tiberium Drusum fratres, Cæsaris privignos, una ætate M. Druso, & L. Pisonæ Coss. edomiti sunt. Rætia à Vindelicia ab ortu Lyco amne, Vindelicia à Norico Aeno flumine terminatur. Rætia ab occasu fontibus Danubii & Rheni clauditur, ut Vindelicia Lyco: sed utraque Danubio à septentrione, à meridie Alpibus Græcis, Pœnis, Oera in Vindelicos Breuni, in Rætis Suanitæ à Ptol. censentur, Sennones à Strabone inter Suevos. Istarum gentium usque adeo immania fuisse in Romanos odia Strabo testatur, ut si quo illorum oppido aut vice potita esset, non solum cædibus grassaretur in impuberes, sed etiam cum vates suos consuluisse de sexu gravidæ si masculum utero gererent respondissent, ipsam quoque prægnantem conficeret. Ut eam crudelitatem Augustus ulcisceretur, Drusum contra eos misit, qui prælio apud Tridentinas Alpes fusos ab Italia submovit, atque cum in vicinam Galliam incurrisset, Tiberium quoque Drusi fratrem contra eos misit, qui multis urbium & castellorum expugnationibus, variis quoque præliis dissipatos aggressi, plurimum eorum cum sanguine perdomuerunt. Ne autem gens populosissima (Noricos etiam eodem tempore debel-

latos

*Drusum perpacavit. Quæ fuerit callidarum gentium feritas, facile vel mulieres ostendere; quæ deficientibus telis, infantes ipsos afflictos humo in ora militum adversa miserunt. Illyrii quoque sub Alpi- bus agunt, imasque valles earum, ac quedam quasi claustra custodiunt, abruptis torrentibus impliciti. in hos expeditionem ipse sumpsit; ferique pontes imperavit. Hic se & aquis & hoste turbantibus, cunctanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit: & in via primus, tunc agmine sequuto, quum Illyricus*

latos Strabo testatur) bellum denuo moveret, bellicosissimam & robustissimam inde deduxerunt, relicta invalidissima, ut agrum coleret. Feritatem quam mulieribus istarum gentium Florus adscribit in parvulos filios, eam Orosius tribuit furori Cheruscorum, Suevorum, Sicambrorum lib. 6. *Stad.*

*Callidarum*] Vocem illam *callidarum* non immerito suspectam habemus. nihil enim minus convenit barbaris & feris gentibus, quam calliditas. [Vide tamen Vellei. 2. 118. & nostrum supra 3. 4. & 3. 9.] & si maxime conveniret, quorum ejus calliditatis mentio? hoc quidem loco, cum nihil sequatur, aut callide aut dolose ab illis factum; sed meræ feritatis & barbariæ facinus. Suspicionem nostram auxit optimus liber, in quo reperit; *Albidarum*, hoc quid sit equidem nescio, forte scribendum sit; *Alpicarum*. *Alpicus* autem, & *Cisalpicus*, & *Transalpicus* in notis Tyronis & Senecæ legimus. *b* & *p* sæpe invicem mutant: rursus *d* & *c*. *Salmasius*.

*Mulieres*] Immane hoc factum, non Alpinis feminis, sed Cheruscis, Suevis, Sicambriis tribuit Orosius 6. 21. *Freinsb.*

*Illyrii, &c.*] Illyrii, hoc est. Dalmatæ, Liburni, Japudes, cum finitimos

aliquandiu latrocinii infestarent, nec vectigalia persolverent, & Cæsare bello, quod contra Sex. Pompejum gerebat, impedito, arma sumserunt. Cæsar ut militem suum laboribus confirmaret, in Japudes movit (Japudes Illyriis adscribunt Ptol. & Strab. nunc Scitriam vocant) atque eos qui citra montes haud procul à mari habitabant, haud difficulter ad dedicationem compulsi; qui vero ultra montes, difficillime. Etenim cum Metulum oppidum suo præsidio trium millium communissent, multos sæpe Romanorum impetus retulerunt, multas machinas incendunt, & Cæsar à lignea quadam turri in murum per pontem conscendere conatus, ponte ob multitudinem prægravato collabante, dextro crure & utroque brachio afflictus est: tamen ille suos confirmavit, & exercitum advocavit, nihil oppugnationem remittens. Barbari de pace se agere velle simulantes, præsidium in arce acceptum nocte trucidarunt, & ædibus incensis, alii se, alii uxores etiam & liberos occiderunt, ut nihil prædæ inde ad Cæsarem perveniret, cum etiam captivi haud ita multo post sibi manus intulissent. Sex. Pompejo & L. Cornificio coss. anno dccxxviii. *Stad.*

*Illyricus.*] Tres jam pontes ruperaut Illyrici

*multitudine pontem succidisset, saucius manibus ac cruribus, speciosior sanguine, & ipso periculo angustior, terga hostium percecudit. Pannonii duobus sal- tibus, ac fluviis, Dravo, Savoq, vallabantur. populati proximos, intra ripas se recipiebant. in hos Tiberium domandos misit. casi sunt in utrisque fluminibus. Arma victorum non ex more belli cremata: sed capta sunt, & in profluentes data: ut cæteris, qui resistebant, victoria sic nunciaretur. Dalmatæ plerum- que*

Illyrici; quartum, quem fieri imperaverat Augustus, non succiderunt, sed ipse sponte sua corruit & cum eo Augustus, & qui eum sequebantur. De quarto ponte nunc sermo est. vanissima igitur lectio *Illyricus*. qui quomodo poitit pontem multitudine succidere? corruit sane ille pons, multitudine eorum hominum qui cum Augusto erant, cum par esse non potuisset tantæ multitudini sustinendæ, legendum, quum *Illyricus* pons multitudine succidisset, non à cædo sed à cado, nihil certius. *Salmasius*.

*Pannonii.*] Pannonicum bellum cepisse anno dccxxiv. M. Vinucio & M. Agrippa III. coss. ex Kalen. Julii successit. Paterculus scribit, quod magnum atroxque & quam vicinum Italiæ imminere: sed si Dionem sequemur, annis xv. prius coepit, cum Cæsar domitis Japidibus in eos quoque arma, sed nondum hostilia, converterisset: verum cum ab iis, quando ad Urbem Scisciam accessisset, afflictus esset, populari eorum agros iussit, & Scisciam à terra fluviisque Colope & Sano obsedit: sed eorum pertinacia fracta est, cum intellexissent de suorum clade (qui cæsi à Cæsare erant) & se ejus clementiæ permissit, reliquaque Pannonia pacem accepit: ipse Cæsar, relicto Fusio Gemino, cum parte exercitus Romam rediit. Pannoniis

iterum rebellantibus, Fustus à Sciscia exturbatus est: sed ille præliis aliquot feliciter gestis, iterum eisdem imperata facere coëgit. Atque cum Pannonii frequentius rebellassent, & a M. Agrippa repressi, & tandem à Tiberio perdomiti sunt, Q. Elio Tuberone, & F. Maximo coss. Pannonia duplex est, superior, modo Austria; inferior, modo Hungaria dicitur. *Stadius*.

*Non ex more belli cremata*] Appianus in Punico de Africano minore. *Scuta, machinas, & naves inutiles, Marri Minervæque sacratas accinctus cremavit, more patrio.*

*Dalmatæ.*] Gabinium per Dalmatiam ad Julium Cæsarem quindecim cohortes & mille equites in Macedoniam ducentem, Dalmatæ filius & insidiis impeditum oppresserunt. Eam cladem Cæsar Julius, Pompeii Magni bello impeditus, ulcisci non potuit: sed victori Cæsari, ut ultionis occasione præverterent, Romam reverso pacis conditiones obtulerunt, & vectigales facti sunt. Cæsare in Senatu occiso, iterum per decennium pro libertate arma sumunt, & Atinium à Cæsare præfectum expellunt. Ad eos edomandos in Dalmatiam profectus Octavianus, iisdem insidiis ex silvarum & viarum perplexitate ab iis tentatus est, sed infelici successu: ipse eòs velut indagine captos oppræssit, & profligavit, fugaque in



que sub silvis agunt: inde in latrocinia promptissimi. Hos jam quidem Marcius incensa urbe Delminio quasi detruncaverat. postea Asinius Pollio gregibus, armis, agris multaverat. Sed Augustus perdomandos Tiberio mandat: qui efferum genus fodere terras cœgit, aurumque venis repurgare: quod alioquin gens omnium cupidissima, studiosa diligentia anquirat, ut illud in usus suos servare videatur. Mysi quam feri, quam truces fuerint, quam ipsorum etiam barbari barbarorum, horribile dictum est. Unus ducum, ante

in Scetoviam urbem delatos obsidione clausit, ibi cum Dalmatarum exercitus in urbem irrumperere conatur, profligatus est. In eo prælio Cæsar in genu ex lapidis jactu faucibus, aliquot diebus decubuit: tandem Dalmatas imperata facere cœgit daris obsidibus, atque tributum hæctenus à Julii Cæsaris tempore debitum persolvere, anno DCXX. *Stadium.*

*Marcius*] C. Marcius Figulus, qui consul fuit Anno v. c. DCXVII. collega L. Cornelio Lentulo Lupo. Hic igitur primo pulsus à Dalmatis, postea nec opinantes aggressus vicit, urbemque Delminium injecto ex catapultis igne, magna ex parte concremavit. Hæc fere *Pighius* in Annalibus ex Livii Epit. 47. Appiano in Illyricis, Zonara, & Obsequente cap. 75. L. Marcius Censorinus de Macedonia triumphavit, ut est in Capitolinis, anno DCXXV. quo anno etiam consul fuit cum Calvisio Sabino. nec quidquam præterea de rebus ab eodem gestis invenire potui. Observo autem ab Appiano in Illyrico scriptum esse, Marcium Figulum consulem (fuit is cum L. Cæsare consul anno DCXXCIX.) Delminium Dalmatarum urbem incendio delevisse. Forsan Florus nosse eo respexit, ut scriptum ejus est tumultuarium, detruncaverat e-

nim, pro exciderat, ad tempus præteritum respiciens dixit. estque in eo verbo egregia translatio: ut enim homine capite truncato, sensuum omnium & motuum præsidium avulsam est, ita & Dalmatarum populo exciso Delminio regia urbe, vis omnis ablata. Equidem in Strabone observo, Delminium urbem, unde genti nomen est, amplissimam à Nafica, nescio quo, in angustias fuisse redactam. *Stadium.*

*Asinius Pollio*] Consul cum C. Domitio fuit Anno v. c. DCXIII. & de Parthinis triumphasse legitur anno DCXIV. Parthini sunt Illyrii populi supra Apolloniam & Dyrrachium in Epiro. Asinium de Dalmatis triumphasse Horatius testatur, cum ita cecinit: Carm. 1. lib. 2.

*E: consulem Pollio curie,*

*Cui laurus æternos honores*

*Dalmatico peperit triumpho.*

Porphyrius ibidem eum Salona Dalmatiæ urbe maritima capta triumphasse, & Servius in expositione Pollionis Vergilianæ scribit, Asinium Pollionem ductorem Germanici exercitus, cum poit captas Salonas Dalmatiæ urbem, primo meruisset lauream, postea consulatum adeptus esset, eodem anno suscepisse filium, quem à capta civitate Salonium vocavit. *Stad.*

*M. Crassus*

faciem postulato silentio, Qui vos, inquit, estis? Responsum invicem: Romani, gentium domini. Et illi, Ita, inquiunt, fiet si nos viceritis. Accepit omen Marcus Crassus. Illi statim ante aciem immolato equo concepere votum, ut cæsorum extis ducum & litarent, & vescerentur. Deos audisse crediderim, nec tubam sustinere potuerunt. Non minimum terrore incussit barbaris Domitius centurio, satis barbare, efficacis tamen apud pares homines stoliditatis, qui foculum gerens super cassidem, suscitatum motu corporis flammam, velut ardenti capite fundebat. Ante hos, Thracum maxime populus desciverat.

*M. Crassus*] M. Licinius Crassus cons. fuit cum Cæsare tert. an. v. c. DCXXIX. ipsum de Tracis & Getis triumphasse Capitolini triumpho testantur, qui in Macedoniam missus Mysos bis devicit. itidem Baktarnas Scythas, qui Mysiam invaserant, ac regem eorum Deldonem interfecit. cetera Dio lib. 51. pag. 527. Mysii superiores cis & ultra Danubium habitabant: inferiores, Macedonia à meridie, Danubio à Septentrione & Dacis finitimi erant. *Stad.*

*Statim ante aciem.*] Non ergo Romanus tantum hic mos, sed aliis quoque gentibus communis. Sic Lacedæmonii reges Musis immolarunt ante prælium. auctor Plutarchus Lycurgo cap. 39. *Freimsb.*

*Foculum gerens super cassidem*] Gruterus putat hoc non adeo inusitatum fuisse præcis sæculis, ut à Floro barbaræ stoliditati adscribendum fuerit. Vide ipsum ad Livium 26. 51. Vtunque res habeat, firmatur certe dictum istud Armenionis apud Curt. 4. 13. *vanis & inanis militem magis, quam iustis formidinis causis moveri.* qua de causa Hunni etiam faciem &

comam ad formidinem formabant, ut Marcellinus initio lib. 31. alique memorant. Sic etiam hodierni Hussari dicuntur alas tergo capitiq; aprasse visi ad incuriendum hostibus terrorem. *Idem.*

*Thracum, &c.*] Bulogætes Thrax Bessorum rex (habitavit autem illi ad Æmum Thraciæ montem) sociis quibusdam aliis per cæronias & superstititionem callidam sibi adjunctis, deflectione facta, Rhascyporum Corys filium victum interfecit, & patrum ejus Rhymeralcen exercitu exsutum in Thraciæ Chersonesum compulit. Eo motu, & quod Sialætæ Macedonia popularionibus infestarent, excirus L. Piso exercitum duxit in Bessos, cum quibus male pugnavit: sed altero prælio eam cladem magna victoria correxit, eosque partim expugnationibus, partim acie imperata intra triennium facere cœgit. L. Piso consul fuit cum M. Druso Libone anno DCXXXVIII. Idem Tiberio principe præfecturam Urbis computatione tridui à Tiberio sibi demeruit, ut Plin. auctor est. *Stadium.*

rat. Ille barbarus & signis militaribus, & disciplina, armis etiam Romanis assueverat: sed à Pisonem perdomiti, in ipsa captivitate rabiem ostendere. quippe quum catenas morsibus tentarent, feritatem suam ipsi puniebant. Daci montibus inhaerent: Cotisonis regis imperio, quotiens concretus gelu Danubius junxerat ripas, decurrere solebant, & vicinapopulari. Visum est Casari Augusto gentem aditu difficilissimam submovere. Misso igitur Lentulo, ultra ulteriorem repulit ripam: citra, praesidia constituit.

Sic

[Ille barbarus & signis milit. aribus &c.] Ceteræ quoque gentes cum cernerent præcipuas Romanorum vires in ordine disciplinaque militari consistere; institutum eorum imitaturæ sunt. Exemplum est Syphacis apud Livium 24. 48. Sic Germani apud Tacit. 2. 45. Tacfarinas apud eundem 2. 52. Idem. Dacia à septemtrione Sarmatia Europæa includitur, meridiem Danubius præteredit, ortum Tyras fluvius, occasum Jazyges Metanastæ claudunt: ea regio partim Transylvania, Walachia, & Moldavia nunc dicitur. Dacos Getisessæ à Ponto in occasum proximos ad Istrum Strabo scribit, esseque populum montanum. Contra quos Cor. Lentulus ab Augusto missus, tres eorum duces cum magnis copiis delevit: citeriorem ripam præsidii munivit, satis victoriarum putans, posse illos prohibere. Dacos, scribit Dio, ad Casarem legatos ante bellum Actiacum misisse, & cum nihil eorum quæ peterebant impetrassent, ad Antonium inclinasse societatem, obque intermina bella ipsi Antonio nihil ului fuisse. Sed in eos, cum Sitam regem gentis Denthetetarum in Thracia, oculis captum bello petere. M. Crassum movisse, repulsos infecutum, & Segestriam expugnasse invenio. Nec hæcenus hu, us

rei gestæ historia plenior; nec quis fuerit ille exLentulorum familia(multi enim hoc tempore Lentuli consulares fuerunt) de quo Florus narrat, mihi satis conitare potuit: eadem oblivione apud reliquos qui existant scriptores, bellum à Lentulo cum Sarmatis gestum, video sepultum esse. C. Lucium cum Rhymetalci regi, populi Rom. socio auxilium ferret, contra Sarmatas bellum gessisse, victoque ultra Istrum submovisse Dio scribit lib. 54. Sarmatæ modo sunt Moscovitz, Lituani, Russi. Sarmatas tamen à Tiberio domitos scribit Euseb. Stad.

[Cotisonis] Et Daciæ regem facit hunc Horatius in carm. octavo libri tertii. sed si quis cognoverit, quæ de Dacis, Getis, Mysis scripserunt Strabo. Plinius. Dio libro extremo quinquagesimo secundo, non dubitabit, ut arbitror, quin hic Cotiso Dacorum, Cotiso sit Getarum rex, cui Octavianum Augustum filiam suam Juliam despondidisse primum, & ejus filiam sibi quoque invicem in matrimonium petisse, dicit Marcus Antonius apud Suet. Aug. 63. Vinetus. Forte promiscue usurpata fuerint antiquis hæc nomina. Daci enim quoque soboles Getarum sunt, inquit Justinus 32. 3. Freinsb.

Patet:

Sic tunc Dacia non victa, sed summota, atque dilata est. Sarmatæ patentibus campis inequitant. & hos per eundem Lentulum prohibere Danubio satis fuit. Nihil præter nives, rarasque silvas habent. Tanta barbarie est, ut pacem non intelligant. Germaniam quoque utinam vincere tanti non putasset: magis turpiter amissa est, quam gloriose acquisita: sed quatenus sciebat patrem suum Casarem, bis trajecto ponte Rheno, quæsisse bellum, in illius honorem concupiit facere provinciam. & factum erat, si barbari tam vitia nostra, quam imperia ferre potuissent. Missus in eam provinciam Drusus, primos domuit Usipetes: inde Tenetheros percucurrit, & Cattsos. Nam Marcomanorum spoliis insignibus quendam editum tumulum in trophæi modum excoluit. Inde validissimas

mas

[Patentibus campis inequitant] Sarmatarum gens equestris hodieque pugnis pedestribus non perinde idonea. Tacitus H. 1. 79. Mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos, nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum; ubi per turmas advenerit, vix ulla acies obstitit. Freinsb.

[Germaniam, &c.] Sicambri, Usipetes, & Tenchteri Germaniæ gentes, cum quodam Romanos in suo territorio deprehenso in crucem egissent, Rhenoque transmissio Galliam popularentur, equitatum Romanum contra se missum per insidias circumvenerunt, & cum fugientibus instarent, usque ad Lollium Galliz proconsulem delati, eum quoque profigarunt, amissâ quintæ legionis aquila: quæ clades ipsam quoque Casarem ab Urbe in Galliam extraxit. Cura denique atque onus belli Germanici delegata est Druso Neroni, qui Casaris privignus, Ti-

berii frater erat. Stad.

[Utinam vincere tanti non putasset] Meminisse debuerat, quod est apud Thucydidem 6. 2. 15. Stultum esse aggredi, quos etiam si vincas, retinere non possis.

[Bis trajecto, &c.] Julius Casar bis facto super Rhenum ponte in Germaniam traiecit: semel, ut ipse scribit lib. 4. haud longe à Colonia: iterum in Trevirorum finibus, quod libro 6. scribit. Stad.

[In illius honorem] Scilicet, ne obtrectare parentis gloriæ videretur. quam etiam causam fuisse Neroni, ne ex Britannia deduceret exercitum, refert Suetonius in vita 18. 1. Freinsb.

[Marcomanorum spoliis] Dio per lib. 55. Drusus ad Albim usque pervexit. hunc cum frustra conatus esset transire, trophæi consueti recessit. Igitur Marcomani tum temporis ad Albim coluerunt. Quod & ex Tacito colligas, German. cap. 42. Idem.

C c 2

Figniti

*mas nationes, Cheruscos Suevosque & Sicambros pariter aggressus est: qui viginti centurionibus incrematis, hoc velut sacramento sumpserant bellum, adeo certa victoriæ spe, ut prædam in antecessum partitione dividerint. Cherusci equos; Suevi aurum & argentum; Sicambri captivos elegerant: sed omnia retrorsum. Victor namque Drusus equos, pecora, torques eorum ipsosque, præda divisit, & vendidit. præterea in tutelam provinciarum, præsidia atque custodias ubique disposuit; per Mosam flumen; per Albim; per Visurgim. Nam per Rheni quidem ripam, quinquaginta amplius castella direxit. Bonniam & Cesoniam cum pontibus junxit, classibusque firmavit. Invisum atque inaccessum in id tempus Hercynium saltum patefecit. Ea denique in Germania pax erat, ut mutati homines, alia terra, cælum ipsum mitius molliusque solito videretur. Denique non per adula-*

*Viginti centurionibus incrematis*] Ita capiendus Tacitus de iisdem gentibus 1. 21. *Lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones maculaverant.* Simile est exemplum Tarquinienisum apud Livium 7. 15. *Idem.*

*Per Albim*] Albis terminus erat imperii, aut potius nominis Romani, eum enim id temporis non transcederant. Strabo lib 7. pag. 203. nisi forte, ut statim retrocederent, quod videtur innuere Tacitus 4. 44. Ceterum retinendis provinciis firmissima vincula sunt fluvii, quorum commoda tangit & nosster supra 3. 11. *Iam primum qui solus & subvehere commentus & muovere poterat, à tergo relictus Euphrates.* Idem.

*Per Rheni quidem ripam*] Hæc igitur origo urbium oppidorumque, quæ

hodieque in Gallica ejus ripa visuntur, crebra & præclara. De quibus multa scitu digna jucundaque Cluverius. Cur autem tantum castellorum numerum ibi posuerit Drusus, rationem haurias ex illis Taciti 4. 5. *præcipuum velum Rhenum juxta, commune in Germanos Gallosque subsidium, octo legiones erant.* Freinsh.

*Bonniam & Cesoniam cum*] Accedo plane sententiæ Cluverii, quam de Germania antiqua 2. 13. & 17. prædicit *Bonniam & Magontiacum* legendum hic esse, ad dubium enim, quod ex phrasi *ponte jungere* Vinerus movet, dixerim, separatum hæc esse intelligenda, Bonniam ponte junxit, & Magontiacum ponte junxit, h. e. pontem & hic adificavit & ibi. *Idem.*

*Non per adulationem*] Nondum enim invaluerat

*adulationem, sed ex meritis, defuncto ibi fortissimo juvene, ipsi, quod nunquam alias, senatus cognomen ex provincia dedit. Sed difficilius est provincias obtinere, quam facere. viribus parantur, jure retinentur. Igitur brevè id gaudium. Quippe Germani victi magis, quam domiti erant: moresque nostros magis, quam arma sub imperatore Druso suspiciebant: postquam vero ille defunctus, Vari Quintilii libidi-*

invaluerat iste morbus, ut qui gentem aliquam non bello modo, sed ne prælio quidem vicerat, protinus eam indueret nomini, sicut posteriores principes, ex gentium non dico victarum, sed ne vifarum quidem vocabulis *Parthici, Germanici, Gothici* &c. audivere: quod ipsum etiam Aureliano fortissimo imperatori indignum visum est. propterea quum illum *Carpicum senatus absentem vocasset* (quamvis Carpos vicisset) mandasse illico fertur; *Supereft P. C. ut me etiam Carpisculum vocetis.* Non ablineo manum, quin Valerii Maximi verba 2. 8. 5. adscribam; *Probetur nunc cuiuslibet gloriæ cupidi, qui ex desertis montibus, myoparonumque piraticis rostris, laudis inopes, laurea ramulos festinabunda manu decerpserunt.* Freinsh.

*Defuncto, &c.*] Drusum consulem cum Quintilio Crispino an. DecXLIV. annum agentem tricesimum ex fractura, æquo super crus ejus collapso, tricesimo die quam id acciderat, inter Salam & Rhenum fluvios mortuum esse, ex Epitoma Livii, Paterculio, & Strabone colligo. Dio scribit morbo consumtum, ostentoque cum populando ab Albim usque pervenisset, quem trajicere moliebatur, consternatum. Corpus ejus à Tiberio Nerone fratre, qui nuntio valetudinis ejus evocatus rapim accurerat, Romam pervectum est, & in Augusti tumulo conditum. Drusum consulem cum filiis Germa-

nicum à Senatu appellatum, ibidem Dio scribit, quod cognomen ei primo Senatus à provincia impoferit. *Stad.*

*Cognomen ex provincia dedit*] Ovidius Fast. 1. 597.

*Et mortem. & nomen Druso Germania fecit.*

Non autem ipsi tantum, sed simul etiam filii datus est. Dio princ. libri 55. *Freinshemium.*

*Vari, &c.*] P. Quintilius Varus consul cum Tiberio Nerone fuit anno DecXL. hunc Syrix fuisse præfectum Josephus testatur, addit Paterculus cum fuisse pecuniæ usque adeo studiosum, ut Syriam ipse rapinis ditatus pauperem reliquerit, quam ipse pauper divitem ingressus erat. De hujus morte Virgilium, ut eam impotentius ferentem, Horatius Ode xxiv. libri primi consolatur, Augustus usque adeo ea clade consterna us fuit, ut Suetonius recenset, quot per continuos aliquot menses, barba capilloque summissio, caput interdum paribus illideret, vociferans: *Quintili Vare redde legiones.* Verum conventus agere, est in loco designato ad certam diem provincialibus jus dicere, quod forum agere, Cicero dicit, *Ansus*, inquit, &c. quare autem dicit conventum agere? quia nullo exemplo hoc Varus fecit: imperium enim tantum, hoc est, belli gerendi potestatem; nullam jurisdictionem habebat. Germania enim

libidinem ac superbiam, haud secus quam sevitiā  
odisse cœperunt. Ausus ille agere conventum: & in  
castris jus dicebat, quasi violentiam barbarorum &  
lictoris virgis, & praconis voce posset inhibere: at  
illi, qui jam pridem rubigine oblitos enses, inertesque  
mœrerent equos, ut primum togas, & sœviora armis  
jura viderunt, duce Arminio arma corripiunt. quum  
interim tanta erat Varo pacis fiducia, ut ne prædicta  
quidem, & prodita per Segestem, virum principem,  
ducum

enim in provinciæ formam redacta  
erat: verum ante provinciam ordina-  
tam jurisdictione non mandabatur. *Stad.*

*Superbiam* ] Pacatus panegyrico ar-  
20. majores nostros ita peritum est ar-  
rogantia, ut graviores semper putarent  
servitute contemptum, ejusque impatien-  
tia sint coacti post bellatores Tullos, Nu-  
maque sacrificios, & Romulus conditores,  
regnum usque ad nomen odisse. Denique  
ipsum illum Tarquinium execratione pos-  
trema, huc damnaverunt maledicto; &  
hominem libidine præcipitem, avaritia  
cecum, immanem crudelitate, furore ve-  
cordem, vocaverunt Superbum, & puta-  
verunt sufficere convitium. Servius ad  
*Aeneid.* 11. 15. Apud majores superbia  
ingens facinus fuit, adeo ut Tarquinius pro  
multis sceleribus Superbi nomen accepit.  
nec iustus Senecæ de clement. 1. 10.  
quamvis ad principes magis, ad solos  
principes pertinet; contumelia acerbitas  
solent esse quam injuria. Ex qua sen-  
tentia simul intelligere possis, quid  
differant contumelia & injuria. nam  
Jeri confundunt, & pro iisdem habent  
1. de injur. *specialiter autem in-  
juria dicitur contumelia.* Sed Seneca accu-  
rate distinguit, ut & de constant.  
sap. 2. 4. *Tutus est sapiens, nec ulla affici  
aut injuria, aut contumelia potest.* Diffe-  
rentiam porro horum explicat idem  
de constant. sap. ut contumelia sit eo-

rum, quæ non laedunt, sed offendunt,  
quod per exempla quoque explicat in  
fine dicti libelli. *Freinshemius.*

*Togæ* ] Has enim fumentabant in jurif-  
dictione, saltem Advocati, causidici, &  
id genus, ut notat Lipsius ad illa verba  
Plinii in paneg. cap. 56. *hostilemque ter-  
rorem non armis, um magis, quam togarum  
ostentatione compercerit.* Hinc tam sollici-  
tus est Quintilianus in oratore suo to-  
ga decore amiciendo, instituit. orat. 1.  
3. Hinc Apulejo sine lib. 10. appellan-  
tur togati vultures, quod litibus immi-  
nent, ut aves illæ cadaveribus rogati,  
ab usu togæ. *Freinshemius.*

*Arminio.* ] Arminius (quem Her-  
mannum nonnulli scribendum con-  
tendunt) Cheruscorum princeps e-  
rat, filius Segemeri, qui militavit cum  
Romanis, & equestr. ordine & jure ci-  
vilitatis erat donatus, segnitie & fœcor-  
dia Vari usus est in consilio sui de Ger-  
mania liberanda occasionem. Ipsum  
tunc annum egisse vicessim sextum  
ex Tacito colligitur, qui eum septem  
& triginta annos vitæ, duodecimum  
imperii sui explevisse scribit; cum do-  
lo propinquorum occideretur, Norba-  
no & Flacco coff. an. DCCXXII. *Stad.*

*Segestem.* ] Segestes Cheruscorum  
regis filiam, nomine Thuaneldam, alii  
desponsam Arminius rapuerat; hinc  
gener invisus erat: quare Segestes con-  
jura-

ducum conjuratione commoveretur. Itaque impro-  
vidum, & nihil tale metuentem improviso adorti,  
quum ille (o securitas!) ad tribunal citaret, undique  
invadunt, castra rapiunt, tres legiones opprimuntur.  
Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paul-  
lus, & fato est & animo sequutus. Nihil illa cede  
per paludes, perque sivas cruentius: nihil insulta-  
tione barbarorum intolerantius, præcipue tamen in  
causarum patronos, aliis oculos, aliis manus ampu-  
tabant: unius os sutum, recisa prius lingua, quam in  
manu

jurationis conscius, extremo convivio,  
post quo insidiis Romanos sunt ador-  
ti, Varo rebellionem & insidias ab  
Arminio parari indicat; suasitque Va-  
ro, ut se & Arminium & ceteros pro-  
ceres in vinculis haberet: nihil ausu-  
rum plebem sine ducibus; interim ipsi  
tempus fore quo de criminationibus  
suis & de innoxii cognosceret. sed fatu-  
rum, quod hominum consilia, cum cla-  
dem aliquam intruit corrumpit, &  
mentem & animum Vari fœcordia &  
segnitia peritinxerat. *Stadius.*

*Quum ille, (o securitas!) &c.* ] Vi-  
deo Florum nostrum alios annales se-  
cutum, quam Paterculum, huic sæcu-  
lo æqualem, aut Tacitum, aut Dionem:  
qui, ut rem in pauca conferam, fere ita  
tradunt, pertractos esse ex insidiis Ro-  
manos in Teutoburgensem saltum in-  
ter Luppium & Rhenum, ibique palu-  
dibus & silvis impeditos, undique in-  
sultantibus Germania oppressos esse,  
Varum ab hostibus vulneratum & de-  
speratis rebus mortem sibi conscivisse.  
*Stadius.* Non putem Florum alios an-  
nales sequi, quam reliquos auctores,  
quod enim non omnes circumstantias  
minutum persequitur, more suo & le-  
ge compendii facit. *Freinshemius.*

*Eodem, quo Cannensem diem Paulus  
&c.* ] Id est, sequutus est exemplum

Pauli, ac superesse noluit, exercitui oc-  
cissione occiso. inepte alii ex isto Flori  
loco eruere volunt diem cladis Varia-  
næ; uti ostendit Casaubonus ad Suetoni-  
um Augustulum cap. 23. *Grueterus.* Ita  
supra 4. 2. 35. *Curioni pudor sufficit, ut  
amissum sua temeritate exercitum morte  
sequeretur.* *Freinshemius.* Clades Can-  
nensis, qua Annibal ad Cannas Paul-  
lum Aemilium magna cum calamitate  
Populi Romani ex Varronis consulis  
temeritate fere obrivit, incidit in  
diem quartum Nonas Quintilis. Pauli  
Aemilii casus & Vari fati inique com-  
parantur. Paulus enim Varronis sto-  
liditate sequi coactus cum fortiter  
pugnasset, ex funda graviter ictus mo-  
ri maluit, quam ut eladi suorum aut  
temeritati Varronianæ accusator su-  
peresset; Varus & culpam, suæ infeli-  
citaris ex securitate & fœcordia, quæ  
frequentissima ad calamitatem sunt  
initia, sustinet. *Stadius.*

*Recisa prius lingua*] Simile facinus,  
nisi quod indignius in Ciceronem ad-  
misit Fulvia. *ejus enim caput arreptum,  
insultans amarulentis verbis; & con-  
spuens, genibus suis imposuit: origo ejus  
aperta, linguam extractam, acubus (qua-  
les scum comendi capitis causa multies  
ferunt) compunxit, additis crebris ac tur-  
pibus opprobriis.* Dio lib. 47. pag. 37.

*manu tenens barbarus, tandem, inquit, vipera, sibi lare desiste. Ipsius quoque consulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat, effossum. Signa & aquilas duas adhuc barbari possident. tertiam signifer prius quam in manus hostium veniret, evulsit; mercisamque intra baltei sui latebras gerens, in cruenta palude sic latuit. Hac clade factum, ut imperium, quod in littore Oceani non steterat, in ripa Rheni fluminis staret. Hac ad Septemtrionem. Sub Meridiano tumultuatum magis, quam bellatum est. Musulanos atq; Gætulos accolens Syrtium, Cossò duce com-*

*pescuit:*

*Consulis] Proconsulis scribere debuerat.*

*Duas adhuc barbari possident.]* Ex hoc loco videtur haurire sententiam suam Cuspinianus, qui ita de hac re scribit: *Tres legiones obtruncatae, signa & Aquila duæ à Germanis captæ, quas hodie possidemus. Non enim biceps est Aquila, ut imperium vulgus credit: sed duæ simul, quarum altera alteram expansis alis obtegit. Tertiam signifer legionis tertiæ abstulit, paludeque demersit, ne in hostium manus veniret. Alioqui tres haberemus aquilas in insignibus imperii. Nec unquam hæc reddita sunt imperatoribus Romanis quod Parthi fecerant, sed semper in hunc usque diem servatæ. Et hæc quidem speciosa dicta Cuspinianus. Ceterû haud paulo melioris esse fidei censeam Tacitum & Dionem historicos, qui ambas istas aquilas à Romanis recuperatas scribunt. ille quidem in annalibus 1. 60. alteram à Stertino reperam, hic in historia 60. pag. 770. Gabinium aquilam, quæ sola à clade Variana supererat, recuperasse tradunt. Freinsht.*

*In ripa Rheni fluminis staret.]* Consilio Augusti quod est apud Tacitum 1. 11. Etiam posterioribus seculis. Seneca præfat. naturalium quæstionum; *Rhenus Germania modum faciat, quamvis*

*interim sæpe transcensus sit Romanis. Idem.*

*Sub meridiano.]* Solus Florus & Orosius 4. 20. quantum memoris nunc occurrit, hos sub meridiano tumultus inter Augusti gesta enumerant. Suet. in vita cap. 21. dicit, Augustum *alios item nationes male quietas ad obsequium redegissee.* Camers.

*Musul. a. Gæt. Cossò duce compestuit.]* Musulanos vocat Ptolemaeus *μῦσουλῶν*. Numidisque meridionales collocat versus Africæ solitudines, & sub Audomonte ad Amfagam flumen, Mauritaniz Cæsariensis terminum. Tacitus testatur de ea gente tertium triumphalia insignia esse acquisita, à tribus Romanorum ducibus, & à P. Dolabella, cæso Tacfarinate hostium duce, eam gentem fuisse devictam. Getulia supra Africam minorem in meridiem extenditur, regio tota montosa ab Atlantico Oceano in Orientem procurrit, & in Septemtrionem non nihil se versus Syrtis inslectit. Cn. Cornelium Lentulum Cossum, cum L. Calpurnio consulem fuisse anno DCCLII. in Annalibus consulum scribitur, & postea Getulicum esse appellatum, nimirum à devictis

*pescuit: unde illi Gætulici nomen. Latius victoria patet. Marmaridas atque Garamantas Curinio subigendos dedit. Potuit & ille redire Marmaricus; sed modestior in aestimanda victoria fuit. Ad Orientem plus negotii cum Armeniis. huc alterum ex Cæsariibus nepotibus suis misit. Ambo fato breves; sed alter inglorius. Masilia quippe Lucius morbo sol-*

*vitur:*

devictis Gætulis. Tacitus etiam eundem triumphalia de Gætulis insignia accepisse testatur, de hujus belli causa & re gesta alium apud alios silentium est: ut etiam bellorum in Africa tempore Augusti gestorum, quæ tamen post M. Lepidum à Cæsare exercitu & potestate exutum, in Cæsare provincia in triumviratu fuerat, nunquam quievisse videtur. Stailius enim Taurus à Cæsare in Africam missus, de ea triumphavit anno DCCLXIX. Iterum L. Autronius proconsul anno DCCLXIV. tertium triumphum duxit ex Africa L. Sempronius Atratinus anno DCCLXXX. Quartus L. Cornelius Balbus, de Garamantibus Africæ populis triumphavit anno DCCLXXXIV. de quibus Plinius, lib. 5. Solinus & Strabo scribunt, quod ad Garamantas (habitarat autem ultra Oætolis meridiem versus à fontibus Bagradæ fluminis usque ad Nubam paludem) iter inexplicabile ante hac fuisse, latronibus gentis ejus puteos, qui non alte fodiendi sunt, si locorum noticia adit, arenis operientibus. Balbus hic Gadibus oriundus, cum patruo L. Cor. Balbo jure Quiritium donatus, & primus peregrinorum fuit, qui accessit ad gloriam triumphalem. *Stad.*

*Marmaridas.]* Marmarica ab occasu Cyrenaica terminatur, ab ortu Ægypto, à Septemtrione Ægyptiaco mari, à meridie Lybia deserta & Æthiopia; de rebus in ea gestis & ducibus Romanorum nihil apud alios reperi. Lego apud Dionem, Æthiopes, qui supra

Ægyptum sunt, duce Candace regina usque ad Elephantum populationibus grassatos, sed à C. Petronio repulso, & Tanapen regiam tum alias urbes ipsorum occupasse & diruisse. Cum Petronius propter arenam & aestum cum suis pedem referret, præsidium quoddam ipsius iterum ab Æthiopibus expugnatum, ipsoque revere liberatum, & Candacen reginam ad pacis condiciones coactam. *Stad.*

*Potuit & ille &c.]* Facit hic locus, ut putem, supra 2. 17. in causa Metelli; verba illa, *majori gloria pepercit*, applicanda esse cognomi: *majori gloria pepercit*, hoc est, amplio rem laudem meruit, dum abstineret ab isto cognomine, quod virtute merebatur. Non dissimile est istud Plinii 7. 26. de Pompeio. *Excitatus in Pyreneæ tropæis, oppida DCCCLXXXVI. ab Alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris in ditionem redacta, victoria sue adscripsit: & majore animo Sertorium tacuit.* Ab hac modestia focerum suum laudat Tacit. Agr. 18. 10. *Nec Agricola prosperitate verum in vanitatem usus, expeditionem autem victoriam vocabat, victos contumisse: ne laureatis quidem gesta prosecutus est, sed ipsa dissimulatione famam suam auxit, aestimantibus quanta futuri spe tam magna tacuisset.* Freinsht.

*Lucius morbo solvitur, &c.]* C. & L. Cæsares erant Augusti nepotes, nati ex M. Agrippa & Julia ejus filia. Cajus quidem M. Apuleio & P. Sillio cons. anno DCCLXXXIII. Lucius vero C. Furnio

vitur: in Syria Caius ex vulnere, quum Armeniam ad Parthos se subtrahentem recipit. Armenios, vieto rege Tigrane, in hoc unum servitutis genus Pompeius assueverat, ut rectores à nobis acciperent. Intermissum ergo jus, per hunc recuperatum, non in cruento, nec inulto tamen certamine. Quippe Domnes, quem rex Artaxatis præfecerat, simulata proditione, adortus virum intentum libello, quem, ut thesau-

& C. Silano coss. anno dccxxvi. Utrumque Augustus hoc eodem anno adoptavit, teste Dione, tenerosque adhuc ad reipublicæ curam admovit, & consules designatos circum provincias & exercitus dimisit. C. Cæsarem consulcm a populo creatum, annos xiv. natum vterque tituli reitauerit: sed nec tum iniisse magistratum puto, neque cum consul iterum esset designatus cum L. Paulo post quinquennium, Lucium Hispaniam petentem Massilia: ex morbo periisse annum ferme ante Cæii fratris sui mortem, ut Paternulus scribit, sed ut Sueton. numerat, intra octodecim menses; verum cum triennio post ipsorum obitum Tiberius ab Augusto, Sex. Ælio Cato, C. Sentio Saturnino coss. adoptatus sit, manifeste colligitur Caium anno V. dccciv. Lucium dcccvi. periisse. *Stad.*

In Syria] Clare & distincte Vellejus 2. 102. in Lycia obiisse Cajum vult, urbe quoque expressa (in urbe Lycia, Limyram nominant, morbo obiit) & Limyrum quidem fluvium, Limyram urbem, in Lycia Ptolemæus collocat: quæ in Stephano Limyra scripta, (Perperam putat vir summus Limyra Stephano esse Limyra. Limyra & Limyra duæ sunt urbes Lyciæ diversæ: utramque Stephanus recenset. *Salmasius.*) In eadem cum Vellejo sententia Suetonius (Aug. 65. 3.) Cajum & Lucium in dnoveri-

ginti mensium spatio amisit ambo; Cæii in Lycia, Lucio Massilia defunctis. Etiam Joh. Zonaras. Hoc itti centent, curiosi scriptores. Tamen ecce qui dissentiunt & in Syria obiisse volunt. Grande scilicet, ne nescias inter Lyciam & Syriam intervallum, & Pamphylia ac Cilicia tota interjecta. Seneca pater qui ipse illius ævi. Cum mortuo in Syria C. Cæsare colicillo questus esset Augustus. Florus pariter: Massilia Lucius morbo solvitur: in Syria, cuius ex vulnere. Quid dicemus? inclinabam ad priores: sed revocat Bellonii observatio, qui narrat libro 2. Urbem Hamam esse Arabibus Hamzam, Latinis olim Emesam vel Emisiam, juxta quam sepulcrum sit dcccxxvii, in modum quadrangula Pyramidis fastigiata, valido cemento constructum, in quo C. Cæsaris epitaphium Græci characteribus inscriptum legatur. Si ita est, quis ambiget, quin ad hunc C. Cæsarem pertinuerit? atque ita firma probaque sit altera sententia: quia Emesam illa citra controversiam Syriæ in Phœnice urbs est. *Lipsius.*

Intentum libello] Sic Vitalianum præfectum prætorio Maximi quidam præcæcis epistolis. contemplantem signa diligentius, prolatis pugionibus confodit, apud Herodianum 7. 14 Sic Parmenio interficitur apud Curtium 7. 2. Domitianus apud Suetonium in vita cap. 17. *Freinsb.*

Cantab.

thesaurorum rationes continentem, ipse porregerat, strictus ac recreatus ex vulnere in tempus. Caterum barbarus undique infesto exercitu oppressus, gladio, & pyra, in quam se percussus immisit, superstiti etiamnum Cæsari satisfacit. Sub Occasu pacata fere omnis Hispania, nisi quam Pyrenæi desinentis scopulis inhaerentem citerior alluebat Oceanus. Hic duæ validissimæ gentes, Cantabri & Astures, immunes imperii agitabant. Cantabrorum & pejor, & altior, & magis pertinax in rebellando animus fuit; qui non contenti libertatem suam defendere, proximis etiam imperitare tentabant, Vaccaosque, & Curgonios, & Autrigonas crebris incurSIONIBUS fatigabant. In hos igitur, quia vehementius agere nunciabantur, non mandata expeditio, sed sumpta est. Ipse venit

Segis-

Cantabri, &c.] Augustum contra Astures & Cantabros (qui hodie Biscaini sunt) quique nomen Oceano Cantabrico dederunt, profectus est, teste Dione, cum nonum consulatum ipse cum M. Junio Silano cepisset ann. dccxxviii. ac Suetonius auctor est Augustum octavum iniisse consulatum Tarracone, collega T. Statilio Tauro, & ibidem quoque hunc nonum cepisse cum M. Silano. Oportuit itaque Augustum in Hispaniam, quam Dio scribit, tempestivius profectum fuisse, & rem deinceps per legatos ejus gestam esse, cum Orofius hoc bellum per quinquennium extendat. *Stad.*

Vaccaosque, &c.] Vaccæi mediterranei sunt Hispaniæ Tarraconensis populi cis Durium flumen, ubi nunc urbes Palencia, Vallis Oletana. inter quas olim Segisama, ut Ptolemæus aut Segesama, ut ex Polybio Strabo recitat, numeratur, modo Tordeillas dicta, Autrigones populi supra Canta-

brus versus Tyrenæum habitabant montosa admodum & prærupta regione circa Iberi fontes, ubi nunc Birugesca, ceteræque urbes: Sub iis in meridie & occasum Murbogi habitabant (ubi nunc Burgos oppidum situm est) inter Vaccaos & Cantabros. Sinte itaque Murbogi reponendi pro Curgonios (quorum nomen obscurum est) lectoris iudicio permittimus. Nec minus aliena vox est, quæ mox sequitur, Belgica: mihi si conjecturare in tanto Annalium silentio liceat, Vellica scribendum putarem, eam namque in Cantabris Ptol. recenset Vindio monte vicinam, quam modo victoriam vocant. De Aracido non habeo nunc quidem quod adferam. Astures fuisse eos, qui nunc in legionis regno ab Astorga urbe utrimque in septentrionem usque ad littora Oceani Cantabrici habitant, loca ex Ptolemæo conferenti satis appertum est. Edulius mons erit, qui vulgo Roncevaus dicitur. *Idem.*

Es

*Segisamam: castra posuit. inde partito exercituito-  
tam in diem amplexus Cantabriam, efferam gentem,  
ritu ferarum quasi indagine debellabat. Nec ab Occa-  
no quies, quam infesta classe ipsa quoq; terga hostium  
caderentur. Primum adversus Cantabros sub ma-  
nibus Belgica præliatus est. Hinc fuga in eminen-  
tissimum Vinnium montem, quem maria prius Ocea-  
ni, quam arma Romana ascensura esse crediderant.  
Tertio Arracillum oppidum magna vi repugnat. Ca-  
ptum tamen postremo fuit. Medullæ montis obsidio  
(quem perpetua quindecim millium fossa comprehen-  
sum cinxit undique simul adente Romano) postquam  
extrema barbari vident; certatim igne, ferro inter  
epulas, venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus taxeis  
exprimitur, præcepere mortem: seque pars major à  
Antistium, Furnium, Agrippam legatos, hibernans in  
Tarra-*

[Ex arboribus taxeis] Taxus arbor ve-  
nena; Letale quippe bacca; in Hispania  
pracipue, venenum inest. Vasa etiam  
viatoria (legerim victoria) ex ea vini in  
Gallia facta, mortifera fuisse corporeum  
est. Hanc Sestius smilacem à Græcis vocari  
dixit: & esse in Arcadia tam præ-  
sentis veneni, ut qui obdormiant sub ea  
cibumve capiant, moriantur. Sunt qui &  
taxica hinc appellata dicant venena que  
nunc toxica dicimus. Plinius 16. 10.  
Hoc veneni genere perit quoque Cati-  
vulus Eburonum rex, apud Cæs. de  
bel. Gall. 6. 31. Freinsh, Cantabros ex  
more toxicum, quod ex herba apio si-  
millima componunt, semper, ne quid  
inviti patiantur, in promptu habere  
Strabo quoque testatur. Eosdem mor-  
ti se etiam pro iis, in quos sunt pro-  
pensi, devovere, & immolandos præ-

bere scribit, quo more etiam pro Au-  
gusti salute Sextum Pacuvium se de-  
vovisse Dio scribit. Itidem bello Can-  
tabrico à matribus filios, ne in hostium  
potestatem vivi venirent, interemptos  
Strabo tradit. Quendam etiam puer-  
ulū parentes & fratres suos, cum vin-  
culis essent adstricti, iussu patris un-  
versos gladio consecisse: itidem mu-  
lierem quandam captivos necessitudi-  
ne sibi junctos trucidasse: aliquot et-  
iam cum captivi ipsi in crucem age-  
rentur, lætitiæ carmina cecinisse. que  
ideo hic referenda putabam, ut intelli-  
gatur cum quam efferata gente Augu-  
sto bellum fuerit. Stad.

Hæc per Antistium, Furnium, Agrip-  
pam legatos. Augustus ex morbo Tar-  
racone decumbens, C. Antistium ve-  
terem contra Astures cum exercitu  
misit,

*Tarraconis maritimis Cæsar accepit. Ipse præsens  
hos deduxit montibus: hos obsidibus astrinxit: hos  
sub corona jure belli venundedit. Digna res laura,  
digna curru senatui visa est: sed jam Cæsar tantus  
erat, ut posset triumphos contemnere. Astures per  
idem tempus ingenti agmine à montibus suis descen-  
derant. Nec temere sumptus, ut barbaris, impetus: sed  
positis castris apud Asturam flumen, trifariam diviso  
agmine, tria simul Romanorum castra aggredi para-  
bant.*

misit, quos ipse locorum difficultate  
impeditus debellare non potuit. Astu-  
res confidebant se præruptis saxis &  
præpeditis viis satis munitos, qua fo-  
cordia decepti C. Antistium contem-  
tios excipiunt & male pugnant: ip-  
sos profligatos prosequitur Antistius,  
multa eorum oppida expugnat, gen-  
temque variis cladibus fractam impe-  
rata facere cogit: ita Dio. Cum Astu-  
res propter Caritii ferociam & super-  
biam anno dccxxxii. rebellassent, Can-  
tabros etiam in societatem defectionis  
traxerunt: C. Furnium Cæsar's lega-  
tum, ut hominem belli cum ipsis gen-  
dendi ignarum contemnunt, quod ip-  
sis calamitatis initium fuit: nam Fur-  
nius conjunctis cum Carisio copiis,  
acie congregi aulos fundit fugatque.

Cantabrorum pars ferocissima, ne, re-  
bus ita perditis, viva in hostium po-  
teltatem veniret, veneno, igne, ferro  
semetipsam & suos consecit. Astures  
ab opugnatione oppidi cujusdam pro-  
fligati, prælio etiam victi, armis posi-  
tis perdomiti sunt. M. Vipsianus A-  
grippa Augulii gener erat, qui contra  
Cantabros hæc de causa rebelles exer-  
citu duxit, Cantabri, qui superiori-  
bus bellis capti & sub corona venditi  
erant, dominos suos singuli interfecer-  
ant, domum fuga delapsi, multos ad  
defectionis societatem pertrahunt: ca-  
stellis aliquot occupatis & munitis,

præsidia Romanorum oppugnant.  
Contra eos profectus Agrippa militem  
suum habuit contumaciorem, vel quia  
ut emeritus juste missionem flagitabat,  
vel quia Cantabrorum ferocia, quam  
expertus esset, torpescere, quem cum  
ad obedientiam permovisset, cum ho-  
ste ex desperatione & militari etiam  
scientia acerrime pugnante, parum fe-  
liciter congressus est: tandem cum  
suos ignominia notatos acuisset, Can-  
tabros fere omnes, qui militari ætate  
essent, concidit, reliquos exarmavit,  
& ex montibus in plana deduxit, an.  
dcccxxiv. Triumphum, ipsi hujus  
victoriæ causa à Senatu ex Augusti  
voluntate decretum, magna cum ani-  
mi moderatione neglexit. Stad.

Corona] Corona pro signo captivis  
venalibus imponebatur, quo jure belli  
milites cepissent, & idcirco dicebantur  
sub coronis venire: ita Cælius apud  
Gellium, hinc Liv. frequenter: Oppi-  
dum captum, civis sub corona venierunt, &  
Cæsar: Omni senatus necato reliquos sub  
corona vendidit. Stad.

Et barbaris] Hoc est, ut solent bar-  
bari, qui, ut est supra 3. impetum pro  
virtute habent. Similis locutio apud Li-  
vium 27. 19. Indibilis pro utroque locu-  
tus: haud quaquam, ut barbarus, stolidæ  
incanteque, sed potius sum verecunda gra-  
vitate, Freinsh,

*bant. Fuisset & anceps, & cruentum, & utinam mutua clade certamen, tunc tam fortibus, tam subito, tam cum consilio venientibus; nisi Trigæcini prodidissent. à quibus præmonitus Carisius, cum exercitu adveniens oppressit consilia. sic quoque tamen non incruento certamine. Reliquias fusi exercitus validissima civitas Lanciæ excepit. ubi adeo certatum est, ut quum in captam urbem faces poscerentur, agredux impetraverit veniam, ut victoriæ Romanæ stans potius esset, quam incensa, monumentum. Hic finis Augusto bellicorum certaminum fuit; idem rebellandi finis Hispaniæ. Certa mox fides, & aterna pax; cum ipsorum ingenio, in pacis partes promptiore, tum consilio Cæsaris, qui fiduciam montium timens, in quos se recipiebant, castra sua, sed quæ in*

*Carisius* ] T. Carisium, Lanciam, quæ maxima Asturiæ urbs erat, desertam, post Antilitium victoriam occupasse Dio scribit, multaque alia armis expugnasse. Lanciam quoque inter Asturiæ urbes Ptolemæus recenset. Orosius eandem historiam profequitur lib. 6. Brigæcinorum hoc in tractu meminisse quoque Ptolemæus: *Stad.*

*Cum ipsorum ingenio &c.* ] Hoc loco non Florus, sed correctores loquuntur, qui statim quæ non intelligunt, mutant, vetus lectio habet; *ingentis esse consilium illud observari caput consilio*, quam diversa ab editis; præterea non *ingentis*, sed *bigentis* scriptum in optimis Nazarii membranis. quid voluerit Florus video; verba ipsa Flori an exhibere possim nescio. & videamus ad ita debeat legi; *Certa mox fides cum ipsorum ingenio in pacis partes promptiore, tum consilio Cæsaris: qui fiduciam montium timens, in quos se recipere, castra sua, sed quæ in plana erant, habitare iussit:*

*ingentis esse consilium illud observari caput consilio natura regionis circa, &c. omnis aurifera &c.* Cæsar hoc consilium excogitaverat, ut in plana deduceret monticolam illam gentem, & montium in quos se recipiebant, sidentem præsidio. ut hoc persuaderet facilius, ipsius gentis bono hoc cedere consilium propter naturam regionis (quod consilio caput fuit) auriferam atque aliorum metallorum feracem. nescio an ipsissima verba Flori auctoris posterius: scio me sententiam recte concepisse, atque optimam adhibuisse distinctionem. qui meliorem & veriore. n. lectionem divinaverit, & magis ad mentem scriptoris facientem, is erit mihi magnus Apollon. *Salmas.*

*Castra sua &c.* ] Augustus hoc bello confecto, emeritos missione donavit, & iis concedere urbem in Lusitania iussit, de suo nomine Augustam ab ipsorum missione Emeritam cognominatam. Ita etiam in Hispania multæ

*plano erant, habitare & incolere iussit. Ingentis esse consilii illud observari cepit. Natura regionis circa se omnis aurifera, miniæ, & chrysolite, & aliorum colorum ferax. Itaque exerceri solum iussit. Sic Astures & latentes in profundo opes suas atque divitias, dum aliis quarunt, nosse ceperunt. Omnibus ad Occasum & Meridiem pacatis gentibus; ad Septentrionem quoque, duntaxat intra Rhenum atque Danubium; item ad Orientem intra Cyrum & Euphratem; illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, sentiebant tamen magnitudinem, & victorem gentium populum Romanum reverebantur. Nam & Scythæ miseræ legatos, & Sarmatæ, amicitiam petentes. Seres etiam, habitantesque sub ipso sole Indi, cum gemmis, & margaritis, elephantes quoque inter munera trabentes; nihil magis, quam longinquitatem via imputabant, quam quadriennio impleverant; & tamen ipse hominum color ab alio venire cæ-*

*lifa-*

passim urbes condite, sunt ab Augusto nominatæ, ut eas de montibus deducti Altures & Cantabri incolerent, in Asturbus Augusta Asturica, nunc Astorga, in Pelendonibus Augultobriga, quasi dicas Augusti oppidum: (ut enim Germanis Burgum, ita prisca Hispanorum lingua Briga oppidum vocatur.) Sic in Sederanis Cæsar Augulta (nunc Saragossa) condita est. Vide Plin. Procl. Strab. Melam, alios, *Stad.*

*Nam & Scythæ &c.* ] Vide Sueton. Augusto cap. 21. Livium lib. 139. Eutropium & Orosium ubi supra. Hos legatos apud Tarraconem citerioris Hispaniæ urbem Augustum Cæsarem invenisse scribit Orosius. Lege ipsum in fine sexti. quoniam hanc ceteris copiosius narrat historiam, *Camers.* Vide si-

nem libelli de progenie Augusti. Ad hunc locum pertinet etiam quod Strabon lib. 4. pag. 13. recenset. *Nostra ætate regulorum quidam Britanniæ, legationibus & officiis amicitiæ Augusti Cæsaris consenti, donavia in Capitolio dedicaverunt; familiaremque Romanis totam pæne insulam redegerunt.* Confer cum hoc loco Iulianum 12. 13. de Alexandro. *Freimb.*

*Longinquitatem via* ] Distantiam à Gaditano freto, quo legati ad Augustum venerunt, ad Orientem, Indos, Scythas, atque Seres, ponit Plinius 6. 33. Ab ortu ad occasum, hoc est; ab ipsius Indiæ extremitate usque ad Herculis columnas, Gadibus sacratas, octuagies quinquies centena, septuaginta octo millia sunt. lege Marianum Capellam



lo fatebatur. Parthi quoque quasi victoria pœnitet, rapta clade Crastiana ultro signa retulere. Sic ubique cuncta atque continua totius generis humani aut pax fuit, aut pœctio. Aususque tandem Cæsar Augustus septingentesimo ab Vrbe condita anno, Ianum Geminum cludere, bis ante se clusum; sub Numa rege; & victa primum Carthagine. Hinc conuersus ad pacem, prouum in omnia mala, & in luxuriam fluens seculum, gravibus severisque legibus multis coercuit. Ob hæc tot facta ingentia Dicta-

pellam 6. 5. 6. & 7. Camers.

Parthi ] Tacit. 2. 1. Phrabates, quamquam depulisset exercitus ducesque Romanos, cuncta a venerantium officia ad Augustum uerterat. intelligit inter alia quoque remissa signa de quibus Iustinus 42. 5. Strabo eorum temporum aqualis lib. 16. pag. 515. Phraates tantum Cæsaris Augusti amicitia studuit, ut etiam illi trophæa remitteret, quæ Parthi de Romanis exerceant. Ne quis autem aliud loqui Strabonem existimet, trophæa capiat Romanorum spoliis, ipsis etiam aquilis, exornata. facit huc supra 2. 17. Viriatus insignia trabeis & fascibus nostris, quæ ceperat, in montibus suis trophæa fixit. Quo enim maioris dignationis spolia trophæis adduntur, eo quoque ipsa ornatiora sunt & magnificentiora. Phrabatem autem hoc non Augusti reuerentia, ut noster, alique volunt; sed ut filium reciperet, ex pacto fecisse indicat Dio sine lib. 43. Tacitus ubi supra, non metu Romanorum, sed suis dissilum, omnia Augusti officia exhibuisse, Freinsh.

Ianum geminum. ] Jani Geminii templum ab Augusto tertium fuisse clausum anno dcciixxx. postquam primum à Numa, iterum post bellum Punicum primum anno dxv. pace toto imperio parta, clausum fuisset, constan-

ter omnes testantur Annales. Desunt itaque hic in Flori recensione anni octo & viginti. Dio scribit ab Augusto bis Jani templum fuisse clausum, semel post Actiacam victoriam anno dccxxv. iterum postquam ob bellum Cantabricum & Germanicum fuisset referatum, gentibus iis deuidis clausum esse anno dccxxx. Stad.

Dictator perpetuus ] Augustum dictatoris nomen nunquam tulisse in Annalibus veterum testatissimum est, vel ut inuidiam nominis deuitaret, vel quia Dictatoria potestas Antonia lege abrogata erat. Dictaturam namque, quam pertinaciter ei populus Romanus anno dccxxx. offerebat, tam constanter repulit, ut cum populus eam magna vi etiam offerret, ipse genu nixus, dejecta ab humero toga, nudo pectore deprecatus sit. Paternulus, Sueton. Dio, Fasti Capitolini, alii: nam ipse longe maiorem auctoritatem exercebat sub Imperatoris prænominis, & Tribunicia potestatis titulo, quem Dictatura perpetua abdicata, ex A. D. V. Kalend. Julii accepit, sapienterque inuidiam nominis exosi & tyrannici declinavit. Stad.

Pater patriæ ] Sic poetis Jupiter est deum pater, utque hominum Rex, quod hocce severiori contineat imperio,

tor perpetuus, & Pater patriæ dictus. Tractatum etiam in senatu, an quia condidisset imperium, Romulus vocaretur: sed sanctius & reuerentius visum est nomen Augusti; ut scilicet jam tum dum colit terras, ipso nomine & titulo consecraretur.

rio, mitius placit illis. Eleganter igitur Ovidius Tristium 2. 35. ad Augustum:

*Iure igitur genitorque deum, rectorque vocatur,*

*Iure capax mundus nil Iove majus habet:*

*Tu quoque cum patriæ rector dicare, paterque:*

*Vtere more dei nomn habentis idem.*

*Et mox versu 181.*

*Parce pater patriæ: nec nominis immemor hujus*

*Olim placandi spem mihi tolle tui.*

Item Falorum 2. 127. Ad hanc appellationem, ejusque explicationem pertinet locus Livii 4. 60. 1. ubi plebs beneficio Senatus delinita, lætæ abunda jactat; Patres vero appellatos. Freinsh.

Romulus ] Sic Camillus apud Li-

vium 5. 49. 8. Romulus, ac parens patriæ, conditorque alter urbis, haud vanis laudibus appellatur. Freinsh.

Augusti. ] Julius Cæsar Divi filius ante diem xv. Kal. Febr. Augustus sententia Munatii Planci à Senatu cæterisque civibus dictus est, se septimū & M. Vipsanio Agrippa cons. anno dccxxvi. ut Censorinus testatur. Ovidius tamen primo Falorum hoc Idibus Januarii factum scribit. Augustus appellatus est, non quod propriam aliquam eo nomine potestatem auget, sed quod dignitatis splendorem illustraret: Augustia enim religiosa loca & in quibus augurato aliquid consecratur, dicuntur, vel ab augendo, vel ab avium gestu: Suetonius, Eutropius, Dio, alii. Stadium.

F I N I S.





E P I T O M E  
HISTORIARUM T. LIVII,  
LIBRI I.

E P I T O M E  
A L T E R A  
H I S T O R I Æ  
R O M A N Æ :

*Sive*

Argumenta librorum T. Livii, etiam illorum qui inter-  
ciderunt, eodem Floro, ut vulgo vo-  
lunt, autore.

**A**Dventus Ænea in Italiam, & res ab eo gesta; Asca-  
nii regnum Alba, & Silvii Ænea, ac deinceps Sil-  
viorum regum, primo libro continentur. Numitoris  
filia à Marte compressa, nati Romulus & Remus:  
Amulius obruncatus. Vrbs à Romulo condita. Senatus lectus.  
Cum Sabinis bellatum. Opima spolia Iovi Fetetrio lata. In cu-  
rias populus divisus. Fidenates & Vejentes victi. Romulus con-  
secratus. Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit: Iano tem-  
plum constituit: ejusque portam, pacatis omnibus circa populis,  
primus clausit: cum Dea Ægeria sibi congressus nocturnos esse si-  
mulans, feroces populi animos ad religionem perpulit: Tullus  
Hostilius Albanos bello petiit. Posthæc Tergeminorum pugna:  
Horatius absolutus. Metii Fuffetii supplicium: Alba diruta; Al-  
bani in civitatem recepti: Sabinis bellum indictum. Ad postre-  
mum fulmine Tullus absumptus est Ancus Marcius ceremonias  
à Numa institutas renovavit: Latinis victis, & ad civitatem ascit-  
tis, montem Aventinum assignavit: Politorium urbem Latino-  
rum bello repetitam, quam prisca Latini occupaverant, diruit:  
pontem Sublicium in Tiberim fecit: Ianiculum collem urbi ad-  
didit: fines imperii protulit: Ostiam condidit. Regnavit annos  
xxxiii. Eo regnante Lucumo Damarati Corinthii filius à Tar-  
quinis, Etruria civitate, Romam venit, & in amicitiam Anci re-  
ceptus, Tarquinii nomen ferre cœpit, & post mortem Anci re-  
gnum

gnum excepit. Centum additis, patrum numerum auxit: Latinos subegit, Circum designavit, ludos edidit: Sabinorum bello petiit, equitum centurias ampliavit. Tentanda scientia causa Atii Navii auguris, consuluisse fertur, an id, de quo cogitaret, effici posset: quod cum ille fieri posse respondisset: iussisse eum novacula cotem praedidit, idque protinus ab Attio factum. Sabinos praeterea acie vicit: urbem muro circumdedit. cloacas fecit. occisus est ab Anci filiis cum regnasset annos  $\times \times \vee \text{ I I I}$ . Succesit ei Ser. Tullius, natus ex captiva nobili Corniculana; cui puero adhuc in canisposito caput arsisse traditum est. Is Veientes atque Etruscos praelio fudit. Censum primus omnium egit. Lustrum condidit, quo censa octoginta millia esse dicuntur. Classes centuriasque descripsit. Pomcerium protulit: Colles urbi, Quirinalem, Viminalem, Esquilinumque adjecit. Templum Dianae cum Latinis in Aventino fecit. Interfectus est à L. Tarquinio Prisci filio, consilio filiae suae Tulliae, cum regnasset annos triginta quatuor. Post hunc L. Tarquinius Superbus, neque Patrum, neque populi jussu regnum invasit: quo die scelerata Tullia per patris jacentis corpus carpentum egit. Armatos circa se ad custodiam corporis sui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum Volscis gessit: & ex eorum praeda templum Iovi in Capitolio fecit. Terminus & Juventas non addixere: quorum ara moveri non potuerunt: Filii Sexti Tarquinii dolo, Gabios in potestatem suam redegit. Hujus filiis Delphos profectis, & consulentibus, quis eorum regnaturus esset Romae, dictum est, eum regnaturum, qui primum matrem osculatus esset. Quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur, Iunius Brutus, qui cum eis profectus erat, prolapsus se simulavit, & terram osculatus est. idque factum ejus eventum rei comprobavit. Nam quum impotenter se gerendo Tarquinius Superbus, omnes in odium sui adduxisset; ad ultimum, propter expugnatam nocturna vi à Sextio filio ejus Lucretia pudicitiam, qua, vocato patre ad se Tricipitino, & viro Collatino, obtestata, ne inulta mors ejus esset, cultro se interemit; Bruti opera maxime expulsus est, quum regnasset annos viginti quinque. Tunc consules primum creati sunt, L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus. EPI-

## E P I T O M E L I B R I I I.

**B**Rutus jurejurando populum astrinxit, neminem regnare Roma passurum Tarquiniorum. Collatinum collegam suum propter affinitatem Tarquiniorum suspectum, coegit consula tu se abdicare, & civitate cedere. bona regum diripi jussit: agrum Marti consecravit: qui campus Martius nominatus est. adolescentes nobiles, in quibus suos quoque & sororis filios, quia conjuraverant de recipiendis regibus, securi percussit. servo indic, cui Vindicius nomen fuit, libertatem dedit: ex cujus nomine vindicta est appellata. Quum adversus reges, qui, contractis Veientium & Tarquiniesum copiis, bellum intulerant, exercitum duxisset, in acie cum Arunte filio Superbi commortuus est: eumque matrona annum luxerunt. P. Valerius consul legem de provocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum est. Porsena Rex Clusinarum, bello pro Tarquinis suscepto, quum ad Janiculum venisset, ne Tiberim transiret, virtute Coclitii Horatii prohibitus est: qui, dum alii pontem sublicium rescindunt, solus Etruscis sustinuit: & ponte rupto, armatus se in flumen misit: & ad suos tranavit. Alterum accessit virtutis exemplum à Mucio, qui, quum ad feriendum Porsenam castra hostium intrasset, occiso scriba, quem regem esse putabat, comprehensus, impositam altaribus manum, in quibus sacrificatum erat, exuri passus est: dixitque tales trecentos esse conjuratos in mortem ipsius regis. quorum admiratione coactus Porsena pacis condiciones ferre, bellum omisit, acceptis obsidibus. ex quibus virgo una Claelia deceptis custodibus per Tiberim ad suos tranavit: & quum reddita esset Porsena; honorifice remissa, equestrique statua donata est. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transfugit: ob hoc Claudia tribus adjecta est. Numerus tribuum ampliatus est, ut essent viginti una. Adversus Tarquinium Superbum cum Latinorum exercitu bellum inferentem, A. Posthumius dictator prospere pugnavit apud lacum Regillum. Plebs, quum propter nexos ob aes alienum Sacrum in montem secessisset, consilio Menenii Agrippae seditione revocata est. Idem Agrippa quum decessisset,

propter paupertatem publico impendio elatus est. Tribuni plebis quinque creati sunt. Oppidum Volscorum Corioli captum est virtute & opera C. Marcii, qui ob hoc Coriolanus vocatus est. Tib. Atinius, vir de plebe, quum in visu admonitus esset; ut de quibusdam religionibus ad Senatum perferret, & neglexisset, amisso filio, debilis factus, posteaquam delatus ad Senatum lectica, eadem illa indicaverat, usu pedum recepto, domum reversus est. Quum C. Marcus Coriolanus, qui in exilium erat pulsus, dux Volscorum factus, exercitum hostium urbi Romæ admovisset, & missi ad eum primum legati, postea sacerdotes frustra deprecari essent, ne bellum patri inferret: Veturia mater, & Volumentia uxor, impetraverunt ab eo, ut recederet. Lex agraria primum lata est. Sp. Cassius consularis regni crimine damnatus est, necatusque. Oppia virgo Vestalis ob incestum viva desossa est. Quum vicini hostes Veientes, incommodi magis, quam graves essent, familia Fabiorum id bellum gerendum depoposcit. misitque in id trecentos sex armatos: qui ad Cremeram ad unum ab hostibus cæsi sunt: uno impubere domi relicto. Appius Claudius consul, quum adversus Volscos contumacia exercitus male pugnatum esset, decimum quemque militum fuste percussit. Res præterea adversum Volscos, & Æquos & Veientes, & seditiones inter Patres, plebemque continet.

## E P I T O M E LIBRI III.

**S**editiones de agrariis legibus factæ. Capitolium ab exulibus & servis occupatum, cæsis iis receptum est. Census bis actus. priore lustro censa civium capita centum quatuor & viginti milia ducenta quatuordecim, præter orbos, orbasque. sequenti, centum triginta duo milia quadringenta novem. Quum adversus Æquos res male gesta esset, L. Quintius Cincinnatus dictator factus, quum rure intentus rustico operi esset, ad id bellum gerendum accersitus est. Is victos hostes sub jugum misit. Tribunorum plebis numerus ampliatus est: ut essent decem, trigesimo sexto anno à primis tribunis plebis. Petitis per legatos, & allatis

Atticis

Atticis legibus, ad constituendas eas proponendasque decemviri pro consulibus sine ullis aliis magistratibus creati, altero & trecentesimo anno, quam Roma condita erat: & ut à regibus ad consules, ita à consulibus ad decemviros translatum imperium. Ti decem tabulis legum positis, quum modeste se in eo honore gessissent, & ob id in alterum quoque annum eundem esse magistratum placuisset, quum complura impotenter fecissent, magistratum noluerunt deponere, & in tertium annum retinuerunt: donec invicta eorum imperio finem attulit libido Ap. Claudii. Qui quum in amorem virginis incidisset, submisso, qui eam in servitutem peteret; necessitatem patri ejus Virgino imposuit, rapto ex taberna proxima cultro, ut filiam interimeret, cum aliter eam tueri non posset, ne in potestatem stuprum illaturi veniret. Hoc tam magna luxuria exemplo plebs incitata, montem Aventinum occupavit: coëgitque decemviros abdicare se magistratu. ex quibus Appius, & unus collegarum, qui præcipue pœnam meruerant, in carcerem conjecti, ceteri in exilium acti. Res præterea contra Sabinos, & Volscos, & Æquos prospere gestas continet. & parum honestum populi Romani judicium: qui iudex inter Ardeates & Aricinos sumptus, agrum, de quo ambigebatur, sibi adjudicavit.

## E P I T O M E LIBRI IV.

**L**ex de connubio Patrum & plebis à tribunis plebis, contentione magna, Patribus repugnantibus perlata est. Tribuni militares. Aliquot annis res populi Romani domi militiaque per hoc genus magistratus administrata. Item censores tunc primum creati. Ager Ardeatinus Romani populi iudicio ablatus, missis in eum colonis, restitutus est. Cum fame populus Romanus laboraret, Sp. Melius equus Romanus frumentum populo sua impensa largitus est: & ob id factum conciliata sibi plebe, regnum affectans, à C. Servilio Ahala magistro equitum, jussu Quintii Cincinnati dictatoris occisus est: L. Minutius index bove aurata donatus est. Legatis Romanis à Fidenatibus occisis, quoniam ob Rempublicam occubuerant, statua in rostris posita sunt. Corne-

lus Cossus tribunus militum, occiso Tolumnio rege Vejentium, opima spolia secunda retulit. Mamercus Emilius dictator, censura honore, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & sex mensium spatio finito, ob eam rem à censoribus notatus est. Fidenæ in potestatem redacta eoque coloni missi sunt, quibus occisis Fidenates quum defecissent à populo Romano, à Mamercio Emilio dictatore victi sunt, & Fidenæ captæ. Conjuratio servorum oppressa. Posthumius tribunus militum, propter crudelitatem ab exercitu occisus est. Stipendium ex arario tum primum militibus datum. Res præterea gestas adversum Volscos & Vejentis, Fidenates, & Faliscos, continet.

## E P I T O M E LIBRI V.

**I**N obsidione Vejorum hibernacula militibus facta sunt. ea res quum esset nova, indignationem tribunorum plebis movit, querentium non dari plebi nec per hiemem militia requiem. Equites tum primum equis suis merere cœperunt. Quum inundatio ex lacu Albano facta esset, vates qui eam rem interpretaretur, de hostibus captus est. Furius Camillus dictator decem annos obsessos Vejos cepit: simulachrum Iunonis Romam transfudit: decimam partem prædæ Delphos Apollini misit. Idem tribunus militum, quum Faliscos obsideret, proditos hostium filios parentibus remisit: statimque deditioe facta, Faliscorum victoriam iustitia consecutus est. Quum alter ex censoribus C. Iulius decessisset, in locum ejus M. Cornelius suffectus est, nec id postea factum est: quoniam eo lustro à Gallis Roma capta est. Furius Camillus, quum ei dies à L. Apulejo tribuno plebis dicta esset, in exilium abiit. Quum Senones Galli Clusum obsiderent, & legati à Senatu missi ad componendam inter eos & Clusinos pacem, pugnantibus contra Gallos in acie Clusinorum stetissent; hoc factum eorum concitati Senones urbem infesto exercitu petierunt, sussequæ ad Alliam flumen Romanis, cepere urbem, præter Capitolium, in quod se juvenus contulerat: majores natu cum insignibus honorum, quos quisque gesserat, in vestibulis adium sedentes

sedentes occiderunt. & quum per averSAM partem Capitolii jam in summum evasissent, proditi clangore anserum, M. Manlii præcipue opera dejecti sunt. coactis deinde propter famem Romanis descendere, ut mille pondo auri darent, & hoc pretio finem obsidionis emerent; Furius Camillus dictator absens creatus, inter pendendum aurum cum exercitu venit; & Gallos post sextum mensem urbe expulit, ceciditque. Ædes Ajo Loquutio facta, quo loco ante urbem captam vox audita erat, adventare Gallos. Dictum est ad Vejos, migrandum esse, propter incensam, & dirutam urbem: quod consilium Camillo auctore discussum est. Movit populum vocis quoque omen ex centurione audite, qui, quum in forum venisset, manipulariis suis dixerat, *Stamiles, heic optime manebimus.*

## E P I T O M E LIBRI VI.

**R**ES adversus Equos & Volscos & Prænestinos prospere gestas continet. Quatuor tribus additæ, Stellatina, Sabatina, Tromentina, Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, quum obstrictis ere alieno liberaret, nexos exsolveret, crimine affectati regni damnatus, de saxo Tarpejo dejectus est: in cuius notam Senatus consultum factum, ne cui de Manliæ gente Marco cognomen esset. C. Licinus, & L. Sestius trib. pleb. legem promulgarunt, ut consules etiam ex plebe fierent, qui ex Patribus creabantur. eamque legem cum magna contentione, repugnantibus Patribus, quum eidem tribuni plebis per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt: & primus ex plebe consul L. Sestius creatus est. Lata est altera lex, ne cui plus quingentis jugeribus agri liceret possidere.

## E P I T O M E LIBRI VII.

**D**VO novi magistratus adjecti sunt; prætura & adilitas curulæ. Pestilentia civitas laboravit, eamque insignem fecit mors Furii Camilli, cujus remedium & finis quum per novas religiones quæreretur, ludi scenici tunc primum facti sunt. Quum

dies L. Manlio dicta esset à M. Pomponio tribuno plebis, propter delectum acerbe actum, & T. Manlium filium, relegatum sine ullo crimine; adolescens ipse, cujus relegatio patri objiciebatur, veni in cubiculum tribuni, strictoq; gladio coëgit eum in verba sua jurare, Non perseveraturam se in accusatione. Tunc omnia pretiosa missa sunt in patentem voraginem urbis Romæ. in eam Curtius armatus equo se precipitavit, eaque expleta est. T. Manlius adolescens, qui patrem à tribunitia vexatione liberaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis, in singulare certamen descendit, eique occiso torquem aureum detraxit: quem ipse postea tulit, & ex eo Torquatus est nuncupatus. Dua tribus additæ, Pomtina & Publicia. Licinius Stolo lege ab ipso lata damnatus est, quod plus quingentis jugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, à quo provocatus erat, infideme galea corvo, & unguibus rostroq; hostem infestante, interemit, & ex eo Corvini nomen accepit: consulq; proximo anno creatus est ob virtutem, quum vigesimum tertium ageret annum. Amicitia cum Carthaginensibus juncta. Campani, quum urgerentur à Samnitibus bello, auxilio adversus eos à senatu petito; quum id non impetrarent, urbem atque agros populo Romano dederunt. ob quam causam ea quæ populi Romani facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit. Quum ab A. Cornelio consule exercitus in iniquum locum deductus, in magno discrimine esset, P. Decii Muris tribuni militum opera servatus est. qui occupato colle super id jugum, in quo Samnites confederant, occasionem consuli in equiorem locum evadendi dedit: ipse ab hostibus circumfessus erupit. Milites Romani, qui Capuæ in præsidio erant relictæ, quum de ea occupanda urbe conspirassent, & detecto consilio, metu supplicii à populo Romano defecissent: per M. Valerium Corvinum dictatorem, qui consilio suo eos à furore revocaverat, patriæ restituti sunt. Res præterea contra Hernicos, & Gallos, & Tiburtes, & Privernates, & Tarquinienses, & Samnites, & Volscos prospere gestas continet.

## E P I T O M E LIBRI VIII.

Latini cum Campanis defecerunt, & missis legatis ad senatum conditionem tulerunt, ut, si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. Qua legatione perlata, prætor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est, ut exanimaretur. T. Manlius consul filium, quod contra edictum adversum Latinos, quamvis prospere pugnasset, securi percussit. Laborantibus in acie Romanis, P. Decius tunc consul cum Manlio, devovit se pro exercitu: & concitato equo quum in medios hostes se intulisset, interfectus, morte sua Romanis victoriam restituit. Latini in deditioem venerunt. T. Manlio in urbem reverso, nemo ex juventute obviam processit. Minucia virgo Vestalis, incesti damnata est. Ausonibus victis, in oppidum ex eis captum Cales colonia deducta est. Item Fregellæ colonia deducta sunt. Venesicium complurium matronarum deprehensum: quarum plurimæ statim epotis medicaminibus perierunt. Lex de venesicio tunc primum constituta. Privernatibus, quum rebellassent, victis civitas data est. Paleopolitani, bello & obsidione victi, in deditioem venerunt. Q. Publilio; qui eos obsederat primo, & imperium prolatum, & pro consule decretus triumphus. Plebs nexu liberata est, propter Lucii Papirii creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori suo stuprum inferre voluerat. Quum L. Papirius dictator reversus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius magister equitum, occasione rei bene gerendæ invitatus, contra edictum ejus prospere adversus Samnites pugnavit. Ob eam causam quum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus videretur, Fabius Romam profugit: & quum causa parum proficeret, populi precibus donatus est. Res præterea contra Samnites prospere gestas continet.

## E P I T O M E LIBRI IX.

Titus Veturius & Sp. Posthumius apud Caudinas Furcas, deducto in locum iniquum exercitu, quum nulla spes evadendi

dendi esset fœdere cum Samnitibus facto, & sexcentis equitibus Romanis obsidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub jugum mitterentur. iidemque, auctore Sp. Posthumio consule, qui in senatu suaserat, ut eorum deditio, quorum culpa tam deforme fœdus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis, & omnibus qui fœdus sponderant, dediti Samnitibus, non sunt recepti. nec nullo post fusis à Papirio Cursore Samnitibus, & sub jugum missis, receptisque sexcentis equitibus Romanis, qui obsides dati erant, pudor prioris flagitii abolitus. Tribus due adjecta sunt. Ap. Claudius censor aquam Claudiam perduxit: viam stravit, quæ Appia vocata est: libertinorum filios in senatum legit. Ideoque quoniam is ordo videbatur inquinatus indignis, sequentis anni consules in senatu legendo observaverunt, quemadmodum ante per proximos censes observatum fuerat. Res præterea contra Apulos, Etruscos, Umbros, Marfos, Pelignos, Æquos & Samnites, quibus fœdus erat restitutum, prospere gestas continet. Flavius Scriba, libertino patre natus, editu curulis fuit; per forensem factionem creatus: quæ quum comitia & campum turbaret, & in iis propter nimias vires dominaretur, à Q. Fabio censore in quatuor tribus redacta est. Eaque res Fabio Max. nomen dedit. In hoc libro mentio Alexandri Magni, qui temporibus his fuit. & æstimatis populi Romani viribus quæ tunc erant, colligit, si Alexander in Italiam trajecisset, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore, quam de iis gentibus quas ad Orientem imperio suo subjecerat.

## E P I T O M E L I B R I X.

Colonia deducta sunt Sora ac Alba. Carseoli Marfi in deditioem accepti. Collegium augurum ampliatum est, ut essent novem, cum antea quaterni fuissent. Lex de provocatione ad populum, à Valerio consule tunc tertium lata est. Duae tribus adjecta sunt, Aniensis & Terentina. Samnitibus bellum indictum; & adversus eos sæpe prospere pugnatum. Quum adversus Etruscos, Umbros, Samnites, Gallos, P. Decio & Q. Fabio duci.

ducibus, pugnaretur, Romanusque exercitus in maximo esset discrimine, P. Decius, secutus exemplum patris, devovit se pro exercitu, & morte sua victoriam ejus pugna populo Romano dedit. Papirius Cursor, Samnitium exercitum, qui jurejurando obstrictus, quo majore constantia virtutis pugnaret, in aciem descenderat, fudit. Censu actus est. lustrum conditum. censa sunt civium capita ducenta sexaginta duo millia & trecenta viginti duo.

## E P I T O M E L I B R I X I.

Quum Fabius Gurges consul male adversus Samnites pugnasset, & senatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc sibi ignominiam, eo maxime senatum movit, quod iturum se filio legatum pollicitus est, idque præstitit. ejus consilii & opera filius consul adjutus, cæsis Samnitibus triumphavit. C. Pontium imperatorem Samnitium, ductum in triumpho, securi percussit. Quum civitas pestilentia laboraret: missis legatis, ut Æsculapii signum Romam ab Epidaurio transferrent; anguem, qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportare: eoque in insulam Tiberis egresso, eodem loco sedes Æsculapio consecrata est. L. Posthumius consularis, quoniam quum exercitui præesset, opera militum in agro suo usus erat, damnatus est. Cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto renovatum est. Curius Dentatus consul, Samnitibus cæsis, & Sabinis, qui rebellaverant, victus, & in deditioem acceptis, bis in eodem magistratu triumphavit. Colonia deducta sunt, Castrum, Sena, Adria. Triumviri capitales tunc primum creati sunt. Censu acto lustrum conditum est: censa sunt civium capita ducenta septuaginta tria millia. Plebs, propter æs alienum, & graves & longas seditiones, ad ultimum secessit in Janiculum. unde à Q. Hortensio Dictatore deducta est; isque in ipso magistratu decepsit. Res præterea contra Volsinenses gestas continet: item adversus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

## E P I T O M E L I B R I X I I .

**Q**uum legati Romanorum à Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto, L. Cæcilius prætor cum legionibus ab iis casus est. Quum à Tarentinis classis Romana direpta esset, duumviro, qui præerat classi, occiso, legati ad eos à senatu, ut de iis injuriis quererentur missi, pulsati sunt. ob id bellum iis indictum est. Samnites defecerunt. Adversus eos, & Lucanos, & Bruttios, & Etruscos, aliquot præliis à compluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit. Cum in præsidium Rheginorum legio Campana cum præfecto Decio Iubellio missa esset, occisis Rheginis Rhegium occupavit.

## E P I T O M E L I B R I X I I I .

**V**alerius Lavinus consul parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit: elephantorum maxime inusitata facie terribi militibus. Post prælium quum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem invenit: populabundusque ad urbem Romam processit. C. Fabricius, missus ad eum à senatu ut de redimendis captivis ageret, frustra, ut patriam desereret, à rege tentatus est. captivi sine pretio remissi sunt. Cyneas legatus à Pyrrho ad senatum missus, petiit, ut componenda pacis rex in urbem reciperetur. de qua re quum ad frequentiore senatum referri placuisset, Ap. Claudius, qui propter valetudinem oculorum jam diu consiliis publicis se abstinuerat, venit in curiam, & sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit. censa sunt civium capita ducenta septuaginta octo millia ducenta viginti duo. Iterum adversus Pyrrhum dubio eventu pugnatum est. Cum Carthaginensibus quarto sædus renovatum est. Quum C. Fabricio consuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur se regi venenum daturum, cum indicio ad regem remissus est. Res præterea contra Etruscos, Lucanos, Bruttios, & Samnites, prospere gestas, continet.

E P I -

## E P I T O M E L I B R I X I V .

**P**yrhus in Siciliam trajecit. Quum inter alia prodigia fulmine dejectum esset in Capitolio Iovis signum, caput ejus per aruspices inventum est. Carius Denatus, quum delectum haberet; ejus qui citatus non responderat, bona primus vendidit. Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reversum vicit, & Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is decem argenti pondo facti haberet. Lustrum à censoribus condito, censa sunt capita civium ducenta septuaginta unum millia ducenta viginti quatuor. Cum Ptolomæo Egypti rege societas juncta est. Sextilia virgo Vestalis damnata incesti, viva defossa est. Colonia deductæ sunt, Posidonia, & Cossa. Carthaginensium classis auxilio Mamertinis venit: quo factò ab iis sædus violatum est. Res præterea contra Lucanos, Samnites & Bruttios feliciter gestas, & Pyrrhi regis mortem continet.

## E P I T O M E L I B R I X V .

**V**ictis Tarentinis pax & libertas data est. Legio Campana, quæ Rhegium occupaverat, obsessa, deditione facta, securi percussa est. Quum legatos Apolloniaticum ad senatum missos quidam juvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniaticibus. Picentibus victis pax data. colonia deductæ, Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. Tunc primum populus Romanus argento uti cepit. Umbri & Sallentini victi, in deditionem accepti sunt. Quæstorum numerus ampliatus est, ut essent octo.

## E P I T O M E L I B R I X V I .

**O**rigo Carthaginensium, & primordia urbis referuntur; contra quos & Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum censuit senatus. Quum de ea re inter suadentes, ut id fieret, dissuadentesque, contentio fuisset, transgressisque tum primum mare equitibus Romanis, adversus Hieronem sæpius bene pugnatum. Petenti pax data est. Lustrum à censoribus



ribus conditum. censa sunt civium capita ducenta nonaginta duo millia ducenta viginti quatuor. Decimus Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus. Colonia Esernia deducta est. Res præterea contra Pœnos & Volscos prospere gestas continet.

## E P I T O M E LIBRI XVII.

**C**N. Cornelius Consul à classe Punica circumventus, & per fraudem, velut in colloquium evocatus, captus est. C. Duilius Consul adversus classem Pœnorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum, navalis victoria duxit triumphum. ob quam causam ei perpetuus honos habitus est, ut revertenti à cœna, tibicinæ canente, funale præferretur. L. Cornelius Consul in Sardinia & Corsica contra Sarcos, & Corsos, & Hannonem Pœnorum ducem feliciter pugnavit. Attilius Calatinus Consul, quum in locum iniquum à Pœnis circumfessum temere duxisset exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute & opera evasit: qui cum trecentis militibus eruptione facta, hostes in se converterat. Annibal dux Pœnorum, victa classe cui præfuerat, à militibus suis in crucem sublatus est.

## E P I T O M E LIBRI XVIII.

**A**Ttilius Regulus Consul victis navali prælio Pœnis, in Africam trajecit. & ibi serpentem portentosa magnitudinis cum magna militum clade occidit, & quum aliquot præliis bene adversum Carthaginienses pugnasset, successorque ei à senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per literas ad senatum missus questus est: in quibus inter causas petendi successoris, quod agellus ejus à mercenariis esset desertus. Quærente deinde fortuna, ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, accersito à Carthaginiensibus Xantippo Lacedæmoniorum duce, victus prælio, & captus est. Res deinde à ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas, deformavere naufragia classium. Tib. Coruncanus primus ex plebe pontifex maximus creatus est. P. Sempronius Sophus, Manius, Valerius

Maxi-

Maximus censores, quum senatum legerent, tredecim senatum moverunt. Lustrum condiderunt, quo censa sunt civium capita ducenta nonaginta septem millia septingenta nonaginta septem. Regulus missus à Carthaginiensibus ad Senatum, ut de pace, & si eam non posset impetrare, de captivis commutandis ageret; rejurando ascriptus est, rediturum se Carthaginem, si commutari captivos non placuisset. Vtrumque negandi auctor senatui fuit: & quum fide custodita reversus esset, supplicio à Carthaginiensibus de eo sumpto, perit.

## E P I T O M E LIBRI XIX.

**C**æcilius Metellus, rebus adversus Pœnos prospere gestis, speciosissimum egit triumphum, tredecim ducibus hostium, & centum viginti elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher Consul contra auspicia profectus, jussus immergi pullis, qui cibari volebant, infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit: & revocatus à senatu, jussusque dictatorem dicere, Claudium Glauciam dixit, sortis ultimæ hominem: qui, coactus abdicare se magistratu, postea ludos prætextatus spectavit. Attilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Pœnis captivorum commutatio facta est. Colonia deducta sunt, Fregena, & in agro Sallentino Brundisium. Lustrum à Censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta quinquaginta unum millia ducenta viginti duo. Claudia, soror Claudii, qui contemptis auspiciis male pugnaverat, à ludis revertens, quum turba premeretur, dixit, Vtinam frater meus viveret, iterumque classem duceret! ob eam causam multa ei dicta est. Duo prætores tum primum creati sunt: Cæcilius Metellus Pontifex maximus, A. Posthumium consulem, quoniam idem & flamen Martialis erat, quum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in urbe tenuit, nec passus est à sacris recedere. Rebus adversus Pœnos à pluribus ducibus prospere gestis, summam victoria C. Lutatius consul, victa ad Egates insulas classe Pœnorum, imposuit Petenibus Carthaginiensibus pax data est. Quum templum Vestæ

E e

arderet,

arderet, Cæcilius Metellus Pontifex maximus, ex incendio sacra rapuit. Duæ tribus adjectæ sunt, Velina, & Quirina. Faliska quum rebellassent, sexto die perdomiti, in deditionem venerunt.

## E P I T O M E L I B R I X X.

**S**oletium colonia deducta. Adversus Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi & Corsi, quum rebellassent, subacti sunt. Tutia virgo Vestalis incesti damnata est. Bellum Illyrii, propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum, indictum est: subactique in deditionem venerunt. Prætorum numerus ampliatus est, ut essent quatuor. Galli Transalpini, qui in Italiam irruerant, cæsi sunt. Eo bello populus Romanus sui Latiniq; nominis, trecenta millia armatorum habuisse dicitur. Exercitibus Romanis tum primum trans Padum ductis, Galli Insulares aliquot præliis fusi, in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus consul, occiso Insularum Gallorum duce Viridomaro, opima spolia retulit. Istri subacti sunt. item Illyrii, cum rebellassent, domi in deditionem venerunt. Lustrum à censoribus conditum est; quo censa sunt civium capita ducenta septuaginta millia ducenta tredecim. Libertini in quatuor tribus redacti sunt, quum antea dispersi fuissent: Esquilinam, Palatinam, Suburbanam, Collinam. C. Flaminius Censor viam Flaminiam munivit, & circum Flaminium extruxit. Colonia deductæ in agro de Gallis capto Placentia & Cremona.

## E P I T O M E L I B R I X X I.

**I**N Italia belli Punici secundi acta narrantur: & Annibalis Pœnorum ducis contra fœdus per Iberum amnem transitus. à quo Saguntum sociorum populi Romani civitas octavo mense capta est. de quibus injuriis missi legati ad Carthaginenses, qui quererentur. cum satis facere nollent, bellum iis indictum est. Annibal, superato Pyreneo saltu, per Gallias fuscis Volscis, qui obsistere conati erant, ad Alpes venit: & laborioso per eas transitu (quum montanos quoque Gallos obvios aliquot præliis repulisset)

lisset) descendit in Italiam, & ad Ticinum amnem Romanos equestri prælio fudit: in quo vulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africani postea nomen accepit. iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuso, Annibal Apenninum quoque, per maximam militum vexationem propter vim tempestatum, transit. Cn. Cornelius Scipio in Hispania contra Pœnos prospere pugnavit, duce hostium Magone capto.

## E P I T O M E L I B R I X X I I.

**A**nnibal, per continuas vigilias in paludibus oculo amisso, venit in Etruriam: per quas paludes quatridduo & tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. C. Flaminius, consul, homo temerarius, contra auspicia profectus, signis militaribus effosis, qua tolli non poterant, & ab equo quem conscenderat, per caput devolutus, insidiis ab Annibale circumventus, ad Thrasymenum lacum cum exercitu cæsus est. Sex millia que eruperant, fide ab Maharbale data, perfidia Annibalis vincæ sunt. Quum ad nuntium cladis Romæ luctus esset, duæ matres in sperato receptis filiis gaudium mortuæ sunt. Ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver sacrum votum. Quum deinde Q. Fabius Maximus dictator, adversus Annibalem missus, nollet acie cum eo confingere, ne contra ferocem tot victoriis hostem territum adversis præliis militem pugnæ committeret, & opponendo se tantummodo conatus Annibalis impediret. M. Minucius magister equitum, ferox & temerarius, criminando dictatorem, tanquam segnem, & timidum, effecit, ut populi jussu ei imperium cum dictatore æquaretur: divisoque exercitu, quum in iniquo loco confluxisset, & in maximo discrimine legiones ejus essent; superveniente cum exercitu Fabio Maximo discrimine liberatus est. quo beneficio victus castra cum eo junxit, & patrem eum salutavit: idemque facere milites jussit. Annibal, vastata Campania inter Casilinum oppidum & Calliculam montem, à Fabio clausus, sarmientis ad cornua boum ligatis & incensis, præsidium Romanorum, quod Calliculam iniebat, fugavit: & sic transgressus est saltrum. idemque

que Fabii Maximi dictatoris, quum circumposita ureret, agro pepercit, ut illum tanquam proditorem suspectum faceret. Emilio deinde Paulo & Terentio Varrone consulibus & ducibus, cum maxima clade adversus Annibalem ad Cannas pugnatum est: caesaque eo praelio Romanorum quadraginta quinque millia, cum Paulo consule & senatoribus octoginta; consularibus atque pratoris aut adilitiis triginta. Postquam cladem quum à nobilibus adolescentibus propter desperationem consilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui postea Africanus nuncupatus est, stricto super capita deliberantium ferro, juravit se pro hoste habiturum eum qui in verba sua non jurasset: effecitque ut omnes minime relictum iri à se Italiam jurejurando astringerentur. Præterea irruptionem urbis & luctum, & res in Hispania meliore eventu gestas continet. Opimia, & Floronia, Vestales virgines, incesti damnatae. Propter paucitatem vero militum, servorum octo millia armata sunt. captivi, quum potestas esset redimendi, redempti non sunt. Varroni obviam itum est, & gratia acta, quod de Reipubl. non desperasset.

## E P I T O M E L I B R I X X I I I .

**C**ampani ad Annibalem defecere. Nuncius Cannensis victoria Mago Carthaginem missus, annulos aureos à digitis occisorum Romanorum detractos, in vestibulo curiæ effudit: quos excessisse modii mensuram traditur. Post quem nuncium Hanno, ex Pœnis nobilissimus, suadebat senatui Carthaginensium, ut pacem à populo Romano peterent: nec tenuit, obstrepente Barchina factione. Cl. Marcellus prætor ad Nolam, eruptione adversus Annibalem ex oppido facta, prospere pugnavit. Exercitus Annibalis per hiberna Capuæ ita luxuriatus est, ut corporum viribus atque animorum enervaretur. Casilinum à Pœnis obsessum, ita fame vexatum est, ut lora & pelles scutis detractas, item mures essent; & nucibus per Vulturnum amnem à Romanis missis vixerint. Senatus ex equestri ordine hominibus cen-

bus centum nonaginta septem suppletus est. L. Posthumius prætor à Gallis cum exercitu casus est. Cn. & P. Scipiones in Hispania Asdrubalem vicerunt, & Hispaniam suam fecerunt. Reliquæ Cannensis exercitus in Siciliam relegata sunt: nè recederent inde, nisi finito bello. Inter Philippum Macedonum regem & Annibalem societas juncta est. Sempronius Gracchus consul Campanos cecidit. Præterea in Sardinia feliciter à T. Manlio prætore adversus Pœnos Sardosque res gestas continet: à quo Asdrubal dux, & Mago & Hanno capti. Claudius Marcellus prætor, Annibalis exercitum ad Nolam praelio fudit, & vicit: primumque tot cladibus se suis Romanis meliorem spem belli dedit.

## E P I T O M E L I B R I X X I V .

**H**eronymus, Syracusanorum rex, cujus avus Hiero amicus populo Romano fuerat, ad Carthaginenses defecit: & propter crudelitatem superbiamque, à suis interfectus est. T. Sempronius Gracchus, proconsul, prospere adversus Pœnos & Hannonem ducem ad Beneventum pugnavit; servorum maxime opera, quos liberos esse iussit. Claudius Marcellus, consul, in Sicilia, quæ prope tota ad Pœnos defecerat, Syracusas obsedit. Philippo Macedonum regi bellum indictum est: qui ad Apolloniam nocturno praelio oppressus, fugatusque, in Macedoniam cum prope inermi exercitu perfugit. ad id bellum gerendum Valerius Prætor missus. Res præterea in Hispania à P. & Cn. Scipionibus adversus Carthaginenses gestas continet. Syphax rex Numidarum, in amicitiam ascitus, & à Masanissa, rege Massyliorum, pro Carthaniensibus pugnante, victus, in Hispaniam ad Scipionem cum maxima manu transit contra Gades. ubi angusto freti Africa & Hispania dirimuntur. Celtiberi quoque in amicitiam recepti. quorum auxilium ascitus, tunc primum mercenarium militem Romana castra habuerunt.

## E P I T O M E L I B R I X X V .

**P.** Cornelius Scipio, postea Africanus, ante annos adili factus est. Annibal urbem Tarentum, prater arcem, per Tarentinos juvenes, qui se noctu venatum ire simulaverant, cepit. Ludi Apollinares ex Marcii carminibus, quibus Cannensis clades predicta fuerat, instituti sunt. A. Q. Fulvio & Ap. Claudio consulibus, adversus Hannonem Pœnorum ducem prospere pugnatum est. T. Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Lucano in insidias deductus, à Magone interemptus est. Cencienus Penula, qui centutio militaverat, quum petisset à senatu ut sibi exercitus daretur, pollicitusque esset, si hoc impetrasset, de Annibale victoriam; octo millibus acceptis, militum dux factus, confixit acie cum Annibale. & cum exercitu casus est. Cn. Fulvius prator male adversus Annibalem pugnavit. in quo proelio hominum sexdecim millia ceciderunt: ipse cum equitibus ducentis effugit. Capua obsessa est à Q. Fulvio & Ap. Claudio Consulibus. Claudius Marcellus Syracusas expugnavit anno tertio, & ingentem se virum gessit, in eo tumultu urbis capta, Archimedes intentus formis quas in pulvere descriperat, interfectus est. P. & Cn. Scipiones in Hispania tot tantarumque rerum feliciter gestarum tristem exitum tulerunt: prope cum totis exercitibus cæsi, anno octavo, quam in Hispaniam iverant, amissaque provincia possessio foret, nisi L. Marcii equitis Romani virtute, & industria, contractis exercituum reliquiis, ejusdem hortatu, bina castra hostium expugnata essent. Ad triginta septem millia caesa: ex mille octingentis præda ingens capta. Dux Marcius appellatus est.

## E P I T O M E L I B R I X X V I .

**A**nnibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem castra posuit. ipse vero cum duobus millibus equitum usque ad ipsam Capenam portam, ut urbis situm exploraret, obequitavit. & quum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit: nam quum in castra re-

stra redissent, statim serenitas erat. Capua capta est à Q. Fulvio, & Ap. Claudio Coss. Principes Campanorum, veneno sibi consciverunt mortem. Quum senatus Campanorum deligatus esset ad palos, ut securi feriretur; literas à senatu missas Q. Fulvius consul, quibus jubebatur parcere, antequam legeret, in sinu posuit, & lege agi jusit, & supplicium peregit. Quum in comitiis apud populum quæreretur, cui mandaretur Hispaniarum imperium; nullo id volente suscipere, P. Scipio, P. filius, qui in Hispania ceciderat, professus est se iturum, & suffragio populi consensusque omnium missus, Novam Carthaginem uno die expugnavit, quum ageret vigesimum quartum annum; videreturque divina stirpe creatus: quoniam & ipse posteaquam togam acceperat, quotidie in Capitolio erat: & in cubiculo matris ejus anguis sæpenumero videbatur. Res præterea in Sicilia gestas continet, & amicitiam cum Ætolis junctam, bellumque gestum adversum Acarnanas, & Philippum Macedonia regem.

## E P I T O M E L I B R I X X V I I .

**C**N. Fulvius Proconsul cum exercitu ab Annibale ad Herdoneam casus est. Meliore eventu à Claudio Marcello consule adversus eundem ad Numistronem pugnatum est. Inde Annibal noctu recessit. Marcellus insecutus est, & subinde cedentem pressit, donec confugeret. Priore pugna Annibal superior fuit, Marcellus insequenti. Fabius Maximus pater consul Tarentinos per proditionem recepit: In Hispania ad Betulam Scipio cum Asdrubale Amilcaris conflixit & vicit. inter alia captum puerum regalem eximia forma ad avunculum Masanissam cum donis dimisit. Claudius Marcellus, T. Quintius Crispinus consules speculandi causa egressi è castris, insidiis ab Annibale circumventi sunt. Marcellus occisus fuit, Crispinus fugit. Res præterea à P. Sulpicio Pratore adversus Philippum & Achaos gestas continet. Lustrum à censoribus conditum est: censa sunt civium capita centum triginta septem millia centum & octo: ex quo nu-

mero apparuit quantum hominum tot preliorum adversa fortuna populo Romano abstulisset. Asdrubal, qui cum exercitu novo transenderat Alpes, ut se Annibali conjungeret, cum millibus hominum quinquaginta sex casus est; M. Livii consulis ductu; sed non minore opera Claudii Neronis consulis, qui quum Annibali oppositus esset, relicto castris, ita ut hostem falleret, electa manu profectus, Asdrubalem circumvenit.

## E P I T O M E L I B R I X X V I I I .

**R**es in Hispania prospere gesta à Sullano Scipionis legato, & ab L. Scipione fratre adversus Pannos, à Sulpitio Proconsule, & ab Attalo Rege Asiae adversus Philippum regem Macedonum pro Aetolis, referuntur. Quum M. Livio & Claudio Neroni consulibus triumphus decretus esset; Livius, qui in provincia sua rem gesserat, quadrigis invehctus est: Nero qui in collega provinciam, ut victoriam ejus adjuvaret, venerat, equo est secutus. & in hoc habitu plus gloriae reverentiaeque habuit. nam & plus in bello, quam collega fecerat. Ignis in ade Vestae negligentia virginis, quae non custodierat, extinctus est: virgo caesa est flagro. P. Scipio in Hispania cum Pœnis debellavit, decimoquinto anno ejus belli, anno quinto postquam ierat: exclusisque in totum possessione ejus hostibus, Hispaniam recepit. & a Tarracone in Africam ad Syphacem regem Numidarum, duobus navigiis transvectus, foedus junxit. Asdrubal Gisonis, ibi cum eo in eodem lecto accubuit. Munus gladiatorium in honorem patris patriusque, Carthagini Nova dedit: non ex gladiatoribus, sed ex iis qui aut in honorem ducis, aut ex provocatione in certamen descendebant: in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. Quum Astapa urbs ab Romanis oppugnaretur; oppidani liberos & conjuges rogo extructo occiderunt, & se in super praecipitaverunt. Ipse Scipio dum gravi morbo implicitus esset, seditionem in parte exercitus motam, confirmatus discussit: rebellantesque Hispania populos coegit in deditioem venire. Et amicitia facta est cum Masanissa

sanissa rege Numidarum, qui illi auxilium, si in Africam trajecisset, pollicebatur: cum Gaditanis quoque post discessum inde Magonis, cui ex Carthagine scriptum erat, in Italiam trajiceret. Romam reversus, consulque creatus. Africam provinciam petenti, contradicente Q. Fabio Maximo, Sicilia data est: permissumque ut in Africam trajiceret, si ex republic. esse censeret. Mago Amilcaris filius à minore Ba'eari insula, ubi hiemarat, in Italiam trajecit.

## E P I T O M E L I B R I X X I X .

**E**x Sicilia C. Lelius in Africam à Scipione missus, ingentem praedam reportavit: & mandata Masanissa Scipioni exponit, conquerentis quod nondum exercitum in Africam trajecisset. Bellum in Hispania finitum, victore Romano, quod Indibilis excitaverat, ipse in acie occisus. Mandonius expositibus Romanis à suis deditus est. Magoni, qui in Gallia & Liguribus erat, ex Africa & militum ampla manus missus, & pecunia, quibus auxilia conduceret: praeceptumque, ut se Annibali jungeret. Scipio à Syracusis in Bruttios trajecit, & Locros, pulso Punico praesidio, fugatoque Annibale recepit. Pax cum Philippo facta est. Idaea mater deportata est Romam à Pessinunte oppido Phrygia; carmine in libris Sibyllinis invento, pelli Italia alienigenam hostem posse, si mater Idæa deportata Romam esset. tradita autem est Romanis per Attalum regem Asiae. Lapis erat, quem Matrem Deum incolae dicebant. Excepit P. Scipio Nasica Cn. filius, ejus, qui in Hispania perierat, vir optimus à senatu judicatus; adolescens nondum quæstorius: quoniam ita responsum habebat: ut numen id ab optimo viro reciperetur, consecrareturque. Locrenses legatos Romam miserunt, qui de impotentia Q. Pleminii legati quererentur, quod pecuniam Proserpine abstulerat, & liberos eorum ac conjuges stupraverat. Pleminius in catenis Romam perductus, in carcere mortuus est. Quum falsus rumor de P. Scip. proconsule, qui in Sicilia erat, in urbem perlatus

esset, tamquam is luxuriaretur; missis ob hoc legatis à senatu, qui explorarent an ea vera essent; purgatus infamia Scipio in Africam trajecit, senatus permissu. Syphax, accepta in matrimonium filia Asdrubalis Gisgonis, amicitia, quam cum Scipione ipse junxerat, renunciavit. Masanissa, rex Masafylorum, dum pro Carthaginensibus in Hispania militat, amisso patre Gala, de regno exciderat. quo per bellum sepe repetitio, aliquot praelis à Syphace rege Numidarum victus, in totum privatus est: & cum ducentis equitibus exul Scipioni se junxit: & cum eo primo statim bello Hammonem Amilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio, adventu Asdrubalis & Syphacis, qui prope cum centum millibus armatorum venerant, ab obsidione Utica depulsus, hiberna communiavit. Sempromius consul in agro Crotoniensis prospere adversus Annibalem pugnavit. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta quindecim millia. Inter censores, Marcum Livium, & Claudium Neronem, notabilis discordia fuit. Nam & Claudius Livio collega equum ademit, quod à populo damnatus actusque in exilium fuerat: & Livius Claudio, quod falsum in se testimonium dixisset, & quod non bona fide secum in gratiam redisset. Idem omnes tribus, extra unam, ærarias reliquit, quod & innocenter se damnaissent, & postea consulem censoremque fecissent.

## E P I T O M E L I B R I X X X .

**I**N Africa Scipio Carthaginenses, & eundem Syphacem Numidarum regem, Asdrubalemque pluribus praelis vicit, adjuvante Masanissa, binaque hostium castra expugnavit: in quibus quadraginta millia hominum ferro ignique consumpta sunt, Syphacem per C. Lelium & Masanissam cepit. Masanissa Sophonisbam uxorem Syphacis, filiam Asdrubalis captam, statim adamat, & nuptiis factis uxorem habuit: castigatusque à Scipione, venenum ei misit. quo hausto illa decessit. Effectumque est multis Scipionis victoriis, ut Carthaginenses in desperationem acti, in auxilium publicæ salutis Annibalem ex Italia revocarent.

isque

isque anno decimo sexto Italia discedens, in Africam trajecit, tentavitque per colloquium pacem cum Scipione componere: & quum de conditionibus pacis non convenisset, acie victus est, Pax Carthaginensibus data est petentibus. Annibal Gisgonem, pacem dissuadentem, manu sua detraxit: excusata deinde temeritate facti, ipse pacem suasit. Mago, qui bello in agro Insubrium cum Romanis conflixerat, vulneratus, dum in Africam per legatos revocatus reverteretur, ex vulnere mortuus est. Masanissa regnum restitutum est. Reversus in urbem Scipio, amplissimum nobilissimumque egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo senator pileatus secutus est. Scipio Africanus (incertum militari prius favore, an populari aura ita cognominatus) primus certe hic imperator victa à se nomine gentis nobilitatus est.

## E P I T O M E L I B R I X X X I .

**B**elli adversus Philippum Macedonia regem quod intermissum erat, repetiti cause feruntur hæc. Tempore initiorum duo juvenes Acarnanes, qui non initiati erant, Athenas venerunt, & in sacrarium Cereris cum aliis popularibus suis intraverunt. ob hoc, tamquam nefas summum commississent, ab Atheniensibus cæsi sunt. Acarnanes mortibus suorum commoti, ad vindicandos illos auxilium à Philippo petierunt. Paucis mensibus post pacem Carthaginensibus datam, quingentesimo quadragesimo anno ab urbe condita, cum Atheniensium, qui obsidebantur à Philippo, legati auxilium à senatu petissent, & senatus id censuisset ferendum, plebe, quod tot bellorum continuus labor gravis erat, dissentiente, tenuit auctoritas Patrum, ut sociæ civitati ferri opem populus juberet.

Bellum id P. Sulpicio consuli mandatum est: qui exercitu in Macedonia ducto, equestribus praelis cum Philippo prospere pugnavit. Abydeni à Philippo obsessi, ad exemplum Saguntinorum suos seque occiderunt. L. Furius prætor Gallos Insubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum, bellum in ea parte molientem, acie vicit. Amilcar eo bello occisus est, & millia hominū triginta quinq. præ-

tera

zere expeditiones Philippi regis, & Sulpicii consulis, expugnationesque urbium, ab utroque factas, continet. Sulpicius consul, adjuvantibus rege Attalo, & Rhodiis, bellum gerebat. Triumphavit de Gallis L. Furius praetor.

## E P I T O M E L I B R I X X X I I .

**C**omplura prodigia ex diversis regionibus nunciata referuntur: inter quae, in Macedonia in puppi longae navis lauream esse natam. T. Quintius Flamininus consul adversus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri, fugatumque coegit in regnum reverti. Ipse Thessaliam, quae est vicina Macedonia, sociis Aetolis & Athamanibus, vexavit. L. Quintus Flamininus consul frater navali praelio, Attalo rege & Rhodiis adjuvantibus, Eubeam & maritimam oram cepit. Aethi in amicitiam recepti sunt. Conjuratio servorum facta de solvendis Carthaginensibus obsidibus, oppressa est. Praetorum numerus ampliatus est, ut seni crearentur, Cornelius Cethegus consul Gallos in subres praelio fudit. Cum Lacedaemoniis, & tyranno eorum Nabide amicitia juncta est. Praeterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

## E P I T O M E L I B R I X X X I I I .

**T**itus Q. Flamininus proconsul cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie victo debellavit. L. Quintius Flamininus frater proconsulis, Acarnanens, Leucade urbe, quod caput Acarnanum, expugnata, in deditioem accepit. C. Sempronius Tuditanus praetor à Celtiberis cum exercitu cæsus est. Attalus à Thebis ob subitam valetudinem Pergamum translatus decessit. Pax petenti Philippo, Graeciae libertas data est. L. Furius Purpureo & Claudius Marcellus consules, Bojos, & Insubres. Gallos subegerunt. Marcellus triumphavit. Annibal frustra in Africa bellum molitus, & ob hoc Romanis per epistolas adversæ factionis principum delatus, propter metum Romanorum, qui legatos ad Carthaginensium senatum de eo miserant, profugus ad Antiochum regem Syriae se contulit, bellum contra Romanos parantem.

E P I

## E P I T O M E L I B R I X X X I V .

**L**ex Oppia, quam C. Oppius tribunus plebis bello Punico de fingendis cultibus matronarum tulerat, cum maxima contentione abrogata est: quum Porcius Cato auctor fuisset, ne ea lex aboleretur. Is in Hispaniam profectus bello, quod Emporiis orsus est, citeriorem Hispaniam pacavit. T. Quintius Flamininus bellum adversus Lacedaemonios, & tyrannum eorum Nabidem prospere gestum, data iis pace, qualem ipse voluit, liberatisque Argis, qui sub ditione tyranni erant, finivit. Senatus tunc primum secretus à populo ludos spectavit: ut id fieret, Sex. Aelius Patus, & L. Cornelius Cethegus, censores intervenerunt, cum indignatione plebis. Colonia plures deductæ sunt. M. Portius Cato de Hispania triumphavit. Res praeterea in Hispania, & adversus Bojos & Insubres Gallos feliciter gesta referuntur. T. Quintius Flamininus, qui Philippum Macedonum regem, & Nabidem Lacedaemoniorum tyrannum, vicerat, Graeciamque omnem liberaverat, ob hanc rerum gestarum multitudinem, triduo triumphavit. Legati Carthaginensium nunciaverunt, Annibalem, qui ad Antiocham confugerat, bellum cum eo moliri. Tentaverat autem Annibal per Aristonem Tyrium, sine literis Carthaginem missum, ad rebellandum Pœnos concitare.

## E P I T O M E L I B R I X X X V .

**P**vb. Scipio Africanus legatus ad Antiochum, Ephesicum Annibalem, qui se Antiocho junxerat, collocutus est: ut, si fieri posset, metum ei, quem ex populo Romano conceperat, eximeret. Inter alia quum quaereret, quem fuisse maximum imperatorem Annibal crederet; respondit: Alexandrum Macedonum regem: quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset: quodque ultimas oras, quas visere supra speciem humanam esset, peragrasset. Quarenti deinde quem secundum poneret; Pyrrhum, inquit, castra metari primum docuisse. ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse. Exequenti: quem

tertium

*tertium diceret: semetipsum dixit. Ridens Scipio, Quidnam tu diceres, si me, inquit, vicisses? Tunc vero, inquit, me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum. & ante alios posuisssem. Inter cetera prodigia, quae plurima fuisset raduntur, bovem, Cn. Domitii consulis locutum, Roma cave tibi, refertur. Apparant in Antiochum bellum Romani. Nabis Lacedaemoniarum tyrannus incitatus ab Aetolis, qui & Philippum, & Antiochum ad inferendum bellum populo Romano sollicitabant, à populo Romano descivit: & bello adversus Philopœmenem Achaeorum prætorem gesto, ab Aetolis interfectus est. Aetoli quoque ab amicitia populi Romani defecerunt. cum quibus societate juncta Antiochus Syria rex quum bellum Graeciae intulisset, complures urbes occupavit. inter quas Chalcidem, & totam Eubœam. Res praeterea in Liguribus gestas, & apparatus belli ab Antiocho continet.*

## E P I T O M E L I B R I X X X V I .

**M** Anius Acilius Glabrio consul Antiochum apud Thermopylas, Philippo rege adjuvante, victum, Graeciae expulit, idemque Aetolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica consul adem matris Deum, quam ipse in Palatium intulerat, vir optimus à senatu judicatus, dedicavit. idemque Bojos Gallos victos in deditioem accepit, & de iis triumphavit. Praeterea navalia certamina prospera adversus praefectos Antiochi regis referuntur.

## E P I T O M E L I B R I X X X V I I .

**L**vcius Cornelius Scipio consul, legato P. Scipione Africano, qui se legatum fratris futurum dixerat, si ei Graecia & Asia provincia decerneretur, quum C. Laelio, qui multum in senatu poterat, ea provincia dari videretur; profectus ad bellum adversus Antiochum gerendum, in Asiam primus omnium Romanorum ducum trajecit. Amilius Regillus adversus regiam classem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonesum, Rhodiis adjuvantibus. Filius Africani ab Antiocho captus, patri remissus est. Manius Acilius Glabrio de Antiocho, quem Graecia expulerat, & de Aetolis

*solis triumphavit. Victo deinde Antiocho à L. Cornelio Scipione, adjuvante Eumene rege Attali Pergameni filio, pax data: ea conditione, ut omnibus provinciis citra Taurum montem cederet. Eumeni, quo juvante Antiochus victus erat, regnum ampliatum. Rhodiis quoque, qui & ipsi juverant, quaedam civitates concessa. Colonia deducta est Bononia. Amilius Regillus, qui praefectos Antiochi navali certamine vicerat, navalem triumphum duxit. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho debellaverat, cognomine fratri coaquatus, Asiaticus appellatus est:*

## E P I T O M E L I B R I X X X V I I I .

**M** Arcus Fulvius consul in Epiro Ambracienses obsessos, per deditioem accepit: Cephalemiam subegit: Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius consul collega ejus Gallograecos, Tholistobogios, Tectosagos, & Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transierant, quum soli citra Taurum montem non parent, vicit. Eorum origo, & quando ea loca quae tenent, occupaverint, referuntur. Exemplum quoque virtutis & pudicitiae in femina traditur. quae cum regis Gallograecorum uxor fuisset, capta, centurionem qui ei vim intulerat, occidit. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt civium capita CCLVIII. milia & CCCXXVIII. Cum Ariarathe rege Cappadociae amicitia juncta est. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorum consilio foedus cum Antiocho conscripserat, de Gallograecis, acta pro se causa in senatu, triumphavit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam ajunt, à Q. Petillio tribuno plebis, ut quidam, à Navio, quod praeda ex Antiocho capta ararium fraudasset; posteaquam is dies venit, evocatus in Rostra: Hac die, inquit, Quirites, Carthaginem vici: & prosequente populo, Capitolium ascendit. Inde, ne amplius tribuniciis injuriis vexaretur, in voluntarium exilium Litemum concessit; incertum ibi an Romae defunctus. nam ejus monumentum utrobique fuit. Scipio Asiaticus frater Africani, eodem peculatus crimine accusatus, damnatusque, quum in vincula & carcerem duceretur. Tib. Sem-



Sempronius Gracchus, tribunus plebis, qui antea Scipionibus inimicus erat, intercessit: & ob id beneficium Africani filiam duxit. Cum prator quaestores in bona ejus publice possidenda misisset, non modo in eis illum vestigium pecuniae regiae apparuit, sed nequaquam tantum redactum, quanta summa erat damnatus. Collatam à cognatis & amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit. quae necessaria ei erant ad cultum, redempta.

## E P I T O M E LIBRI XXXIX.

**A**emilius Consul, Liguribus subactis, viam à Placentia usque Ariminum perductam Flaminia junxit. Initia luxuriae introducta ab exercitu Asiatico referuntur. Ligures, quicumque citra Apenninum erant, subacti sunt. Bacchanalia, sacrum Graecum, & quidem nocturnum, scelerum omnium seminarium, quum ad ingentis turbae conjurationem pervenisset; à consule investigatum, & multorum poena sublata est. A Censoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone, viro & belli & pacis artibus maximo, motus est senatu L. Quintius Flaminius, T. Quintii frater; eo quod, cum Galliam provinciam Consul obtinuerat, rogatus à Philippo Pæno, quem amabat, scorto nobili, Gallum quendam sua manu occiderat: sive ut quidam tradiderunt, unum damnatorum securi percussisset; rogatus à meretrice Placentina, cujus amore deperibat. Extat in eum M. Catonis oratio. Scipio Literni decessit. Et, tamquam jungente fortuna, circa idem tempus duo funera maximorum virorum: Annibal à Prusia Bithynia rege, ad quem victo Antiocho confugerat, quum deceretur Romanis, qui ad exposcendum illum, T. Quintium Flaminiun miserant, veneno sibi mortem conscivit: Philopœmenes quoque, dux Achaeorum, vit maximus, à Messeniis interemptus veneno, cum ab eis bello captus esset. Coloniae, Potentia, & Pisaurum, & Mutina, & Parma, deducta sunt. Præterea res adversum Celtiberos prospere gestas, & initia causasque belli Macedonici continet. cujus origo inde fluxit, quod Philippus egre ferebat regnum suum imminui à Romanis, & quod cogereetur à Thracibus aliisque locis praesidia deducere.

E P I

## E P I T O M E LIBRI XL.

**Q**uum Philippus liberos eorum, quos in vinculis nobilissimorum hominum habebat, conquiri ad mortem jusisset, Theoxena, pro liberis suis & sororis admodum pueri, verita regis libidinem, prolatis in medium gladiis, & poculo in quo erat venenum, suavitatis, ut imminens ludibrium morte effugerent: & quum persuasisset, ipsa etiam se interemit. Certamina inter Philippi Macedoniae regis liberos Perseum & Demetrium, referuntur: & ut fraude fratris sui Demetrius, fictis criminibus, inter quae accusatione patricidii & affectati regni, primum petitus; ad ultimum, quoniam populi Romani amicus erat, veneno necatus est. regnumque Macedoniae mortuo Philippo ad Perseum devenit. Item, res in Liguribus & Hispania contra Celtiberos à compluribus feliciter gestas continet. Libri Numae Pompilii in agro L. Petillii scribe sub Ianiculo à cultoribus agri in arca lapidea clausi, & Graeci & Latini, inventi sunt. in quibus plura, quae dissolvendatum religionum, prator, ad quem delati erant, quum legisset juravit Senatui, contra Rempublicam esse, ut legerentur servarenturque. & ex Senatus consulto in comitio exusti sunt. Colonia Aquileja deducta est. Philippus aegritudine animi confectus, quod Demetrium filium falsis alterius filii in eundem delationibus impulsus veneno sustulisset, & de poena Persei cogitavit, voluitque Antigonum potius amicum suum successorem regni sui relinquere. Sed in hac cogitatione morte raptus est. regnum Perseus excepit.

## E P I T O M E LIBRI XLI.

**I**gnis in aede Vestae extinctus est. Tib. Sempronius Gracchus proconsul Celtiberos victos in ditionem accepit: monumentumque operum suorum, Gracchurim oppidum in Hispania constituit. Et à Posthumio Albino proconsole Vaccæ ac Lusitanæ subacti sunt. uterque triumphavit. Antiochus, Antiochi filius, obses Romanis à patre datus, mortuo fratre Seleuco,

F f

Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syria dimissus. Lustrum à censoribus conditum est: censa sunt civium capita ducenta septuaginta tria millia ducenta quadraginta quatuor. Q. Voconius Saxa tribunus plebis legem tulit, ne quis heredem mulierem institueret: suavit legem M. Cato. extat oratio ejus. Præterea res contra Ligures, Istros, Sardos, & Celtiberos à compluribus ducibus prospere gestas, & initia belli Macedonici continet, quod Perseus Philippi filius moliebatur. miserat enim ad Carthaginenses legationem: & ab iis nocte audita erat: sed & alias Græcia civitates sollicitabat, qui, præter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii, & Antiochia Capitolini, vilissimum regem egit.

## E P I T O M E LIBRI XLII.

Q. Fulvius Flaccus censor templum Junonis Lacinia tegulis marmoreis spoliavit, ut adem, quam dedicaverat, regeret. tegula ex senatus consulto reportata. Eumenes Asia rex in senatu de Perseo, Macedonia rege, questus est: cujus injuria in populum Romanum referuntur, ob quas bello ei indicto, P. Licinius Crassus Consul, cui Macedonia decreta erat, in Macedoniam transit, levisque expeditionibus, equestribus præliis, in Thessalia cum Perseo parum felici eventu pugnavit. Inter Massanissam, & Carthaginenses de agro fuit dies ad disceptandum à senatu datus. Legati missi ad civitates socias, & reges rogandos an in fide permanerent. dubitantibus Rhodiis, lustrum à censoribus conditum est. censa sunt civium capita C C L V I I millia C C X X X I. Res præterea adversus Corsos & Ligures prospere gestas continet.

## E P I T O M E LIBRI XLIII.

P. Ratores nonnulli, eo quod avare & crudeliter provincias administrassent, damnati sunt. P. Licinius Crassus proconsul complures in Græcia urbes expugnavit, & crudeliter diripuit. ob id captivi, qui ab eo sub corona venierant, ex senatus consul-

to postea restituti sunt. Item à præfectis classium Romanorum multa impotenter in socios facta. Res præterea à Perseo rege in Thracia prospere gestas continet: ictus Dardanis, & Illyrico, cujus rex erat Gentius. Motus, qui in Paonia ab Elorico factus erat, ipso interempto confedit. M. Æmilius Lepidus à censoribus princeps in senatu lectus.

## E P I T O M E LIBRI XLIV.

Q. Vintus Marcius Philippus per invios saltus penetravit in Macedoniam, compluresque urbes occupavit. Rhodii misere legatos Romam, minantes, ut Perseo essent auxilio, nisi populus Romanus cum eo pacem atque amicitiam conjungeret. indigne id latum. Quum id bellum L. Æmilio Paulo sequentis anni consuli iterum mandatum esset, Paullus in concione precatus est, ut quicquid diri populo Romano immineret, in domum suam converteretur: & in Macedoniam profectus, Perseum vicit, universamque Macedoniam in potestatem redegit. Antequam confugeret, C. Sulpicius Gallus tribunus militum prædixit exercitui, ne miraretur quod Luna nocte proxima defectura esset. Gentius quoque rex Illyriorum, quum rebellasset, ab Anicio prætore victus venit in deditioem, & cum uxore, & liberis, & propinquis, Romam missus. Alexandria legati à Cleopatra & Ptolemao regibus venerunt: querentes de Antiocho Rege Syria, quod eis bellum inferret. Perseus sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami, & Gentio rege Illyriorum, quia is pecuniam quam promiserat, non dabat, ab eis relictus est.

## E P I T O M E LIBRI XLV.

P. Perseus ab Æmilio Paulo in Samothracia captus est. Quum Antiochus, Syria rex, Ptolomaum & Cleopatram, Ægypti reges, obsideret, & missis ad eum à senatu legatis, qui juberent ab obsidione socii regis absistere, editisque mandatis, consideratum se, quid faciendum esset, respondisset; unus ex legatis Popilius virga regem circumscripsit, jusitque, antequam circulo ex-

cederet, responsum daret. qua asperitate effecit, ut Antiochus bellum omitteret. Legationes gratulantium populorum ac regum in senatum admisse. Rhodiorum, quia eo bello contra populum Romanum fuerant, exclusa. postero die, quum de eo quaereretur, ut iis bellum indiceretur, causam in senatu patria sua legati egerunt. nec tanquam hostes. nec tanquam socii dimissi. Macedonia in provinciam formam redacta. Æmilius Paullus, repugnantibus militibus suis propter minorem prædam, & contradicente Servio Sulpicio Galba, triumphavit: & Perseum cum tribus filiis ante currum duxit. cujus triumphi latitia, ne solida ei contingeret, duorum filiorum funeribus insignita est: quorum alterius mors patris triumphum præcessit, alterius secuta est. Lustrum conditum est à censoribus. Censa sunt civium capita quadringenta undecim millia octingenta decem. Prusias, Bithynia rex, Romam, ut senatui gratularetur ob victoriam ex Macedonia partam, venit: & Nicomedem filium senatui commendavit. Rex plenus adulationis, libertum se populi Romani dicebat.

## E P I T O M E L I B R I X L V I.

**E**Vmenes rex Romam venit: qui, quia Macedonico bello se medium egerat, ne aut hostis judicatus videretur, si exclusus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur; in commune lex lata est, ne cui regi Romam venire liceret. Claudius Marcellus consul Alpinos Gallos, C. Sulpitius Gallus consul Ligures subegit. Legati Prusie regis conquesti sunt de Eumene, quod fines suos depopularetur: dixeruntque, eum confisasse cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum deprecantibus Rhodiis juncta est. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti septem millia viginti duo. Princeps senatus lectus M. Æmilius Lepidus. Ptolemæus Ægyptiorum rex, à minore fratre è regno pulsus, missis ad eum legatis, restitutus est. Ariarathæ Cappadociae rege mortuo, filius ejus Ariarathes accepit regnum: & amicitiam per legatos cum populo Romana renovavit. Res præterea adversus Ligures, Corsos, &

Lusitanos.

Lusitanos, vario eventu gestas, & motus Syria mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore ejus Demetrius, Seleuci filius, qui Romam obses missus fuerat, clam, quia minime dimittebatur à Romanis, interemit: & ipse in regnum receptus. L. Æmilius, qui Perseum vicerat, mortuus. cujus tanta abstinentia fuit, ut, quum ex Hispania & Macedonia maximas opes retulisset, vix ex auctione bonorum ejus redactum sit unde dos uxori ejus redderetur. Pomptina paludes à Cornelio Cethego consule, cui ea provincia evenerat, siccata, agerque ex iis factus.

## E P I T O M E L I B R I X L V I I.

**C**N. Tremellio tribuno plebis multa dicta est, quod cum M. Æmilio Lepido pontifice maximo injuriose contenderat: Sacrorumque magistratum jus potentius fuit. Lex de ambitu lata. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti octo millia trecenta quatuordecim. Princeps senatus lectus Æmilius Lepidus. Inter Ptolemæos fratres, qui dissidebant, factus ictum, ut alter in Ægypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadocia rex, consilio Demetrii regis Syria & viribus pulsus regno, à senatu restitutus est. Missi à senatu, qui inter Masanissam & Carthaginienses de agro judicarent. C. Marcus consul adversum Dalmatas parum prospere primum, postea feliciter pugnavit. cum quibus bello confligendi causa fuit, quod Illyricos populi Romani socios vastaverant. eandemque gentem Cornelius Nasica consul domuit. Q. Opimius consul transalpinos Ligures, qui Masiliensium oppida Antipolim & Nicaam vastabant, subegit. Præterea res in Hispania à compluribus parum prospere gestas continet. Consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab urbe condita magistratum, peractis comitiis, insequentisque anni consulibus creatis, inire cœperunt. Mutandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabant. Legati, ad disceptandum inter Masanissam & Car-

thaginienses missi, nunciaverunt, vim navalis materiae se Carthagine deprehendisse. Aliquot praetores, à provinciis avaritia nomine accusati, damnati sunt.

## E P I T O M E LIBRI XLVIII.

**L**ivstrum à censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecenta viginti quatuor millia. Semina tertii belli Punici referuntur. Quum in finibus Carthaginensium maximus Numidarum exercitus, Archobazane duce, Syphacis nepote, diceretur esse, M. Porcius Cato suavisit, ut Carthaginensibus, qui exercitum, specie contra Masanissam regem, sed revera contra Romanos accitum, in finibus haberent, bellum indiceretur. contradicente P. Cornelio Nasica, placuit legatos mitti Carthaginem, qui specularentur quid ageretur. Castigato senatu Carthaginensium, quod contra foedus exercitum & navales materias haberent, pacem inter eos & Masanissam facere voluerunt, Masanissa agro, de quo lis erat, cedente. sed Gigo, Hamilcaris filius, homo seditiosus, qui tunc in magistratu erat, quum senatus parturum se iudicio legatorum dixisset, ita bellum adversus Romanos suadendo concitavit, ut legatos, quo minus violarentur, fuga explicuerit. Id nuntiantes, in festum jam senatum Carthaginensibus, infestiores fecerunt. M. Porcius Cato funus mortui filii in pratura tenuissimo, ut valuit, (nam pauper erat) sumptu fecit. Andriscus, qui se Persei filium, regis quondam Macedoniae, ingenti asseveratione mentiretur, Romam missus. M. Aemilius Lepidus, qui princeps senatus ab sextis jam censoribus erat lectus, antequam exspiraret, praecepit filius, lecto se strato sine lineis, sine purpura efferrent: in reliquum funus re plus quam aris denos consumerent: imaginum specie, non sumptibus nobilitari magnorum virorum funera solere. De veneficiis quaesitum. Publicia & Licinia, nobiles foeminae, quae viros suos necesse infimulabantur, cognita causa, quum praetori praedes radesque dedissent, cognatorum decreto necatae sunt. Gulussa Masanissa filius denunciavit, Carthagine delectus agi, classem

compra-

comparari, & haud dubium bellum strai. Quum Cato suaderet, ut iis bellum indiceretur; P. Cornelio Nasica dicente, nihil temere faciendum; placuit, decem mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A. Posthumius Albinus consules, quum delectum severe agerent, nec quemquam gratia dimitterent à tribunis plebis, qui pro amicis suis vacationem impetrare non poterant, in carcerem coniecti sunt. Hispaniense bellum quum parum prospere aliquoties gestum ita confudisset civitatem Romanam, ut ne ii quidem invenirentur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire vellent; P. Cornelius Aemilianus processit: & excepturum se militiae genus, quodcumque imperatum esset, professus est. quo exemplo ad militandi studium omnes incitavit. L. Lucullus consul, quum Claudius Marcellus, cui successerat, pacasse omnes Celtiberiae populos videretur, Vaccaos, Cantabros, & alias incognitas adhuc nationes in Hispania subegit. Ibi P. Cornelius Africanus, Scipio Aemilianus, L. Paullus filius, Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit: & in oppugnatione Intercatiæ urbis majus multo etiam periculum adiit, nam murum primus omnium transcendit. Servius Sulpicius Galba praetor male adversus Lusitanos pugnavit. Quum legati ex Africa cum Carthaginensium oratoribus, & Gulussa Masanissa filio redissent, dicerentque & exercitum se & classem Carthagine deprehendisse, perrogari sententias placuit, Catone, & aliis principibus senatus suadentibus, ut in Africam confestim transportaretur exercitus. quia vero Cornelius Nasica dicebat, nondum sibi justam causam belli videri; placuit ut bello desisteretur, si Carthaginenses classem excussissent, & exercitum dimisissent: si minus, proximi consules de bello Punico referrent. Quum locatum à censoribus theatrum extrueretur, P. Cornelio Nasica auctore, tamquam inutile, & nociturum publicis moribus, ex senatus consulto destructum est, populusque aliquamdiu stans ludos spectavit. Carthaginenses quum adversum foedus bellum Masanissa inulissent, victi ab eo, annos habente nonaginta duos, &

*sine pulamine mandere & gustare panem tantummodo solito, insuper Romanum bellum meruerunt.*

## E P I T O M E LIBRI XLIX.

**T**ertii Punici belli initium altero, & sexcentesimo anno ab urbe condita, intra quintum annum, quum erat coeptum, consummatur. Inter M. Porcium Catonem, & Scipionem Nasicam, quorum alter sapientissimus vir in civitate habebatur, alter etiam vir optimus à senatu iudicatus erat, diversis certatum est sententiis; Catone suadente bellum, & ut tolleretur, deletereturque Carthago; Nasica dissuadente: placuit tamen, eo quod contra sædus naves haberent, quod extra fines exercitum duxissent, quod socio populi Romani & amico Masanissæ arma intulissent, quod filium ejus Guluffam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepissent, bellum iis indici. Prius quam ulla copia in naves imponeretur, Uticenses legati Romam venerunt, se suaque omnia dentes.

Ea legatio, veluti omen, grata patribus, acerba Carthaginensibus fuit. Diti patri ludi ad Terentum, ex præcepto librorum Sibyllinorum, facti: qui anno centesimo, primo bello Punico, quingentesimo & altero anno ab urbe condita, facti fuerant. Legati triginta Romam venerunt, per quos se Carthaginenses dedebant. Catonis sententia pervicit, ut in decreto perstaretur, & ut consules quam primum proficiscerentur ad bellum.

Qui ubi in Africam transierunt, acceptis, quos imperaverant, trecentis obsidibus, & armis omnibus, instrumentisque belli, si qua Carthagine erant; tunc quum ex autoritate Patrum juberent, ut in alium locum, dum procul a mari decem millia passuum nec minus remotum, oppidum facerent; indignitate rei ad bellandum Carthaginenses compulerunt. Obsideri, oppugnarique coepta est Carthago à L. Marcio, Manio Manilio consulibus. In

qua oppugnatione, quum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent, & ab oppidanis graviter caderentur, à Scipione Africano expliciti sunt. per quem & castellum Romanorum, quod nocte oppugnabant, paucis equitibus juvantibus liberatum est: castrorumque, quæ Carthaginenses omnibus copiis pariter ab urbe egressi oppugnabant, liberatorum is ipse præcipuam gloriam tulit. Præterea quum ab irrita oppugnatione Carthagini consul (alter enim Romam ad comitia ierat) exercitum duceret adversus Hasdrubalem, qui cum altera manu iniquum saltum insederat, suasisit primo consuli, ne tam iniquo loco confligeret. victus deinde complurium, qui & prudentiæ ejus & virtuti invidebant, sententiis, & ipse saltum ingressus est. cumque sicut prædixerat, susus fugatusque esset Romanus exercitus, & duæ cohortes ab hoste obsiderentur cum exiguis equitum turmis in saltum reversus liberavit eas, & incolumes reduxit.

Quam virtutem ejus & Cato, vir promptioris ad vituperandum lingua, in senatu sic prosecutus est, ut diceret, reliquos, qui in Africa militant, umbras militare, Scipionem vigere. Et populus Romanus eo favore & illum complexus est, ut comitiis complurima eum tribus consulem scriberent; quum hoc per atatem minime liceret. Quum L. Scribonius tribunus plebis rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui, in fidem populo Romano dediti, à Sergio Galba in Gallia venissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrime suasisit. extat oratio in Annalibus ejus inclusa. Q. Fulvius Nobilior, & sepe ab eo in senatu laceratus, respondit pro Galba, ipse quoque Galba quum se damnari videret, complexus duos filios prætextatos, & filium Caii Sulpicii, cujus tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. extant tres orationes ejus: duæ adversum Libonem tribunum plebis, rogationesque ejus habitæ de Lusitanis: una contra L. Corneliu Cethegum, in qua Lusitanos prope sese castra habentes casos fatetur: quod compertum habuerit, equo atque homine suo ritu immolatis per speciem pacis adoriri exercitum

fuam in animo habuisse. Andriscus quidam ultima sortis homo, Persei regis se filium ferens, & mutato nomine Philippus vocatus, quum ab urbe Roma, quo illum Demetrius Syria rex ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset; multis ad falsam ejus fabulam, velut ad veram euntibus; contracto exercitu, totam Macedoniam aut voluntate incoletium, aut armis occupavit. Fabulam autem hujusmodi finxerat: Ex pellice se & Perseo rege ortam, traditum educandum Cretensi cuidam esse, ut in belli casus, quod ille cum Romanis gereret, aliquod velut semen stirpis regiae extaret. Perseo demortuo, Adramiti se educatum usque ad duodecimum annum ætatis, patrem eum esse credentem à quo educaretur, ignarum generis fuisse sui. affecto deinde eo, quum prope ad ultimum finem vitæ esset, detectam sibi tandem originem suam; falsæque matri libellum datum signo Persei regis signatum, quem sibi traderet, quum ad puberem ætatem venisset; obtestationesque ultimas adjectas, ut res in occulto ad id tempus servaretur. pubescenti libellum traditum: in quo relictæ sibi duo thesauri à patre dicerentur. tum scientem mulierem subditicium se esse, veram stirpem ignoranti edidisse genus: atque obtestatam, ut prius quam ad Eumenem manaret res, Perseo inimicum, excederet iis locis, ne interficeretur. eo se exterritum, simul sperantem aliquod auxilium à Demetrio, in Syriam se contulisse: atque ibi primū quis ipse omnino esset, palam expromere ausum.

## E P I T O M E L I B R I L I.

**T**hessalia, quum & illam invadere armis atque occupare Pseudophilippus vellet, per Romanorum legatos auxiliis Acheorum defensa est. Prusias rex Bithynia, omnium, humillimorumque vitiorum, à Nicomede filio, adjuvante Attalo rege, Pergami occisus est. Habebat alterum filium, qui pro superiore ordine dentium, enatum habuisse unum os continens dicitur. Quum legatos ad pacem inter Nicomedem & Prusiam faciendam Romani misissent; & unus ex iis caput multis cicatricibus sparsum haberet, alter pedibus ager esset, tertius ingenio socors habere.

haberetur; dixit Cato, eam legationem, nec caput, nec pedes, nec cor habere. In Syria, quæ eo tempore ex stirpe generis Persei regis Macedonum, inertia socordiaque similem Prusia, regem habebat; jacente eo in ganeo & Iustis, Ammonius regnabat; per quem & amici omnes regis, & Laodice regina, & Antigonus, Demetrii filius, occisi. Masanissa, Numidia rex, major nonaginta annis, deceffit, vir insignis. Inter cetera opera juvenilia, quæ ad ultimum edidit, adeo, etiam versus in senectam, viguit, ut post sextum & octogesimum annum filium genuerit. Inter tres liberos ejus, maximum natu, Micipsam, Gulussam, Manastabulem, qui etiam Græcis literis eruditus erat, P. Scipio Æmilianus (quum commune eis pater regnum reliquisset, & dividere eos arbitro Scipione jusset) administrationem regni divisit. Item Phamea Himilconis, præfecto equitum Carthaginiensium, viro forti, & cujus præcipua opera Pœni utebantur, persuasit, ut cum equitatu suo ad Romanos transfret. Ex tribus legatis qui ad Masinissam missi fuerant, Claudius Marcellus, coorta tempestate, fluctibus obrutus est. Carthaginienses Asdrubalem Masanissæ nepotem, quem prætorem habebant, proditoris suspectum, in curia interemerunt, quæ suspicio inde emanavit, quod propinquus esset Gulussa, Romanorum auxilia juvantis. P. Scipio Æmilianus quum adilitatem peteret, consul à populo dictus, quoniam per annos consulem fieri non licebat, cum maximo certamine, suffragantibus plebeis, & repugnantibus aliquamdiu Patribus, legibus solutus, & consul creatus est. M. Manilius aliquot urbes circumpositas Carthagini expugnavit. Pseudophilippus in Macedonia, caso cum exercitu P. Luventio prætore, à Q. Cæcilio victus captusque est: & recepta Macedonia.

## E P I T O M E L I B R I L I.

**C**arthago in circuitu viginti tria millia passus patens, magno labore obsessa, & per partes capta est: primum à Mancio legato, deinde à Scipione consule, cui extra sortem provincia Africa data erat. Carthaginienses portu novo (quia vetus à Scipione

pione erat obstructus) factus, & contractu, clam exiguo tempore, ampla classe, navali praelio infeliciter pugnaverunt. Hasdrubalis quoque eorum ducis castra ad Nepharam oppidum, loco difficillimo sita, cum exercitu deleta sunt à Scipione. qui tandem urbem expugnavit, septuagesimo anno quam erat condita. Spoliorum major pars Siculis, quibus ablata erant, reddita. Ultimo urbis excidio, quum se Hasdrubal Scipioni dedisset, uxor ejus, qua paucis ante diebus de marito impetrare non potuerat ut ad victorem transfugeret, in medium se flagrantis urbis incendium duobus cum liberis ex arce precipitavit. Scipio, exemplo patris suis Æmilii Paulli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit, transfugas ac fugitivos bestiis objecit. Belli Achaici semina referuntur hac: quod legati populi Romani ab Achaicis pulsati sint; Corinthum missi, ut eas civitates quæ sub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio secernerent.

## E P I T O M E LIBRI LII.

**C**um Achaïs, qui in auxilium Bæotios & Chalcidenses habebant, Q. Cæcilius Metellus ad Thermopylas confuxit, quibus victis, dux eorum Critolaus veneno sibi mortem conscivit, in cuius locum Diaz Achaici motus primus auctor ab Achaïs dux creatus, ad Isthmon à L. Mummius consule victus est. Qui, omni Achaia in deditioem accepta, Corinthum ex Senatusconsulto diruit: quia ibi legati Romani violati erant. Thebæ quoque & Chalcis, quæ auxilio fuerant, diruta. Ipse L. Mummius abstinentissimum virum egit. nec quicquam ex iis opibus ornamentisque, quæ prædites Corinthus habuit, in domum ejus pervenit. Q. Cæcilius Metellus de Andrisco triumphavit. P. Cornelius Africanus, Scipio Æmilianus, de Carthagine & Asdrubale. Viriatus in Hispania primum ex pastore venator, è venatore latro, mox justus quoque exercitus dux factus, universam Lusitaniam occupavit. M. Vitilius prætorem, fuso ejus exercitu, cepit: post quem C. Plautius prætor nihilo felicius rem gessit, tantumque terrorem is hostis intulit, ut adversus eum consulari opus esset & duce

& duce & exercitu. Præterea motus Syria, & bella inter reges gesta referuntur. Alexander homo ignotus, & incerta stirpis, occiso (sicut ante dictum est) Demetrio rege, in Syria regnabat. hunc Demetrius, Demetrii filius, qui à patre quondam, ob incertos belli casus, ablegatus Gnidon fuerat, contempta secordia inertiaque ejus, adjuvante Ptolemao Ægypti rege, cujus filiam Cleopatram acceperat in matrimonium, bello interemit. Ptolemaus in caput graviter vulneratus, inter curationem, dum ossa medici terebrare contendunt, expiravit: atque in locum ejus frater minor Ptolemaus, qui Cyrenis regnabat, successit. Demetrius ob crudelitatem quam per tormenta in suos exercebat, à Diodoto quodam uno ex subjectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum asserebat, bello superatus, Seleuciam confugit. L. Mummius de Achaïs triumphavit; signa aerea, marmoreaque, & tabulas pictas in triumpho tulit.

## E P I T O M E LIBRI LIII.

**A**P. Claudius consul Salassos, gentem Alpinam domuit. Alter Pseudophilippus in Macedonia à L. Tremellio quaestore cum exercitu casus est. Q. Cæcilius Metellus proconsul Celtiberos cecidit. à Q. Fabio proconsule pars maxima Lusitania, expugnatis aliquot urbibus, recepta est. C. Iulius senator Grace res Romanas scribit,

## E P I T O M E LIBRI LIV.

**Q**. Pompeius consul in Hispania Terrestinos subegit. cum eisdem & Numantinis pacem ab infirmitate fecit. Lustum à censoribus conditum est. Censa civium capita trecenta viginti octo millia trecenta quadraginta duo, Quum Macedonum legati conquestum venissent de D. Junio Syllano prætore, quod acceptis pecuniis provinciam spoliassent, & senatus de querelis eorum vellet cognoscere; T. Manlius Torquatus, Silani pater, perit, impetravitq., ut sibi cognitio mandaretur. & domi caussa cognita,

cognita, filium condemnavit abdicavitque. ac ne funeri quidem ejus ( quum suspendio vitam finisset ) interfuit : sedensque domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. Q. Fabius proconsul, rebus in Hispania prospere gestis labem imposuit ; pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Viriatus à proditoribus, consilio Servilii Capionis, interemptus est, & ab exercitu ejus multum comploratus ac nobilissime tumultus ; vir duxque magnus, & per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior.

## E P I T O M E LIBRI LV.

**P**ublio Cornelio Nasica, cui cognomen Serapioni fuit, ab irridente Curatio tribuno plebis impositum, & D. Iunio Bruto consulibus delectum habentibus in conspectu tironum, res saluberrimi exempli facta est : nam C. Marienus accusatus est apud tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset : damnatusque sub furca, diu virgis cæsus est, & sestertio nummo venit. Tribuni plebis quia non impetrarant, ut sibi denos, quos vellent, milites eximere liceret, consules duci jusserunt. Iunius Brutus consul in Hispania, iis, qui sub Viriato militaverant, agros oppidumque dedit, quod Valentia vocatum est. M. Popilius à Numantinis, cum quibus pacem factam senatus irritam fieri censuerat, cum exercitu susus fugatusque. C. Hostilio Mancino consule sacrificante, pulli ex cavea evolarunt : conscendenti deinde in navim ut in Hispaniam proficisceretur, accidit audiri, Mane mane Mancine : quæ auspicia tristia fuisse, eventu probatum est. Victus enim à Numantinis & castris exutus, quum spes nulla servandi exercitus esset, pacem cum eis fecit ignominiosam, quam ratam esse senatus vetuit. Triginta millia Romanorum à Numantinorum millibus quatuor victa erant. D. Iunius Lusitaniam, triginta urbium expugnationibus, usque ad Occasum & Oceanum, perdomuit : & quum fluvium Oblivionem transire nolent milites, ereptū signifero signū ipse transtulit, & sic ut transgrederentur persuasit. Alexandri filius, rex Syria decem annos

almnodum habens, à Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, tutore suo, per fraudem occisus est : corruptis medicis, qui ipsum calceoli dolore consumi, ad populum mentiti, dum secant, occiderunt.

## E P I T O M E LIBRI LVI.

**D**ecimus Iunius Brutus in ulteriore Hispania feliciter adversus Gallacios pugnavit. dissimili eventu M. Æmilius Lepidus proconsul adversus Vaccaeos rem gessit : clademque similem Numantina passus est. Ad exsolvendum Numantini fœderis religione populum Mancinus, quum hujus rei auctor fuisset, deditus Numantinis, non est receptus. Lustrum à censoribus conditum est. Censa civium capita trecenta viginti tria millia. Fulvius Flaccus consul Vardæos in Illyrico subegit. M. Cosconius prætor in Thracia cum Scordiscis prospere pugnavit. Quum vitio ducum bellum Numantinum non sine publico pudore duraret, delatus est ultro Scipioni Africano à senatu populoque Romano consulatus : quem quum illi capere ob legem, quæ vetabat quemquam iterum consulem fieri, non liceret, sicuti priori consulatu, legibus solutus est. Bellum servile in Sicilia ortum, quum opprimi à prætoribus non potuisset : C. Fulvio consuli mandatum est. hujus belli initium fuit Eunus servus, natione Syrus, qui contracta agrestium servorum manu & solutis ergastulis, justus exercitus numerum implevit. Cleo quoque alter servus ad septuaginta millia servorum contraxit : & copiis junctis, contra populum Romanum exercitumque ejus, bellum sæpe gesserunt.

## E P I T O M E LIBRI LVII.

**S**cipio Africanus Numantium obsedit : & corruptum licentia luxuriamque exercitum, ad severissimam militiæ disciplinam revocavit. omnia deliciarum instrumenta recidit : duo millia scortorum castris ejecit, militem quotidie in opere habuit. & triginta dierum frumentum ad septenos vallos ferre cogebat : agre propter onus incedenti dicebat : Cum gladio te vallare scieris, vallum ferre desinito. Alii scutum parvum habiliter ferenti, scutum amplius



amplius iusto ferre iussit: neque id se reprehendere, quando melius scuto quam gladio uteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus, si extraneus, virgis cecidit. Iumenta omnia, ne exonerarent militem, vendidit. Sepe adversus eruptiones hostium feliciter pugnavit. Vacca obsepsi, liberis & conjugibus trucidatis, ipsi se interemerunt. Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syria missa, quum celare aliis imperatoribus regum munera mos esset, pro tribunali accepturum se esse dixit, eaque omnia referre quaestorem in publicas tabulas iussit: ex iis, viris fortibus dona se daturum. Quum undique Numantium obsidione clausisset, & oppressos fame videret urgeri hostes, qui pabulatum exierant, vetuit interiri: quod diceret, velocius eos absumpturos frumentum, quod haberent, si plures fuissent.

## E P I T O M E L I B R I L V I I I .

**T**I. Sempronius Gracchus tribunus plebis, quum Agrariam legem ferret adversus voluntatem senatus, & equestris ordinis, Ne quis ex publico agro plus quam quingenta iugera possideret; in eum furorem exarsit, ut M. Octavio coll. g. a. causam diversa partis defendenti, potestatem lege lata abrogaret; seque & fratrem Caium, & Ap. Claudium socerum, triumvros ad dividendum agrum crearet. Promulgavit & aliam legem Agrariam, qua sibi latius agrum patefaceret, ut idem triumviri iudicarent, qua publicus ager, qua privatus esset. deinde quam minus agri esset, quam quod dividi posset sine offensa etiam plebis, (quoniam eos ad cupiditatem ampla modo sperandi incitaverat) legem se promulgaturum ostendit, ut iis qui Semproniam lege agrum accipere deberent, pecunia qua regis Attali fuisset, divideretur. Heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius. Tot indignationib. commotus graviter senatus, ante omnes P. Mucius consul, qui quum in senatu in Gracchum perorasset, raptus ab eo ad populum, delatusque plebi,

rursus

rursus in eum pro rostris concionatus est. Quum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus; auctore P. Cornelio Nasica, in Capitolio ab optimatibus occisus est; ictus primum fragmentis selliorum; & inter alios, qui in eadem seditione occisi erant, insepultus in flumen projectus. Res praterea in Sicilia vario eventu adversum fugitivos gestas continet.

## E P I T O M E L I B R I L I X .

**N**umantini fame coacti, ipsi se per vicem tradentes trucidaverunt. Captam urbem Scipio Africanus delevit, & de eatriumphavit, quartodecimo anno post Carthaginem deletam. P. Rupilius consul in Sicilia cum fugitivis debellavit. Aristonicus regis Eumenis filius, Asiam occupavit: quum testamento Attali regis legata populo Romano, liberasse deberet. adversus eum P. Licinius Crassus consul, quum idem pontifex maximus esset (quod nunquam antea factum erat) extra Italiam profectus, praelio victus & interemptus est. M. Perperna consul victum Aristonicum in deditioem accepit. Q. Pompeius, & Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe censors facti, lustrum condiderunt. Censa sunt civium capita trecenta tredecim millia octingenta viginti tria, prater pupillos & viduas. Q. Metellus censor censuit, ut omnes cogereantur ducere uxores liberorum creatorum causa. extat oratio ejus, quam Augustus Caesar, quum de mariandis ordinibus ageret, velut in hac tempora scriptam in senatu recitavit. C. Atinius Labio tribunus plebis Q. Metellum censorem, a quo in senatu legendo prateritus erat, de saxo dejici iussit: quod ne fieret, ceteri tribuni plebis auxilio fuerunt. Quum Carbo tribunus plebis rogationem tulisset, ut eundem tribunum plebis quoties vellet, creari liceret; rogationem ejus P. Africanus gravissima oratione dissuasit. in qua dixit, Ti. Gracchum jure casum videri. Gracchus contra suasit rogationem: sed Scipio renuit. Bella inter Antiochum Syria, & Phraatem Parthorum regem gesta. nec magis quietae res Aegypti referuntur. Ptolemaeus Evergetes cognominatus, ob nimiam crudelitatem suis invi-

incensa à populo regia, clam in Cyprum profugit. & quum sorori ejus Cleopatra, quam (filia ejus virgine per vim compressa, atque in matrimonium ducta) repudiaverat, regnum à populo datum esset, infensus, filium quem ex illa habebat, in Cypro occidit, caputque ejus, & manus, & pedes matri misit. Seditiones à triumviris, Fulvio Flacco, & C. Graccho, & C. Carbone, agro dividendo creatis excitatae. quibus quum P. Scipio Africanus adversaretur, fortisque ac validus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inventus est. Suspecta fuit, tanquam ei venenum dedisset, Sempronia uxor: hinc maxime, quod soror esset Gracchorum, cum quibus simul et Africano fuerat. de morte tamen ejus nulla quaestio acta. Eo defuncto, seditiones triumphales acrius exarserunt. C. Sempronius consul contra Iapydas primo rem male gessit: mox victoria cladem acceptam emendavit: virtute D. Iunii Bruti, ejus qui Lusitaniam subegerat.

## E P I T O M E L I B R I L X .

**L.** Aurelius consul rebellantes Sardos subegit. M. Fulvius Flaccus primus omnium Transalpinos Ligures bello domuit; missus in auxilium Massiliensibus adversus Salvios Gallos, qui populabantur fines Massiliensium. L. Opimius praetor Fregellanos, qui defecerant, in deditioem accepit. Fregellas diruit. Pestilentia in Africa ab ingenti multitudine locustarum, & deinde necatarum strage, fuisse traditur. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt civium capita trecena nonaginta milia septingena triginta sex. C. Gracchus, Tiberii frater, tribunus plebis eloquentior quam frater, perniciosas aliquot leges tulit: inter quas frumentariam, ut semissa & triente frumentum plebi daretur: alteram legem Agrariam, quam & frater ejus tulerat: tertiam, qua equestrem ordinem tunc cum senatu consentientem corrumpere: ut sexcenti ex equitibus in curiam sublegerentur: & quia illis temporibus trecenti tantum senatores erant, sexcenti equites trecentis senatoribus admiscerentur. id est, ut equester ordo bis tantum virium in senatu haberet.

&amp; con-

& continuato in alterum annum tribunatu, legibus Agrariis latis effecit, ut complures coloniae in Italia deducerentur, & una in solo diruta Carthaginis, quo ipse triumvir creatus, coloniam deduxit. Praeterea res à Q. Metello consule adversus Baleares gestas continet: quas Graeci Gymnesias appellant; quia aetatem nudi exigant. Baleares à teli missu appellati: vel à Baleo Herculis comite ibi relicto tunc, quum Hercules ad Geryonem navigaret. Motus quoque Syriae referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum suum, & Seleucum filium, indignata, quod occiso patre ejus à se, injussu suo diadema sumpsisset, interemit.

## E P I T O M E L I B R I L X I .

**C.** Sextus proconsul, victa Salviorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, & calidis & frigidis fontibus, atque à nomine suo ita appellatas. Cn. Domitius proconsul contra Allobroges ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi causa fuit, quod Teutomalum Salviorum regem fugientem recepissent, & omni ope juvissent: quodque Aeduorum agros, sociorum populi Romani, vastavissent. C. Gracchus seditioso tribunatu actò, quum Aventinum quoque armata multitudine occupavisset, à L. Opimio consule, ex Senatus consulto vocato ad arma populo, pulsus, interemptus est: & cum eo Fulvius Flaccus consularis, socius ejusdem furoris. Q. Fabius Maximus consul, Paulli nepos, adversus Allobroges, & Bituitum Arvernorum regem, feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu caesa milia hominum centum viginti. & quum ipse ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset, Alba custodiendus datus est; quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum quoque est, ut Congentiatius, filius ejus, comprehensus, Romam mitteretur. Allobroges in deditioem accepti. L. Opimius, accusatus apud populum à Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem conjecisset, absolutus est.

## E P I T O M E L I B R I L X I I .

**Q** Marcus consul Stonos, gentem Alpinam, expugnavit. Micipsa Numidarum rex mortuus, regnum tribus filiis reliquit, Adherbali, Hiempsali, & Iugurtha fratris filio, quem adoptaverat. L. Cæcilius Metellus Dalmatas subegit. Iugurtha Hiempsalem fratrem bello petiit, quem victum interemit: Adherbalem regno expulit, qui à senatu restitutus est. L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Aherobarbus, censores, duos & triginta senatu moverunt. Præterea motus Syria regum continet.

## E P I T O M E L I B R I L X I I I .

**C** Porcus consul in Thracia male adversus Scordiscos pugnavit. Lustrum à censoribus conditum est. Censæ sunt civium capita trecenta nonaginta quatuor millia trecenta triginta sex. Æmilia, Licinia, Marcia, virgines Vestales, incesti damnatæ sunt: idque incestum quemadmodum & commissum, & deprehensum, & vindicatum sit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Carbo consul cum exercitu fufus est. Livius Drusus consul adversus Scordicos, gentem à Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit, magnumque honorem tulit.

## E P I T O M E L I B R I L X I V .

**A**dherbal bello petitus à Iugurtha, & in oppido Cirta obsessus, contra denunciationem senatus ab eo occisus est. Ob hoc ipsi Iugurtha bellum indictum: idque Calpurnius Bestia consul gerere iussus, pacem cum Iugurtha injussu populi & senatus ferit. Iugurtha fide publica evocatus ad indicandos auctores consiliorum suorum, quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur, Romam venit: & propter eadem admissam in Regulum quendam, nomine Massivam, qui regnum ejus populo Romano in visis appetebat, Romæ interfectum, quum peti clitareretur; causam capitæ dicere iussus, clam profugit, & cedens urbe fertur

fertur dixisse, O urbem venalem, & cito perituram, si emptorem invenerit! A. Posthumius legatus infeliciter prælio adversus Iugurtham gesto conflixit. pacem quoque adjecit ignominiosam, quam non esse servandam senatus censuit.

## E P I T O M E L I B R I L X V .

**Q** Cæcilius Metellus consul duobus præliis Iugurtham fudit, totamque Numidiam vastavit. M. Iunius Silanus consul adversum Cimbro infeliciter pugnavit. legatis Cimbrorum sedem & agros, in quibus considerent, postulantis senatus negavit. M. Minucius proconsul contra Thracas prospere pugnavit. L. Cassius consul à Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui à civitate successerant, in finibus Allobrogum, cum exercitu cæsus est. milites qui ex ea clade superaverunt, obsidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.

## E P I T O M E L I B R I L X V I .

**I**ugurtha pulsus à C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi, Maurorum regis, adjutus est: & cæsis prælio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere; victus ab eo & Mario traditus est: in qua re præcipua opera L. Cornelii Sullæ, quæstoris Marii, fuit.

## E P I T O M E L I B R I L X V I I .

**M**arcus Aurelius Scavrus legatus consulis à Cimbris fuso exercitu captus est: & quum in consilium ab iis evocatus, detereret eos, ne Alpes transirent Italiam petaturi, eo quod diceret Romanos vinci non posse, à Bolo rege, feroce juvene, occisus est. Ab iisdem hostibus C. Manlius consul & Q. Servilius Cæpio proconsul, victi prælio, castris quoque binis excuti sunt: octoginta millia militum occisa, calonum ac lixarum quadraginta. Secundum populi Romani iustionem, Cæpionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publica sunt: primi post

regem Tarquinium : imperiumque ei abrogatum. In triumpho C. Marii ductus ante currum ejus Iugurtha cum duobus filiis, & in carcere necatus est. Marius triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat : eique propter Cimbrici belli meritum continuatus per complures annos magistratus est. Consulatus secundo & tertio absens consul creatus. Quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est, Cn. Domitius, pontifex maximus pupuli suffragio creatus est. Cimbri, vastatis omnibus qua inter Rhodanum & Pyrenaum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati, a Celtiberis fugati sunt : reversique in Galliam, bellicosos se Teutonibus junxerunt.

## E P I T O M E L I B R I L X V I I I .

**M**arcus Antonius praetor in Ciliciam maritimos praedones persecutus est. C. Marius consul summa vi oppugnata à Teutonibus & Ambronibus castra defendit. duobus deinde praeliis circa Aquas Sefias eos delevit : in quibus caesa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta. Marius absens quintum consul creatus est. triumphum oblatum, donec & Cimbros vinceret, distulit. Cimbri repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconsole, qui fauces Alpium obsederat, & ad flumen Athesim castellum editum insederat reliqueratque, quum virtute sua expliciti fugientem proconsulem exercitumque consecuti, in Italiam trajecissent ; junctis ejusdem Catuli & C. Marii exercitibus, praelio victi sunt ab eis : in quo caesa traduntur hostium centum quadraginta millia, capta sexaginta. Marius totius civitatis consensu exceptus, pro duobus triumphis qui offerebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis, qui aliquamdiu, ut novo homini ad tantos honores evecto, inviderant, conservatam ab eo Rempublicam fatebantur. Publicius Malleolus, matre interempta, primus omnium infusus culeo, in mare praecipitatus est. Ancilia cum strepitu mota esse, antequam Cimbricum bellum consummaretur, referuntur. Bella praeterea inter Syriae reges gesta continet.

Et si quis in hoc libro aliquid non videt, non est in libro.

22227

EPI-

## E P I T O M E L I B R I L X I X .

**L** Apuleius Saturninus, adjuvante C. Mario, & per milites loco occiso A. Nonio competitore, tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, gessit ; & quum legem Agrariam per vim tulisset, Metella Numidico, eo quod in eam non juraverat, diem dixit. qui quum à bonis civibus defenderetur, ne caussa majorum certaminum esset, in voluntarium exilium Rhodium profectus est : ibique legendo, & audiendis magnis viris vacabat. Profecto, C. Marius, seditionis auctor, qui sextum consulatum per tribus sparsa pecunia emerat, aqua & igni interdixit. Idem Apuleius Saturninus tribunus plebis C. Memmii candidatum consulatus, quem maxime adversarium actionibus suis timebat, interemit. quibus rebus, concitato senatu in ejus causam, & C. Marius, homo mutabilis, & varii consilii ingenique, qui semper secundam fortunam transferat quum eum tueri minimo posset, oppressus armis cum Glaucia Praetore, & aliis ejusdem furoris sociis, à Rabirio quodam interfectus est. Q. Caelius Metellus ab exilio, ingenti totius favore civitatis, reductus est. C. Aquilius proconsul in Sicilia bellum servile excitatum confecit.

## E P I T O M E L I B R I L X X .

**Q**uam M. Aquilius de pecuniis repetundis causam diceret, ipse rogare judices noluit. M. Antonius qui pro eo perorabat, tunicam à pectore ejus discidit, ut honestas cicatrices ostenderet : quibus conspectis, indubitanter absolutus est. Cicero ejus rei solus auctor, T. Didius proconsul adversum Celtiberos feliciter pugnavit. Ptolemaeus Cyrenarum rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus, heredem populum Romanum reliquit, & ejus regni civitates senatus liberare esse jussit, Ariobarzanes in regnum Cappadociae, à L. Cornelio Sulla reductus est. Parthorum legati à rege Arsace missi ad Sullam venerunt, ut amicitiam populi Romani peterent. P. Rutilius, vir summa innocentia,

Gg 4

qua-

quoniam legatus C. Mucii proconsulis à publicatorum injuriis Asiam defenderat, invisus equestri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exilium missus est. C. Geminius prætor contra Thracas infeliciter pugnavit. Senatus quum impotentiam equestri ordini in judiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti cœpit, ut ad se judicia transferrentur; sustinente caussam ejus M. Livio Druso tribuno plebis: qui, ut vires sibi acquireret, perniciofa spe largitionum plebem concitavit. Præterea motus Syria regum continet.

## E P I T O M E L I B R I L X X I .

**M** Livius Drusus, tribunus plebis, ut majoribus viribus senatus caussam susceptam tueretur, socios & Italicos populos, spe civitatis Romana sollicitavit. iisque adjuvantibus, per vim legibus Agrariis frumentariisque latis, judicariam quoque pertulit; ut aqua parte judicia penes senatum & equestrem ordinem essent. Quum deinde promissa sociis civitas præstari non posset, irati Italici defectionem agitare cœperunt. eorum coitus, conjurationes, orationesque in conciliis principum, referuntur, propter quæ Livius Drusus etiam senatui invisus factus, velut socialis belli auctor, incertum à quo, domi occisus est.

## E P I T O M E L I B R I L X X I I .

**I** Talici populi defecerunt, Picentes, Vestini, Marfi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani: initio belli à Picentibus moti. Q. Servilius proconsul in oppido Asculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occisus est. saga populus sumpsit, Servius Galba à Lucanis comprehensus, unius scemina opera, ad quam devertebatur, captivitate exemptus est. Æsermia & Alba, colonia, ab Italicis obsessa sunt. Auxilia deinde Latini nominis, externarumque gentium, missa populo Romano, & expeditiones invicem urbiumque expugnationes, referuntur,

## E P I T O M E L I B R I L X X I I I .

**L** Iulius Cæsar consul male adversus Samnites pugnavit. Nola colonia in potestatem Samnitium venit cum L. Posthumio prætore, qui ab iis interemptus est. Complures populi ad hostes defecerunt. Quum P. Rutilius consul parum prospere contra Marfos pugnasset, & in prælio cecidisset, C. Marius legatus ejus meliore eventu cum hostibus conflixit. Servius Sulpicius Pelignos prælio fudit. Q. Cæpio, legatus Rutilii, quum obsessus prospere in hostes erupisset, & ob eum successum equatum ei cum C. Mario esset imperium, temerarius factus, & circumventus insidiis, fufo exercitu cecidit. L. Cæsar consul feliciter contra Samnites pugnavit. ob eam victoriam Roma saga posita sunt, & ut varia belli fortuna esset, Æsermia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit. Sed C. Marius prælio Marfos fudit. Hirno Asinio, prætore Marruciorum, occiso, C. Cæcilius in Gallia transalpina Salvios rebellantes vicit.

## E P I T O M E L I B R I L X X I V .

**C** N. Pompeius Picentes prælio fudit, & obsedit. propter quam victoriam Roma prætexta, aliaque magistratuum ornamenta & insignia sumpta sunt. C. Marius cum Marfis dubio eventu pugnavit. Libertini tum primum militare cœperunt: Aulus Plotius legatus Umbros, L. Porcius Prætor Marfos, quum uterque populus defecisset, prælio vicerunt. Nicomedes in Bithynia, Ariobarzanes in Cappadocia regna reducti sunt. Cn. Pompeius consul Marfos acie vicit. Quum are alieno oppressa esset civitas, A. Sempronius Asellio prætor, quoniam secundum debitores jus dicebat, ab iis, qui scenerantur, in foro occisus est. Præterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

## E P I T O M E L I B R I L X X V .

**A**vlus Posthumius Albinus legatus, in obsidione castrorum hostilium cecidit. Sulpicius legatus, quum classi praeffet, infamis crimine proditoris, ab exercitu suo interfectus est. L. Cornelius Sulla legatus Samnites praelio vicit, & bina castra eorum expugnavit. Cn. Pompeius Vestinos in deditioem accepit. L. Porcius consul rebus prospere gestis, fuisque aliquoties Marsis, dum castra eorum expugnat, cecidit. ea res hostibus victoriam ejus praelii dedit. Cosconius, & Luceius, Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobilissimum hostium ducem occiderunt, compluraque eorum oppida in deditioem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites multis praeliis fudit; aliquot populos recepit: quamisque raro quisquam alius ante consulatum rebus gestis, ad petitionem consulatus Romam est profectus.

## E P I T O M E L I B R I L X X V I .

**A**vlus Gabinius Legatus, rebus adversum Lucanos prospere gestis, & pluribus oppidis expugnatis, in obsidione castrorum hostium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit, totamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconsul Vestinos & Pelignos in deditioem accepit. Marsi quoque à L. Murena & Caelio Pinna legatis, aliquot praeliis fracti, pacem petierunt. Asculum à Cn. Pompeio captum est, casus & à Mamercio Emilio legato Italicis. Silo Popadius, dux Marsorum, auctor hujus rei, in praelio cecidit. Ariobarzanes Cappadociae, Nicomedes Bithynia regno, à Mithridate Ponti rege pulsi sunt. Praeterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

## E P I T O M E L I B R I L X X V I I .

**Q**uam P. Sulpicius tribunus plebis, auctore C. Mario, perniciosas leges promulgasset, ut exules revocarentur, & nomi-

vi cives libertinique distribuerentur in tribus, & ut Marius adversus Mithridatem Ponti regem dux crearetur, & adversantibus consultibus Q. Pompeio, & L. Sulla, vim intulisset, occisioque Pompeii consulis filio, genero Sulla; L. Sulla consul cum exercitu in urbem venit, & adversus factionem Sulpicii & Marii in ipsa urbe pugnavit, eamque expulit. ex qua duodecim à senatu hostes, inter quos C. Marius pater & filius, judicati sunt. P. Sulpicius quum in quadam villa lateret, indicio servi retractus & occisus est. servus, ut premium promissi indicii haberet, manumissus est, & ob scelus proditi domini de saxo dejectus est. C. Marius filius in Africam trajecit. C. Marius pater, quum in paludibus Minturnensium lateret, extractus est ab oppidanis: & quum ad occidendum eum missus servus natione Gallus, majestate tanti viri perterritus recessisset, impositus publica navi delatus est in Africam. L. Sulla civitatis statum ordinavit: exinde colonias deduxit. Q. Pompeius consul ad accipiendum à Cn. Pompeio proconsule exercitum profectus, consilio ejus occisus est. Mithridates, Ponti rex, Bithynia & Cappadocia occupatis, & pulso Aquilio legato, Phrygiam provinciam populi Romani, cum ingenti exercitu intravit

## E P I T O M E L I B R I L X X V I I I .

**M**ithridates Asiam occupavit: Q. Oppium proconsulem, item Aquilium legatum, in vincula conjecit: jussuque ejus, quicquid civium Romanorum in Asia fuit, uno die trucidatum est. Urbem Rhodum, quae sola in fide permanserat, oppugnavit, & aliquot praeliis navalibus victus recessit. Achelaus praefectus in Graciam cum exercitu venit; Athenas occupavit. Praeterea trepidationem urbium insularumque, aliis ad Mithridatem, aliis ad populum Romanum civitates suas trahentibus, continet.

## E P I T O M E L I B R I L X X I X .

**L** Cornelius Cinna quum perniciosas leges per vim atque arma ferret, pulsus urbe à Cn. Octavio collega, cum sex tribunis plebis: imperioque ei abrogato, corruptum Ap. Claudii exercitum in potestatem suam redegit, & bellum urbi intulit; ac cersito C. Mario ex Africa cum aliis exulibus: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeii exercitu, alter ex Cinna, ignorantes concurrerunt: & quum victor spoliaret occisum, agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogo ei extructo, ipse supra rogam se transfodit, & eodem igni consumptus est. Et quum opprimi inter iniuria potuisset, Cn. Pompeii fraude, qui utramque partem fovendo, vires Cinnae dedit, nec nisi profligatis optimatum rebus auxilium tulit, & consulis segnitie confirmati Cinna & Marius, quatuor exercitibus, quorum duo Q. Sertorio & Carboni dati sunt, urbem circumfederunt. Ostiam coloniam Marius expugnavit, & crudeliter diripuit.

## E P I T O M E L I B R I L X X X .

**I** Talicis populis à senatu civitas data est. Samnites, qui soli arma recipiebant, Cinna & Mario se conjunxerunt. ab iis Plancius cum exercitu casus est. Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio Ianiculum occupaverunt, & fugati ab Octavio consule recesserunt. Marius Antium, & Aricianam, & Lanuvium colonias devastavit. Quum nulla spes esset optimatibus resistendi propter segnitiam & perfidiam & ducum & militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diversas partes transibant; Cinna & Marius in urbem recepti sunt: qui velut captam, eam, cadibus & rapinis vastarunt; Cn. Octavio consule occiso, & omnibus adversæ partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio eloquentissimo viro, L. & C. Cesare, quorum capita in rostra posita sunt. Crassus filius ab equitibus Fimbriae interemptus. pater Crassus, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se transfixit. Et cirra ulla comitia consules in sequentem annum se ipsos

renunci-

renunciaverunt. Eodemque die quo magistratum inierant, Marius Sex. Licinium Senatorem de saxo deiici iussit: editisque multis sceleribus, Idibus Ianuariis decessit: vir, cujus si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictum, utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit. adeo quam Rempublicam armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit.

## E P I T O M E L I B R I L X X X I .

**L**. Sulla Athenas, quas Archelaus praefectus Mithridatis occuparat, circumfedit, & cum maximo labore expugnavit. urbi libertatem, & civibus, quæ habuerant, reddidit. Magnesia, quæ sola in Asia civitas in fide manserat, summa virtute adversus Mithridatem defensa est. Præterea transitus Thracum in Macedoniam continet.

## E P I T O M E L I B R I L X X X I I .

**S**ulla copias regis, quæ Macedonia occupata in Thessaliam venerant, prælio vicit; casis hostium centum millibus, & castris quoque expugnatis. Renovato deinde bello, iterum exercitum regis fudit ac delevit. Archelaus cum classe regia Sylla se tradidit. L. Valerius Flaccus consul collega Cinna missus, ut Sulla succederet, propter avaritiam invisus exercitui suo, à C. Fimbria legato ipsius ultima audacia homine occisus est: & imperium ad Fimbriam translatum. Præterea expugnata in Asia urbes à Mithridate, & crudeliter direpta pecunia, incursioneque Thracum in Macedoniam, referuntur.

## E P I T O M E L I B R I L X X X I I I .

**C**. Fimbria, in Asia suscipiente aliquot copiis Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obsessumque regem non multum abfuit quin caperet. Urbem Ilicon, quæ se potestati Sulla reservabat, expugnavit ac delevit, & magnam partem Asiae recepit. Sulla multis præliis Thracas cecidit. Quum L. Cinna & Cn. Papirius

Carbo,

Carbo, à seipsis consules per biennium creati bellum contra Sullam pararent; effectum quidem est per L. Valerium Flaccum principem senatus, qui orationem in senatu habuit, & per eos qui concordia studebant, ut legati ad Sullam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem invitum cogeat naves conscendere & adversus Sullam proficisci, interemptus est. consulatum Carbo solus gessit. Sulla quum in Asiam trajecisset, pacem cum Mithridate fecit; ita ut his cederet provinciis, Asia, Bithymia, Cappadocia, Fimbria. Desertus ab exercitu, qui ad Sullam transierat, ipse se percussit: impetravitque de servo suo, præbens cervicem, ut se interficeret.

## E P I T O M E L I B R I L X X X I V .

Sulla legatis, qui à senatu missi erant, futurum se in potestate senatus respondit, si cives qui à Cinna pulsati ad se fugerant, restituerentur. quæ conditio quum justa senatui videretur, per Carbonem factionemque ejus, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret, effectum est. Idem Carbo, quum ab omnibus oppidis Italia colonisque obsides exigere vellet, ut fidem illorum contra Sullam obligaret, consensu senatus prohibitus est. Novis civibus Senatus consulto suffragium datum est. Q. Metellus Pius, qui partes optimatum sequutus erat, quum in Africa bellum moliretur, à C. Fabio prætore pulsus est: senatusque consultum per factionem Carbonis & Marianarum partium factum est, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinque & triginta tribus distributi sunt. Præterea belli apparatus, quod contra Sullam excitabatur, continet.

## E P I T O M E L I B R I L X X X V .

Sulla in Italiam cum exercitu trajecit, missisque legatis qui de pace agerent, & à consule C. Norbano violatus, eundem Norbanum prælio vicit. Et quum L. Scipionis alterius consulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem jungeret, nec potuerat, castra oppugnaturus esset, universus exercitus consulis, sollicita-

tus

tus per emissos à Sulla milites, signa ad Sullam transtulit. Scipio, quum interimi posset, dimissus est. Cn. Pomponius, Cn. F. ejus qui Asculum ceperat, conscripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Sullam venerat; ad quem se nobilitas omnis conferebat: ita ut deserta urbe ad castra veniretur. Præterea expeditiones per universam Italiam utriusque partis ducum referuntur.

## E P I T O M E L I B R I L X X X V I .

Quum C. Marius, C. Marii filius consul ante annos viginti per vim creatus esset, C. Fabius in Africa propter crudelitatem & avaritiam, in pratorio suo vivus exustus est. L. Philippus legatus Sulla Sardiniam, Qu. Antonio prætore pulso & occiso occupavit. Sulla cum Italicis populis, ne timeretur ab iis, velut erupturus civitatem, & suffragii jus nuper datum, foedus percussit. idemque, ex fiducia jam certæ victoriæ, litigatores à quibus adibatur, vadimonia Romam differre jussit; quum à parte diversa urbs adhuc teneretur. L. Damasippus prætor, ex voluntate C. Marii consulis, quum senatum contraxisset, omnem, que in urbe erat, nobilitatem trucidavit. ex cujus quidem numero Q. Mucius Scævola pontifex maximus fugiens, in vestibulo adis Vestæ occisus est. Præterea bellum à L. Murena adversus Mithridatem in Asia renovatum continet.

## E P I T O M E L I B R I L X X X V I I .

Sulla C. Marium, exercitu ejus fuso delectoque ad Sacripotum, in oppido Præneste, obsedit: urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere tentantem repluit. Præterea à legatis ejus, eadem ubique fortuna partium, gestas, continet.

## E P I T O M E L I B R I L X X X V I I I .

Sulla Carbonem, exercitu ejus ad Clusium, ad Faventiam, Fidentiamque caeso, Italia expulit: cum Samnitibus, qui soli Itali-



Italicorum populorum nondum arma posuerant, juxta urbem Romanam ante portam Collinam debellavit: recuperataque Republica, pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum unquam fuit, inquinavit. Octo millia deditorum in villa publica trucidavit: tabulam proscriptionis posuit: urbem ac totam Italiam cadibus replevit: inter quas omnes Prænestinos inermes concidi jussit: Marium, senatorii ordinis virum, cruribus brachisque fractis, auribus præsectis, & effosis oculis, necavit. C. Marius Præneste obsessus à Lucretio Ofella, Sullanarum partium viro, quum per cuniculum captaret evadere, septus ab exercitu, mortem sibi conscivit. in ipso cuniculo, quum semiret se evadere minime posse, cum Pontio Telesino fuga comite, stricto utrimque gladio concurrir: quem quum occidisset, ipse saucius impetravit à servo ut se occideret.

## E P I T O M E L I B R I L X X X I X .

**M**. Brutus à Cn. Papirio Carbone, qui Corcyram appulerat, missus nave piscatoria Lilybaeum, ut exploraret an ibi Pompejus esset, & circumventus navibus, quas Pompejus miserat, in se mucrone verso, ad transtrum navis obnixus corporis pondere, occubuit. Cn. Pompejus in Siciliam cum imperio à senatu missus, Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem talit, captum occidit. Sulla dictator factus, quod nemo unquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit, rebus novis Republica statum confirmavit, tribunorum plebis potestatem minuit, & omne jus legum ferendarum ademit. Pontificum, augurumque collegium ampliavit, ut essent quindecim: senatorum ex equestri ordine supplevit: proscriptionum liberis jus petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit: ex quibus plurima primo rapuit. reductum est sestertium ter millies quingenties. Lucretium Ofellam, consulatum, contra voluntatem suam, petere ausum, jussit interiri in foro: & quum hoc indignè serret populus Romanus, concione advocata, se jussisse dixit. Cn. Pompejus in Africa Cn. Domitium proscriptum, & Hierbam, regem Numida-

Numidarum, bellum molientes, victos interemit. & quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit. Cn. Norbanus consularis proscriptus, in urbe Rhodo quum comprehenderetur, ipse se interemit. Mutulus, unus ex proscriptis, clam capite adoperto, ad posticas ades Bastia uxoris quum accessisset, admissus minime est, quia illum proscriptum diceret. itaque se transfodit, & sanguine suo fores uxoris respersit. Sulla Nolam in Samnio recepit. quadraginta septem legiones in agros captos deduxit, & eos eis divisit. Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obsessum, in deditio-nem accepit. Mitylena quoque in Asia, quæ sola urbs post victum Mithridatem arma retinebat, expugnata dirutaque sunt.

## E P I T O M E L I B R I X C .

**S**ulla decepsit, honosque ei à senatu habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. M. Lepidus, quum acta Sulla tentaret rescindere, bellum excitavit: & à Q. Catulo collega Italia pulsus est: & in Sardinia, frustra bellum molitus, perit M. Brutus, qui Cisalpinam Galliam tenebat, à Cn. Pompeio occisus est. Q. Sertorius proscriptus, in ulteriore Hispania ingens Bellum excitavit. L. Manlius proconsul, & M. Domitius legatus, ab Herculeio quaestore prælio victi sunt. Præterea res à P. Servilio proconsule adversus Cilicas gestas continet.

## E P I T O M E L I B R I X C I .

**C**N. Pompeius quum adhuc equester esset, cum imperio consulari adversus Sertorium missus est. Sertorius aliquot urbes expugnavit, plurimasque civitates in potestatem suam redegit. Appius Claudius proconsul Thracas pluribus præliis vicit. Q. Metellus proconsul L. Herculeium, quaestorem Sertorii omni cum exercitu cecidit.

## E P I T O M E L I B R I X C I I .

**C**N. Pompejus dubio eventu cum Sertorio pugnavit, ita ut singula ex utraque parte cornua vicerint. Q. Metellus Sertorium, & Perpernam, cum duobus exercitibus praelio fudit; cujus victoria partem cupiens ferre Pompejus, parum prospere pugnavit. obsessus deinde Calagurii Sertorius, a sidiis eruptionibus non leviora damna obsidentibus intulit. Præterea à Curione proconsule in Thracia res gestas adversus Dardanos, & Q. Sertorii multa crudelia in suos facta continet. qui plurimos ex amicis & secum proscriptis, crimine prodicionis insimulatos, interemit.

## E P I T O M E L I B R I X C I I I .

**P**. Servilius proconsul in Cilicia Isauros domuit, & aliquot urbes piratarum expugnavit. Nicomedes, Bithynia rex, moriens, populum Romanum fecit heredem, regnumque ejus in provincia formam redactum est. Mithridates, fœdere cum Sertorio icto, bellum populo Romano intulit. Apparatus deinderegiam copiarum pedestrium navaliumque: & occupata Bithynia, M. Aurelius Cotta consul ad Chalcedonem praelio à rege victus est. resque à Pompejo & Metello adversum Sertorium gestas continet, qui omnibus belli utilitæque artibus par fuit. quos etiam ab obsidione Calagurii oppidi depulsos, coëgit diversas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompejum Galliam.

## E P I T O M E L I B R I X C I V .

**L**ucullus consul adversus Mithridatem equestribus praeliis feliciter pugnavit: & expeditiones aliquot prosperas fecit, poscentesque pugnam milites à seditione inhibuit. Dejotarus, Gallogracia tetrarches, præfectos Mithridatis bellum in Phrygia moventes cecidit. Præterea res à Pompejo in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet.

EPI-

## E P I T O M E L I B R I X C V .

**C**. Curio proconsul Dardanos in Thracia domuit. Quatuor & septuaginta gladiatores Capua ex ludo Lentuli profugerunt: & congregata servorum ergastulorumque multitudine, Cruxo & Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pulchrum legatum, & P. Varenium prætorem, praelio vicerunt. L. Lucullus proconsul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit; pulsumque Bithynia regem variis belli ac naufragiorum casibus fractum, coëgit in Pontum profugere.

## E P I T O M E L I B R I X C V I .

**Q**. Arrius prætor Crixum, fugitivorum ducem, cum viginti millibus hominum cecidit. Cn. Lentulus consul male adversus Spartacum pugnavit. Ab eodem L. Gellius consul, & Q. Artius prætor acie victi sunt. Sertorius à Manio Antonio, & M. Perperna & aliis conjuratis in convivio interfectus est; octavo ducatus sui anno: magnus dux, & adversus duos imperatores Pompejum & Metellum sæpe par, vel frequentius victor: ad ultimum desertus & proditus. Imperium partium ad Marcum translatum est: quem Cn. Pompejus victum captumque interemit, ac recepit Hispanias decimo fere anno, quam ceptum est bellum. C. Castus proconsul, Cn. Manlius prætor, male adversus Spartacum pugnaverunt: idque Bellum M. Crasso prætori mandatum est.

## E P I T O M E L I B R I X C V I I .

**M**. Crassus prætor primum cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germanisque constabat feliciter pugnavit; casis hostium triginta quinque milibus, & duce eorum Granico. Cum Spartaco deinde bellavit; casis cum ipso millibus quadraginta. M. Antonius prætor bellum, adversus Cretenses parum prospere susceptum, morte sua finivit. M. Lucullus proconsul Thracas subegit. L. Lucullus in Ponto adversus Mithridatem feliciter pugnavit;

H h 2

gnavit;

gnavit; caesis hostium amplius quam sexaginta millibus. M. Craſſus & Cn. Pompeius, antequam quaesturam gereret, ex equite Romano, tribunitiam potestatem restituerunt. Iudicia quoque per L. Aurelium Cottam praetorem ad equites Romanos translata sunt. Mithridates desperatione rerum suarum coactus, ad Tigranem Armeniae regem confugit.

## E P I T O M E L I B R I X C V I I I .

**M**achares filius Mithridatis, Bosphori rex, à L. Lucullo in amicitiam receptus est. Cn. Lentulus, & L. Gellius censores asperam censuram egerunt, quatuor & sexaginta senatus motis. à quibus, lustro condito, censa sunt civium capita quadraginta quinquaginta millia. L. Metellus praetor in Sicilia adversum piratas prospere rem gessit. Templum Iovis in Capitolio, quod incendio consumptum ac resectum erat, à Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus, in Armenia Mithridatem & Tigranem, & immensas utriusque regis copias, pluribus praeliis fudit. Q. Metellus proconsul, bello sibi adversum Cretenſes mandato, Cydoniam urbem obsedit. L. Triarius legatus Luculli adversum Mithridatem parum prospere pugnavit. Lucullum, ne persequeretur Mithridatem ac Tigranem, summamque victoriae imponeret, seditio militum tenuit, qui sequi volebant: id est, legiones Valeriana, impleta à se stipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.

## E P I T O M E L I B R I X C I X .

**Q** Metellus proconsul Gnoson, & Lyctum, & Cydoniam, & alias plurimas civitates expugnavit. L. Roscius tribunus plebis legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur. Cn. Pompeius lege ad populum lata, persequi piratas iussus, qui commercium annonae intercluserant, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit, belloque cum eis in Cilicia confecto, acceptis in deditio-nem piratis, agros & urbes dedit. Praeterea res gestas à Q. Me-  
telle

tello adversus Cretenſes continet: & epistolae Metelli & Cn. Pompeii invicem missas. queritur Metellus gloriam rerum à se gestarum à Pompeio sublatam praeteriri, qui in Cretae miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones. Pompeius rationem reddit, hoc se facere debuisse:

## E P I T O M E L I B R I C .

**C** Manlius tribunus plebis, indignatione maxima nobilitatis, legem tulit, ut Pompeio bellum Mithridaticum mandaretur. Concio ejus bona. Q. Metellus perdomitis Cretenſibus, libera in id tempus insula, leges dedit. Cneius Pompeius ad gerendum bellum adversum Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit. equestri praelio Mithridatem vicit. Praeterea bellum inter Phraatem regem Parthorum, & Tigranem Armenorum regem, ac deinde inter filium Tigranem, patremque gestum, continet.

## E P I T O M E L I B R I C I .

**C**N. Pompeius Mithridatem nocturno praelio victum coegit Bosphorum profugere. Tigranem in deditio-nem accepit; eique ademptis Syria, Phoenice, Cilicia, regnum Armeniae restituit. Conjuratio cerum qui in petitione consulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis consulibus, oppressa est. Cn. Pompeius quum Mithridatem persequeretur, in ultimas ignotasque gentes penetravit. Iberos, Albanosque, qui transistum non dabant, praelio vicit. Praeterea fugam Mithridatis per Colchos, Heniochosque, & res ab eo in Bosphoro gestas, continet.

## E P I T O M E L I B R I C I I .

**C**N. Pompeius in provincia formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bellum patri intulit. ab eo Mithridates obsessus in regia, quum veneno sumpto parum profecisset ad mortem, à milite Gallo, nomine Bitato, à quo

ut juvarat se, petierat, interfectus est. Cn. Pompeius Iudeos subegit: sanam eorum Hierosolyma, inviolatum ante id tempus, cepit. L. Catilina bis repulsam in petitione consulatus passus, cum Lentulo pratore, & Cethego, & pluribus aliis, conjuravit de cade consulum & senatus, incendiis urbis, & opprimenda Republica: exercitu quoque in Etruria comparato. Ea conjuratio industria M. Tullii Ciceronis eruta est, Catilina urba pulso, de reliquis conjuratis supplicium sumptum est.

## E P I T O M E LIBRI CIII.

**C**atilina à C. Antonio proconsule cum exercitu cecidit. P. Clodius accusatus, quod in mulieris habitu in sacrum, in quod virum intrare nefas est, intrasset: quumque uxorem Metelli Pontificis stupravisset, absolutus est. Cn. Pontinus prator Allobroges, qui rebellaverant, ad Solonem domuit. P. Clodius ad plebem trahitur. C. Caesar Lusitanos subegit: eoque consulatus candidato, & captante Rempublicam invadere, conspiratio inter tres principes civitatis facta est, Cn. Pompeium, M. Crassum. C. Casarem. Leges Agraria à Casare consule cum maxima contentione, invito senatu, & altero Consule M. Bibulo, latae sunt. C. Antonius proconsul in Thracia parum prospere rem gessit. M. Cicero, lege à P. Clodio tribuno plebis lata, quod indemnatos cives necavisset, in exilium missus est. Caesar in provinciam profectus, Helvetios, vagam gentem, domuit: qua sedem quaerens, per provinciam Caesaris Narbonem iter facere volebat. Praeterea situm Galliarum continet. Pompeius de liberis Mithridatis, Tigrane & Tigranis filio, triumphavit: Magnusq; à tota concione consalutatus est.

## E P I T O M E LIBRI CIV.

**P**rima pars libri situm Germaniae, moresque continet C. Caesar cum contra Germanos, qui Ariovisto duce in Galliam descenderant, exercitum duceret, rogatus ab Aedujs & Sequanis, quorum ager possidebatur, trepidationem militum, propter me-

tum novorum hostium ortam, allocutione exercitus inhibuit, & victos proelio Germanos Gallia expulit. M. Cicero, Pompeio inter alios orante, & T. Annio Milone tribuno plebis agente, ingenti gaudio senatus ac universae Italiae, ab exilio reductus est. Cn. Pompeio per quinquennium annonae cura mandata est. Caesar Ambianos, Suesiones, Viromandos, Atreabates, Belgarum populos, quorum maxima multitudo erat, proelio victos in deditiorem accepit: ac deinde contra Nervios unam harum civitatum cum maximo discrimine pugnavit, eamque gentem delevit. qua bellum gessit, donec ex sexaginta millibus armatorum trecenti superessent, ex nonaginta quinque senatoribus tres tantummodo evaderent. Lege lata de redigenda in provinciae formam Cypro, & publicanda pecunia regia, C. Catoni administratio ejus rei mandata est. Ptolomaeus Aegypti rex, ob injurias quas patiebatur à suis, regno pulsus, Romam venit. C. Caesar Venetos, gentem Oceano junctam, navali proelio vicit. Praeterea à legatis ejus eadem fortuna res gestas continet.

## E P I T O M E LIBRI CV.

**Q**uam C. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur, senatus vestem mutavit. M. Cato in petitione praeturae praelato Vatinius repulsam tulit. idem quum legem impediret, qua provinciae consulibus in quinquennium, Pompei Hispania, Crasso Syria, & Parthicum bellum, Casari Gallia & Germania dabantur, à C. Trebonio tribuno plebis legis auctore in vincula ductus est. A. Gabinius proconsul Ptolemaeum reduxit in regnum Aegypti, ejecto Archelao, quem sibi regem adsciverant. Caesar victis Germanis, & in Gallia caesis, Rhenum transcendit, & proximam partem Germaniae domuit: ac deinde Oceano in Britanniam, primo parum prospere tempestatibus adversis, trajecit; iterum parum feliciter, maximaque hominum multitudine caesa, aliquam partem in insula in potestatem redegit.

## E P I T O M E L I B R I C V I .

**I**ulia Caesaris filia, Pompeii uxor, decessit: honosque ei à populo habitus est, ut in Campo Martio sepeliretur. Gallorum aliquot populi, Ambiorige duce Eburonum, defecerunt. à quibus Cotta, & Titurius, legati Caesaris, circumventi insidiis, cum exercitu, cui praeerant, cæsi sunt. & quam aliarum quoque legionum castra oppugnata maximo labore defensa essent, interque eos, qui in Treviris praeerat, Q. Cicero; ab ipso Cesare hostes prælio fusi sunt. M. Crassus bellum Parthis illaturus, Euphratem fluvium transivit, victusque prælio, in quo & filius ejus cecidit, quum reliquus exercitus in collem recepisset, evocatus in colloquium, ab hostibus, ut de pace acturus, quorum dux erat Surenas, comprehensus, & ne quid vivus pateretur, repugnans interfectus est.

## E P I T O M E L I B R I C V I I .

**C**æsar Treviris in Gallia victis, iterum in Germaniam transit: nulloque ibi invento hoste, reversus in Galliam, Eburones, & alias civitates, quæ conspiraverant, vicit, & Ambiorigem in fuga persecutus. P. Clodii à T. Annio Milone, candidato consulatus, in Appia via ad Bovillas occisi corpus plebs in curia cremavit. Quum seditiones inter candidatos consulatus Hypseum, Scipionem, & Milonem essent, qui armis ac vi contendebant; ad comprimendas eas. Cn. Pompeius legatus à senatu consul tertium factus est, absens & solus, quod nulli alii unquam. Quaestione decreta de morte P. Clodii, Milo judicio damnatus in exilium actus est. Lex lata est, ut ratio absentis Caesaris in petitione consulatus haberetur, invito & contradicente M. Catone. Præterea res gestas à C. Cesare adversum Gallos, qui prope universi, Vercingentorige Arverno duce, defecerunt, & laboriosas obsidiones urbium, continet: inter quas Avarici Biturigum, & Gorgovia Arvernorum.

EPI-

## E P I T O M E L I B R I C V I I I .

**C**æsar Gallos ad Alexium vicit, omnesque Gallie civitates, quæ in armis fuerant, in deditionem accepit. C. Cassius quaestor M. Crassi, Parthos, qui in Syriam transcendebant, cecidit. In petitione consulatus M. Cato repulsam tulit; creatis consulibus Ser. Sulpitio, & M. Marcello. C. Caesar Bellocacos cum aliis Gallorum populis domuit. Præterea contentiones inter consules, de successore, C. Casari mittendo, agente in senatu M. Marcello consule, ut Caesar ad petitionem consulatus, veniret, quum is, lege lata in id tempus consulatus provincias obtinere deberet, resque à M. Bibulo gestas in Syria, continet.

## E P I T O M E L I B R I C I X .

**C**ausa civilium armorum & initia referuntur, contentionesque de successore C. Casari mittendo, quum se dimissurum exercitum negaret, nisi à Pompeio dimitterentur. & C. Curionis tribuni plebs primum adversus Casarem, dein pro Casare actiones continet; quum senatusconsultum factum esset, ut successor Casari mitteretur. M. Antonio, & Q. Cassio tribunis plebs, quoniam intercessionibus id senatusconsultum impediebant, urbe pulsus; mandatum à senatu Consulibus, & Cn. Pompeio, ut viderent, ne quid Respublica detrimenti caperet. C. Caesar bello inimicos persecuturus, cum exercitu in Italiam venit: Corsicam cum L. Domitio, & L. Lentulo cepit, eosque dimisit. Cn. Pompeium ceterosque partium ejus, Italia expulit.

## E P I T O M E L I B R I C X .

**C**æsar Massiliam, quæ portas ipsi clauserat, obsedit: & relictis in obsidione urbis ejus legatis, C. Trebonio, & D. Bruto, profectus in Hispaniam, L. Afranium, & C. Petreium legatos Cn. Pompeii, cum septem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit, omnesque, incolumes dimisit: Varrone quoque legato Pompeii cum exercitu in potestatem suam redacto, Gaditanis

Hij

civita-

civitatem dedit. *M*asilienses duobus navalibus praeliis victi, post longam obsidionem potestati *C*æsaris se permiserunt. *C*. Antonius legatus *C*æsaris, male contra Pompeianos rebus gestis, in *I*llyrico captus est. in quo bello *O*pitergini transpadani *C*æsaris auxiliares, rate sua ab hostilibus navibus clausa, potius quam in potestatem hostium venirent, inter se concurrentes occubuerunt. *C*. *C*urio legatus in *A*frica cum prospere adversus *V*arum Pompeianarum partium ducem pugnasset, à *I*uba rege *M*auritania cum exercitu casus est. *C*. *C*æsar in *G*raciam trajecit.

## E P I T O M E L I B R I C X I.

**M**. *C*ælius *R*ufus prætor quum seditiones in urbe concitaret, novarum tabularum spe plebe sollicitata, abrogato magistratu pulsus urbe, *M*iloni exuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, se conjunxit. uterque quum bellum molirentur, interempti sunt. *C*leopatra *A*gypti regina à *P*tolemao fratre regno pulsa est. Propter *Q*. *C*æsii prætoris avaritiam crudelitatemque, *C*ordubenses in *H*ispania cum duabus *V*arianis legionibus à partibus *C*æsaris desciverunt. *C*n. *P*ompeius ad *D*yrhachium obsessus à *C*æsare, & præsidii ejus cum magna clade diversa partis expugnatis, obsidione liberatus, translato in *T*hessaliam bello, apud *P*harsaliam acie victus est. *C*icero in castris remansit; vir nihil minus quam ad bella natus, omnibusque adversarum partium, qui se potestati victoris permiserunt, *C*æsar ignovit.

## E P I T O M E L I B R I C X I I.

**T**repidatio victarum partium per diversas orbis terrarum partes, & fuga, referuntur. *C*n. *P*ompeius quum *A*gyptum petisset, jussu *P*tolemai regis pupilli, auctore *T*heodoto præceptore, cujus apud regem maxima erat auctoritas, & *P*hotino, occisus est ab *A*chilla, cui delegatum id erat facinus, in navicula, antequam in terram exiret. *C*ornelia uxor, & *S*ex. *P*ompeius filius, in *C*yprum refugerunt. *C*æsar post tertium diem infectus, quum ei *T*heodotus caput *P*ompeii & annulum obtulisset, &

inse-

insensus est, & illacrimavit: sine periculo *A*lexandriam tumultuantem intravit. *C*æsar dictator creatus, *C*leopatram in regnum *A*gypti reduxit, & inferentem bellum, iisdem auctoribus *P*tolemaum, quibus *P*ompeium interfecerat, cum maximo suo discrimine vicit. *P*tolemeus, dum fugit, in *N*ilo navicula subsedit. Præterea laboriosum *M*. *C*atonis in *A*frica, per deserta cum legionibus iter, & bellum à *C*n. *D*omitio contra *P*hraatem prospere gestum, continet.

## E P I T O M E L I B R I C X I I I.

**C**onfirmatis in *A*frica Pompeianis partibus, earum imperium *P*. *S*cipioni delatum est; *C*atone, cui ex æquo deferretur, cedente. Et quum de diruenda urbe *V*tica propter favorem civitatis ejus in *C*æsarem deliberaretur, idque ne fieret, *M*. *C*ato renuisset, *I*uba suadente, ut dirueretur; tutela ejus, & custodia mandata est *C*atoni. Inde *P*ompeius *M*agni filius in *H*ispania contractis viribus, quarum ducatum nec *A*franius nec *P*etreius excipere volebant, bellum adversus *C*æsarem renovavit. *P*harnaces *M*ithridatis filius, rex *P*onti, sine ulla belli mora victus est. Quum seditiones *R*omæ à *P*. *D*olabella tribuno plebis, legem ferente de novis tabulis, excitata essent, & ex ea causa plebs tumultuaretur, inductis à *M*. *A*ntonio magistro equitum in urbem militibus, octingenti e plebe cæsi sunt. *C*æsar, veteranis cum seditione missionem postulantis, dedit, & quum in *A*fricam trajecisset, contra copias *I*ubæ regis cum discrimine magno pugnavit.

## E P I T O M E L I B R I C X I V.

**B**ellum in *S*yria *C*æcilius *B*assus eques *R*omanus Pompeianorum partium excitavit; relicto à legione *S*exto *C*æsare, quæ ad *B*assum transferat: occisoque eo, *C*æsar *S*cipionem prætorem, *A*franium, *I*ubamque vicit ad *T*hapsum, castris eorum expugnatis. *C*ato, audita re, quum se percussisset *V*tica, & interveniente filio curaretur, inter ipsam curationem rescisso vulnere exspiravit, anno ætatis quadragesimo nono. *P*etreius *I*ubam, seque interemit

teremit. P. Scipio in nave circumventus honestæ morti vocem quoque adjecit. quærentibus enim imperatorem hostibus, dixit, Imperator bene se habet. Faustus & Afranius occisi. Catonis filio venia data: Brutus, legatus Cæsaris, in Gallia Bellocos rebellantes prælio vicit.

## E P I T O M E L I B R I C X V .

**C**æsar quatuor triumphos duxit; ex Gallia, ex Ægypto, ex Ponto, & Africa, epulum, & omnis generis spectacula dedit. M. Marcello consulari, senatu rogante, reditum concessit, qui Marcellus beneficio ejus frui non potuit, à Cn. Magio Chibocæ cliente suo Athenis occisus. Et censum egit, quo censa sum civium capita centum quinquaginta millia profectusque in Hispaniam adversus Sex. Pompejum multis utrimque expeditionibus factis, & aliquot urbibus expugnatis, summam victoriam cum maximo discrimine ad Mundam urbem consecutus est. Pompejus Sex. effugit.

## E P I T O M E L I B R I C X V I .

**C**æsar ex Hispania quintum triumphum egit. & quum plurimi maximi que honores ei à senatu decreti essent; inter quos, ut Pater Patria appellaretur, & sacrosanctus, ac Dictator in perpetuum esset, invidia causam adversum eum præstiteret, quod senatui deferenti hos honores, quum ante eadem Veneris Genitricis sederet, non assurrexit: & quod M. Antonio consule collega suo inter Lupercos currente, diadema capiti suo impositum in sella reposuit: & quod Epidio Marullo, & Cæsetio Flavio tribunis plebis, invidiam ei tamquam regnum affectanti moventibus, potestas abrogata est. Ex iis causis conspiratione in eum facta (cujus capita fuerunt M. Brutus, & C. Crassius, & ex Cæsaris partibus D. Brutus, & C. Trebonius) in curia Pompeii occisus est viginti tribus vulneribus, occupatumque ab interfecto-ribus ejus Capitolium. Oblivione deinde cadis ejus à senatu decreta, obsidibus Antonii & Lepidi liberis acceptis conjurati à Capi-

tolio descenderunt. Testamento Cæsaris hæres ex parte dimidia institutus C. Octavius sororis nepos, & in nomen adoptatus est. Cæsaris corpus quum in campum Martium deferretur, à plebe ante rostra crematum est. Dictaturæ honos in perpetuum sublatus est. C. Amatius humillimæ fortis homo, qui se C. Marii filium ferebat, quum apud credulam plebem seditiones moveret, interfectus est.

## E P I T O M E L I B R I C X V I I .

**C** Octavius Romam ex Epiro venit (eo enim illum Cæsar præmiserat bellum in Macedonia gesturus;) omnibusque prosperis exceptus, etiam nomen Cæsaris sumpsit. In confusione rerum, ac tumultu Lepidus pontificatum maximum interceptit. Sed M. Antonius Consul quum impotenter dominaretur, legemque de provinciarum permutatione per vim tulisset, & Cæsarem quoque, petentem ut sibi adversum avunculi percussores adesset, magnis injuriis affecisset; Cæsar, & sibi, & Reipublica vires contra eum paraturus, deductos in colonias veteranos excitavit. Legiones quoque quarta & Martia, signa ab Antonio ad Cæsarem tulerunt. deinde & complures savitia M. Antonii passim in castris suis trucidati, quia suspecti erant, & ad Cæsarem desciverunt. D. Brutus, ut petenti Cisalpinam Galliam Antonio obsisteret, Mutinam cum exercitu occupavit. Præterea discursus utriusque partis virorum ad accipiendas provincias, apparatusque belli continet.

## E P I T O M E L I B R I C X V I I I .

**M** Brutus in Græcia, sub prætextu Reipublica, & suscepti contra M. Antonium belli, exercitum, cui Vatinius præerat, cum provincia in potestatem suam redigit. C. Cæsari, qui primus Reipublica arma sumpserat, propratoris imperium à senatu datum est cum consularibus ornamentis, adjectumque, ut senator tesser. M. Antonius D. Brutum Mutinæ obsedit, missique ad eum legati à senatu de pace, parum ad eam componendam valuerunt.

*Iuerunt. Populus Romanus saga sumpfit. M. Brutus in Epiro C. Antonium pratorem, cum exercitu potestati sue subiecit.*

## EPI TOME LIBRI CXIX.

**C** Trebonius in Asia fraude P. Dolabella occisus est. ob id facinus Dolabella hostis à senatu iudicatus est. Quum Pansa Consul male aduersus Antonium pugnasset, A. Hirrius Consul cum exercitu superveniens, fuis M. Antonii copiis, fortunam utriusque partis aquavit. Victus deinde ab Hirto & Cesare Antonius, in Galliam confugit; & M. Lepidum cum legionibus, que sub ipso erant, sibi iunxit; hostisque à senatu cum omnibus, qui intra praesidia ejus erant, iudicatus est. A. Hirrius, qui post victoriam ipsis in hostium castris ceciderat, & L. Pansa è vulnere quod in aduerso praelio exceperat, defunctus, in campo Martio sepulti sunt. Aduersus C. Casarem, qui solus è tribus ductibus supererat, parum gratus senatus fuit: qui, D. Bruto obsidione Mutinensi à Cesare liberato, honore triumphi decreto, Caesaris militumque ejus mentionem non satis gratam habuit: ob que C. Caesar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu venit. & percussis aduentu ejus iis qui in cum iniqui erant, cum annos novendecim haberet, consul creatus est.

## EPI TOME LIBRI CXX.

**C**æsar Consul legem tulit de questione habenda in eos, quorum opera pater occisus esset: postulatque ea lege M. Brutus, C. Casius, D. Brutus, absentes damnati sunt. Quum M. Antonio vires Asinius quoque Pollio, & M. Munatius Plancus cum exercitibus suis adjuncti ampliassent, & D. Brutus, cui senatus ut persequeretur Antonium mandaverat, relictus à legionibus suis profugisset; jussu Antonii, in cujus potestatem venerat, à Capeno Sequano interemptus est. Caesar pacem cum Antonio & Lepido fecit: ita, ut Tres viri Reipub. constituenda per quinquennium essent, ipse & Lepidus, & Antonius, & ut suos quisque

*que inimicos proscriberent. in qua proscriptione plurimi equites Romani, cxxx senatorum nomina fuerunt, & inter eos L. Paulli fratris M. Lepidi, & L. Caesaris Antonii avunculi, & M. Ciceronis. hujus occisi à Popilio legionario milite, quum haberet annos sexaginta tres, caput quoque cum manu dextra in rostris positum est. Præterea res à M. Bruto in Græcia gestas continet.*

## EPI TOME LIBRI CXXI.

**C** Casius, cui mandatum à senatu erat, ut Dolabellam hostem iudicatum bello persequeretur; auctoritate Reipublicæ adjutus, Syriam cum tribus exercitibus, qui in eadem provincia erant, in potestatem suam redegit: Dolabellam in urbe Laodicea obsessum mori coegit. M. quoque Bruti jussu C. Antonius captus, occisus est.

## EPI TOME LIBRI CXXII.

**M** Brutus reversus Thracas parum prospere rem gessit: omnibusque transmarinis provinciis exercitibusque in potestatem ejus & C. Casii redactis, coierunt Smyrna uterque ad ordinanda belli futuri consilia. M. Messala Publicolam fratrem victum, communi consilio condonaverunt.

## EPI TOME LIBRI CXXIII.

**S**ex Pompeius, Magni filius, lectis ex Epiro proscriptis ac fugitivis, cum exercitu diu, sine ulla loci cujusquam possessione, prædatus in mari, Messanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam provinciam occupavit, occisoque A. Pompeio Bithynico prætore, Q. Salvidienum legatum Caesaris navali praelio vicit. Caesar & Antonius cum exercitibus in Græciam trajecerunt; bellum contra Brutum, & Casium gesturi. Q. Cornificius in Africa T. Sestium Cassianarum partium ducem, praelio vicit.



## E P I T O M E L I B R I C X X I V .

**C** Casar, & Antonius, apud Philippos vario eventu contra Brutum & Cassium pugnaverunt. ita ut utriusque dextra cornua vincerent. & castra quoque utrimque ab iis, qui vicarant, expugnarentur. Sed inaequalem fortunam partium mortis Casii fecit: qui quum in eo cornu fuisset, quod pulsus erat, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi conscivit. Altero deinde praelio victus M. Brutus & ipse vitam finivit; exorato Strabone fugae comite, ut sibi gladium adjiceret, annorum circiter quadraginta. Inter quos Q. Hortensius occisus est.

## E P I T O M E L I B R I C X X V .

**C** Casar, relicto Antonio, transmarina provincia ex parte imperium ei cessit: reversus in Italiam, veteranis agros divisit. Seditiones exercitus sui, quas corrupti à Fulvia M. Antonii uxore milites contra imperatorem suum concitaverant, cum gravi periculo inhibuit. L. Antonius consul, M. Antonii frater, eadem Fulvia conciliante, bellum Casari intulit: receptis in partes suas populis, quorum agri veteranis assignati erant, & M. Lepido, qui custodia urbis cum exercitu praerat, fuso, hostiliter in urbem irrupit.

## E P I T O M E L I B R I C X X V I .

**C** Casar, quum esset annorum viginti trium, obsessum in oppido Perusia L. Antonium, conatumque aliquoties erumpere, & repulsum fame, coegit in ditionem venire, ipsique & omnibus militibus ejus ignovit. Perusiam diruit. Redactis in potestatem suam omnibus diversae partis exercitibus, bellum citra ullum sanguinem confecit.

## E P I T O M E L I B R I C X X V I I .

**P** Artibi Labieno, qui Pompejanarum partium fuerat, duce, in Syriam irruerunt; victoque Decidio Saxa, M. Antonii legato,

legato, universam eam provinciam occupaverunt. M. Antonius quum ad bellum contra Casarem gerendum incitaretur, uxore Fulvia dimissa, ne concordiae ducum obstaret; pace facta cum Casare, sororem ejus Octaviam in matrimonium duxit. Q. Salvidienum consilia nefaria contra Casarem molitum, indicio suo protraxit. isque damnatus, mortem sibi conscivit. P. Ventidius, Antonii legatus, Parthos praelio victos Syria expulit; Labienorum duce occiso. Quum vicinus Italia hostis Sex. Pompejus Siciliam teneret, & annonae commercium impediret, cum eo postulatam pacem Casar & Antonius fecerunt; ita ut Siciliam provinciam haberet. Praeterea motus Africa & bella gesta, continet.

## E P I T O M E L I B R I C X X V I I I .

**Q**uam Sex. Pompejus rursus atrocibus mare infestum redderet, nec pacem, quam acceperat, praestaret, Casar necessario bello contra eum suscepto duobus navalibus praелиis dubio eventu pugnavit. L. Ventidius, legatus M. Antonii, Parthos in Syria praelio vicit, regemque eorum interemit. Iudaei quoque à legatis Antonii subacti sunt, Praeterea belli apparatus continet.

## E P I T O M E L I B R I C X X I X .

